6
4–e
31

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
4 B
25

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6 – 4. e. 31

II
10
A

11
10
A



ALDI PII MANVTII
INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM
LIBRI. IIII.

DE LITERIS GRAECIS AC diphthongis libellus: cui tum alia, tum Pythagoræ aurea carmina accedunt, & Phocylidis poema; cum interpretatione Latina.

INTRODVCTIO PERBREVIS ad Hebraicam linguam.

DE CONSTRVCTIONE OCTO partium orationis liber, Lilio Anglo auctore.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ALDVS MANVTIVS ROMANVS LITERARII LVDI MAGISTRIS S. P. D.

RVDIMENTA grammatices Latinæ linguæ a nobis olim compoſita, optimum factu exiſtimaui, ad vos iuuentutis moderatores, & morum magiſtros legenda cõmittere: nõ quia putarẽ indigere vos lucubratiunculis nr̃is,(quanquã dicere ſolebat Plinius, nullũ eſſe librũ tã malũ, qui non aliqua parte prodeſſet) ſed potius, vt ſiquid erratũ fuerit (homines enim ſumus) caſtigaretis, meq; de erratis omnibus amice admoneretis: tum, vt quod fieri a vobis velim erudiendis, inſtituendiſq; pueris (quandoquidẽ id illis valde profuturum arbitrabar) vos rogarem: Primũ vt memineritis oportere vos eorum, quos accepiſtis inſtituendos ſic ſatagere, vt ſimul & docti fiant, & ſanctis imbuantur moribus. quia, Quo ſemel eſt imbuta recẽs ſeruabit odorem Teſta diu. atq; adeo a teneris aſſueſcere multum eſt: nec ſolum rectores, magiſtroſque vos eſſe adoleſcentium, ſed & parentes putetis: ſcitis enim illud, Qui præceptorem ſancti voluere parentis eſſe loco. Equidem bonos, malos ue eſſe tantum referre exiſtimo, vt auſim dicere bonorum, malorumque omnium, quæ vbique terrarum fiunt, uos eſſe potiſſimam cauſam. Nam Iuriſconſulti, Philoſophi, Rectores vrbium, Principes, Duceſque, ac Reges, necnon Monachi, Sacerdotes, Epiſcopi, Cardinales, ipſique ſummi Pontifices, & denique quicunque vel ſolas litterarum notas tenent, ſub diſciplina olim veſtra fuere paruuli. a vobis inſtituti ſunt. virtus veſtra, vitium ue, eorum profuit, aut nocuit moribus: tantum valet lon-

ga conſuetudo,vt ſi cum ſancto diu vixeris,ſanctus futurus ſis:ſi cum peruerſo,peruertaris. Siquidem(vt inquit Fabius) Leonides Alexandri pædagogus quibuſdam eum vitiis imbuit,quæ robuſtum quoque & maximum regem ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecuta. Quam ob rem quantum boni, & ſancti præceptores ciuitatibus proſint non facile dixerim: quantum item obſint praui, & vitioſi, non queo dicere. Quare non poſſum non multum mirari nullam fere puerorum patribus, & rectoribus vrbium in eligendis præceptorum moribus, eſſe curam. non animaduertunt,quantum inde boni, maliue infundatur in ciuitates. Nam quales ſunt, qui inſtituunt, tales & qui inſtituunt,velint,nolint,euadent longa die. Longa dies homini docuit parere leones, Longa dies molli ſaxa peredit aqua. Videte igitur vos qui & longo tempore, & aſſidue teneros,& ſimplices adoleſcentulorum animos inſtituitis,quantum & prodeſſe poteſtis, & obeſſe hominibus. Quod ſi quiſquã eſt ſic oblitus ſui ipſius, vt agnos ſuæ commiſſos fidei ceu lupus deuoret,heu quanta illum pœna apud manes vel breui expectat.nam qui ita pernicioſi ſunt,vt non ſolum obſint,quod ipſi corrumpuntur,ſed etiã quod corrũpunt, pluſq; exẽplo, quam peccato nocent, immatura morte, ne tantum obeſſe queant,ne mundum corrumpant, rapiuntur. Itaque enitendum pro viribus, vt & ſanctos mores, & bonas litteras ſimul edoceantur adoleſcentuli: Quando alterum ſine altero facere nullo modo licet. At ſi in altero peccandum foret, potior mihi ratio viuendi honeſte,quam vel optime diſcendi videretur. Malo enim eos nullas ſcire literas ornatos moribus, quam omnia ſcire male moratos, maliſque ſimillimos eſſe dæmonibus,qui etſi multa ſciunt,(nam id ideo illis inditum eſt a Græcis nomen)ſunt tamen quam peſſimi. Alterum quod vos meminiſſe velim,eſt,nequid niſi doctiſſimorum auctorum ediſcere cogatis adoleſcentulos: immo

ne grammaticas quidem regulas, niſi compendia quædam breuiſſima, quæ teneri facile memoria queāt, laudo eos ediſcere, ſed tantum vt illas aſſidue, accurateq; legant, nominaque & verba declinare optime ſciant. Nam dum lucubrationes noſtras vel carmine, vel proſa oratione, etiam de arte, commendare memoriæ eos cogimus, erramus (vt mihi quidē videtur) multis modis. Primum quod quæ ſummo labore edidicerunt, dediſcunt paucis diebus. quod ego & puer olim, & iuuenis compoſitis etiam a me regulis, ſum ſæpe expertus. nam cum generū regulas, præteritorumue ſumma cura memoriæ mandaſſem, perbreui obliuiſcebar. Idem ceteris quoque euenire exiſtimo. Præterea difficultate tum materiæ, tum ſtili, eo deſperationis veniunt, vt & ſcholas, & litteras fugiant, & ſtudia, quæ amare nondū poſſunt, maxime oderint. Tum eo ipſo tempore, quo noſtra ediſcunt, facilius, meliusque vel Ciceronis aliquid, vel Virgilii, aliorumue illuſtrium poſſent ediſcere, olim & decori, & commodo illis non mediocri futurum. Equidem puero mihi, cum Alexandri carmen ineptum de arte grammatica, præceptore cogente, memoriæ mandabam, non ita contigiſſe, plurimum doleo. Addite quod cum incultos, & barbaros diſcimus: tales, ac potius incultiores & ipſi euadimus. Solemus enim iis, quos imitamur, plerunque eſſe deteriores. Quapropter optimos, & ſtatim & ſemper legendos putat Quinctilianus, atque eorum candidiſſimum quenque, & maxime expolitum. Tū de Cicerone ſic inquit, Cicero (vt mihi quidem videtur) & iocundus incipientibus quoque, & apertus eſt ſatis: nec prodeſſe tantum, ſed etiam amari poteſt. tum (quemadmodum Plinius præcipit) vt quiſque erit Ciceroni ſimillimus. Sed de genere hoc longa haberi poſſet oratio. Hæc vero attigimus noſtro ergā ſtudioſos ſummo amore. Quare vos etiam atque etiam rogo, vt boni quicquid diximus, conſulatis. Valete. Venetiis, Menſe Oct. M. D. VII.

QVONIAM AVTEM OMNIBVS IN REbus a diuinis incipiẽdum eſt, Chriſtianeq; a teneris inſtitui pueros volumus, hæc in primis ediſcant.

In nomine IESV CHRISTI crucifixi
Dei Opt. Max.

Oratio data Apoſtolis ab IESV
redemptore humani generis.

PATER noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

Salutatio angeli ad beatiſſ. Virginem.

AVE Maria gratia plena. Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui IESVS. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

Χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Symbolum Apoſtolorum.

CREDO in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Et in IESVM CHRISTVM filium eius vnicum dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria Virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. Deſcendit ad inferos. Tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcẽdit ad cælos, ſedet ad dexterã dei patris oi-

potentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum. Sanctam eccleſiã catholicã. Sanctorũ cõmunionẽ. Remiſſionẽ peccatorum. Carnis reſurrectionẽ. Vitã æternam. Amen.

DECEM PRAECEPTA LEGIS ANTIQVAE.

Mente Deum tota venerare, & ſemper adora.
Ne iura incaſſum ſanctiſſima numina diuum.
Hinc caueas feſtis quidquam exercere diebus,
Quod vetitũ eſt. Magno pius affice honore parentes,
Ah ne occide hominem. Nunquam furare. Malignus
Eſſe caue teſtis. Necnon bonus effuge, lectum
Concutere alterius, tedas fœdare iugales.
Non modo ne turpis ſis lege iuberis adulter,
Sed ne nupta quidem alterius tibi mente petatur.
Cuncta aliena, bonus quo ſis, cupiiſſe caueto.
Hęc quicunque decem ſummi pręcepta Tonantis
Chriſticola, vt debet, ſeruarit, carcere liber
Corporis, ad cæli felicia tecta volabit
Lætus, & æternum cariturus morte quieſcet.

Salutatio filiorum Euæ ad beatiſſ. Virginem.

SALVE regina miſericordiæ. Vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filii Euæ. Ad te ſuſpiramus gementes, & flentes in hac lacrymarũ valle. Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et IESVM benedictũ fructũ vẽtris tui nobis poſt hoc exiliũ oſtẽde. O clemẽs, o pia, o dulcis virgo Maria. Dignare me laudare te virgo ſacrata. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. Amen.

Initium Euangelii ſecundum Ioannem.

IN principio erat verbum. Et verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, &

uita erat lux hominum,& lux in tenebris lucet,&te nebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus a Deo,cui nomen erat Ioannes.Hic venit in teſti monium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux,ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hũc mundũ.In mundo erat,& mundus per ipſum factus eſt,& mundus eum nõ cognouit.in propria venit,& ſui eum nõ receperunt. Quotquot autem receperũt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri, iis qui credunt in nomine eius,qui non ex ſanguinibus,neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Et verbum,caro factum eſt,& habitauit in nobis.Et vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti a patre,plenum gratiæ & veritatis.

Cum itur cubitum,genibus flexis facto ſigno ſanctiſſimæ crucis dicatur ter,

Benedicatur deus trinus & vnus.
Benedicatur dominus noſter Ieſus Chriſtus.
Benedicatur Virgo Maria mater dei.
Deus propitius eſto mihi peccatori.
Dignare domine nocte iſta ſine peccato nos cuſtodire.
Domine Ieſu Chriſte da mihi intellectum, & doce me facere voluntatem tuam. Item dicatur quinquies oratio dominica,& ſalutatio Angeli ad beatiſſimam Virginem,& ſemel Symbolum Apoſtolorum. Hinc Euangelium,In principio erat verbum,& verbũ erat apud deum,&c.

Cum ſurgitur cubitu,dicantur eadem omnia, niſi quod vbi dicitur nocte iſta,dicatur die iſto.

Ad benedicendam menſam. Ante prandium.

Benedicite.Benedicite.Oculi omniũ in te ſperãt dñe,et tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam,&imples omne animal bñdictione. Gloria patri,& filio,& ſpiritui ſancto. Sicut erat in

principio & nunc, & ſemper,& in ſecula ſeculorum. Amē. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, kyrie eleiſon. Pr̄ noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Benedic domine nos & tua dona, quæ de tua largitate ſumus ſumpturi per Chriſtū dominum noſtrum. Amē. Iube domine benedicere. Mēſæ cœleſtis participes faciat nos rex æternæ gloriæ. Amen. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Poſt prandium.

Tu autem domine miſerere noſtri. Deo gratias. Confiteantur tibi domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi. Gloria patri. Sicut erat. Agimus tibi gratias omnipotens Deus pro vniuerſis beneficiis tuis qui viuis & regnas in ſecula ſeculorum Amen.

Pſalmus.

Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua me me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitaté meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: & oēs iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas:

& impii ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ: & exaltabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudẽ tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: vt edificentur muri Hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloria patri, & filio & ſpi. Sicut erat. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſõ, Kyrie eleiſon. Pater noſter Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

Diſperſit dedit pauperibus. Iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Bñdicã dñm in oĩ tẽpore. Sẽper laus eius in ore meo. In dño laudabitur aĩa mea. Audiant manſueti & lætent. Magnificate dñm mecũ Et exaltemus nomen eius in idipſum. Sit nomen dñi bñdictũ. Ex hoc nunc & vſq; in ſeculũ. Retribuere dignare dñe oĩbus nobis bona facientibus propter nomẽ ſanctũ tuũ vitã æternã. Amẽ. Benedicamus dño. Deo grãs. Fideliũ aĩæ per miſericordiã Dei, requieſcãt in pace. Amẽ. Pr̃ nr̃. totũ ſub ſilẽtio. Deus det nobis ſuã pacẽ. Et vitã æternam. Amen.

Ante Cœnam.

Benedicite, Benedicite. Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, viuẽt corda eorum in ſeculum ſæculi. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſan. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Benedic domine. & reliqua vt ſupra in principio prandii.

Poſt cœnam.

Tu autem domine miſerere noſtri, Deo gratias. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſera-

tor dominus,eſcam dedit timentibus ſe. Gloria patri & filio & ſpiritui ſan.Sicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen. Benedictus dominus in donis ſuis,& ſanctus in oĩbus operibus ſuis.Qui viuit &regnat ĩ ſecula ſeculorũ.Amẽ. Pſal.Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius,& veritas domini manet in æternũ.Gloria patri,Sicut erat in prin.kyrie eleiſon.Chriſte eleiſon,kyrie eleiſon.Pater noſter &c.vt in fine prandii.

BREVISSIMVS SIMVL, ET VTILISSIMVS MODVS, QVO ET LEGERE ET ſcribere quis cito,rectéq; diſcet.

Literæ.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.
p.q.r.ſ.t.u.x.y.z.

Vocales.a.e.i.o.u.

Conſonantes.b.c.d.f.g.l.m.n.p.q.r.ſ.t.x.z.i.u. cum non ſunt vocales.

Conſonantes præpoſitæ vocalibus.

Ba.be.bi.bo.bu.	Ca.ce.ci.co.cu.
Da.de.di.do.du.	Fa.fe.fi.fo.fu.
Ga.ge.gi.go.gu.	Ha.he.hi.ho.hu.
Ia.ie.ii io.iu.	La.le.li.lo.lu.
Ma.me.mi.mo.mu.	Na.ne.ni.no.nu.
Pa.pe pi.po.pu.	Qua.que.qui.quo.quu.
Ra.re.ri.ro.ru.	Sa.ſe.ſi.ſo.ſu.
Ta.te.ti.to.tu.	Va.ve.vi.vo.vu.
Xa.xe.xi.xo.xu.	Za.ze.zi zo.zu.

Vocales vni præpoſitæ conſonanti.

Ab.eb.ib.ob.vb.	Ac.ec.ic.oc.vc.
Ad.ed.id od.vd.	Af.ef.if.of.vf.
Ag.eg.ig og.vg.	Ah.eh.ih.oh.vh.
Al el.il.ol.vl.	Am.em.im.om.vm.
An.en.in.on.vn.	Ap.ep.ip.op.vp.
Ar.er.ir.or.vr.	As.es.is.os.vs.
At.et.it.ot.vt.	Ax.ex.ix.ox.vx.

[Vocales vni duabus ue,aut tribus
præpoſit æ conſonantibus.

A lx.elx.ilx olx.vlx.   Anc.enc.inc.onc.vnc.
Ams.ems.ims.oms.vms.   Ans.ens.ins.ons.vns.
Ant.ent.int.ont.vnt.   Anx.enx.inx.onx.vnx.
Ars.ers.irs.ors.vrs.   Arx.erx.irx.orx.vrx.
Abs.ebs.ibs.obs.vbs.   Arbs.erbs.irbs.orbs.vrbs.
Aps.eps. ips.ops.vps.   Arps.erps.irps.orps.vrps.

Vocales vocalibus præpoſitæ.

æ œ au eu ei quæ ſunt diphthongi.

Duæ tres ue Conſonantes præpoſitæ vocalibus.

Bda.bde.bdi.bdo.bdu.   Bla.ble.bli.blo.blu.
Bra.bre.bri.bro.bru.   Cha.che.chi.cho.chu.
Cla.cle.cli.clo.clu.   Cna.cne.cni.cno.cnu.
Cra.cre.cri.cro.cru.   Cta.cte.cti.cto.ctu.
Dla.dle.dli.dlo.dlu.   Dma.dme.dmi.dmo.dmu.
Dna.dne.dni.dno.dnu.   Dra.dri.dro.dru.
F la.fle.fli.flo.flu.   Fra.fre.fri.fro.fru.
G da.gde.gdi.gdo.gdu.   Gla.gle.gli.glo.glu.
gma.gme.gmi.gmo.gmu.   gna.gne gni.gno.gnu.
Gra.gre.gri.gro.gru.   Mna.mne.mni.mno.mnu.
P la.ple.pli.plo.plu.   Pna.pne.pni.pno.pnu.
Pra.pre. pri.pro.pru.   Pſa.pſe.pſi.pſo.pſu.
Pta.pte.pti.pto ptu.   Sba.sbe.sbi.sbo.sbu.
S ca.ſce.ſci.ſco.ſcu.   Sma ſme.ſmi.ſmo.ſmu.
Spa.ſpe.ſpi.ſpo.ſpu.   Squa.ſque.ſqui.ſquo.ſquu.
Sta.ſte.ſti.ſto.ſtu.   Stla.ſtle.ſtli.ſtlo.ſtlu.
Stra.ſtre.ſtri.ſtro.ſtru.   Tla.tle.tli.tlo.tlu.
T ma.tme.tmi.tmo.tmu.   Tna.tne.tni.tno.tnu.
Tra.tre.tri.tro.tru.

Conſonantes præpoſitæ,& ſuppoſitæ vocalibus.

Bab.beb.bib.bob.bub.   Bac.bec.bic.boc.buc.
bad.bed.bid.bod.bud.   Baf.bef.bif.bof.buf.
bag.beg.big.bog.bug.   Bal.bel.bil.bol.bul.
Bā bem.bim.bom.bū.   Ban.ben.bin.bon.bun.
bap.bep.bip.bop.bup.   Bar.ber.bir.bor.bur.

Bas.bes.bis.bos.bus.	Bat.bet.bit.bot.but.
Cab.ceb.cib.cob.cub.	Cac.cec.cic.coc.cuc.
Cad.ced.cid.cod.cud.	Caf.cef.cif.cof.cuf.
Cag.ceg.cig.cog.cug.	Cal.cel.cil.col.cul.
Cã.cem.cim.com.cũ.	Can.cen.cin.con.cun.
Cap.cep.cip.cop.cup.	Car.cer.cir.cor.cur.
Cas.ces.cis.cos.cus.	Cat.cet.cit.cot.cut.
Dab.deb.dib.dob.dub.	Dac.dec.dic.doc.duc.
Dad.ded.did.dod.dud.	Daf.def.dif.dof.duf.
Dag.deg.dig.dog.dug.	Dal.del.dil.dol.dul.
Dam.dem.dim.dom.dũ.	Dan.den.din.don.dun.
Dap.dep.dip.dop.dup.	Dar.der.dir.dor.dur.
Das.des.dis.dos.dus.	Dat.det.dit.dot.dut.
Fab.feb.fib.fob.fub.	Fac.fec.fic.foc.fuc.
Fad.fed.fid.fod.fud.	Faf.fef.fif.fof.fuf.
Fag.feg.fig.fog.fug.	Fal.fel.fil.fol.ful.
Fã.fem.fim.fom.fum.	Fan.fen.fin.fon.fun.
Fap.fep.fip.fop.fup.	Far.fer.fir.for.fur.
Fas.fes.fis.fos.fus.	Fat.fet.fit.fot.fut.
Gab.geb.gib.gob.gub.	Gac.gec.gic.goc.guc.
Gad.ged.gid.god.gud.	Gaf.gef.gif.gof.guf.
Gag.geg.gig.gog.gug.	Gal.gel.gil.gol.gul.
Gã.gẽ.gim.gom.gum.	Gan.gen.gin.gon.gun.
Gap.gep.gip.gop.gup.	Gar.ger.gir.gor.gur.
Gas.ges.gis.gos gus.	Gat.get.git.got.gut.
Hab.heb.hib.hob.hub.	Hac.hec.hic.hoc.huc.
Had.hed.hid.hod.hud.	Haf.hef.hif.hof.huf.
Hag.heg.hig.hog.hug.	Hal.hel.hil.dol.hul.
Hã.hem.him.hom.hũ.	Han.hen.hin.hon.hun.
Hap.hep.hip.hop.hup.	Har.her.hir.hor.hur.
Has.hes.his.hos.hus.	Hat.het.hit.hot.hut.
Iab.ieb.iib.iob.iub.	Iac.iec.iic.ioc.iuc.
Iad.ied.iid.iod.iud.	Iaf.ief.iif.iof.iuf.
Iag.ieg.iig.iog.iug.	Ial.iel.iil.iol.iul.
Iam iem.iim.iom.ium.	Ian.ien.iin.ion.iun.
Iap.iep.iip.iop.iup.	Iar.ier.iir.ior.iur.

las.ies.iis.ios.ius. lat.iet.iit.ior.iut.
Lab.leb.lib.lob.lub. Lac.lec.lic.loc.luc.
Lad.led.lid.lod.lud. Laf.lef.lif.lof.luf.
Lag.leg.lig.log lug. Lal.lel.lil.lol.lul.
Lam.lem.lim.lom.lū. Lan.len lin.lon.lun.
Lap.lep.lip lop.lup. Lar.ler.lir.lor.lur.
Las.les.lis.los.lus. Lat.let.lit.lot.lut.
Mab.meb.mib.mob.mub.Mac.mec.mic.moc.muc.
Mad.med.mid.mod.mud.Maf.mef.mif.mof.muf.
Mag.meg.mig mog.mug.Mal.mel.mil.mol.mul.
Mam.mē.mim.mom.mum.Mā. men.min.mon.mū.
Map.mep.mip.mop.mup.Mar.mer.mir.mor . mur.
Mas.mes.mis,mos.mus.Mat.met.mit.mot.mut.
Nab.neb.nib.nob.nub. Nac.nec.nic.noc.nuc.
Nad.ned.nid.nod.nud.Naf.nef.nif.nof.nuf.
Nag.neg.nig.nog.nug.Nal.nel.nil.nol.nul.
Nā.nem.nim.nom.nū. Nan.nen.nin.non.nun.
Nap.nep nip.nop.nup. Nar.ner.nir.nor.nur.
Nas.nes.nis.nos.nus. Nat.net.nit not.nut.
Pab.peb.pib pob.pub. Pac.pec.pic.poc.puc.
Pad.ped.pid.pod.pud. Paf.pef.pif.pof.puf.
Pag.peg.pig.pog.pug. Pal.pel.pil.pol.pul.
Pam.pem.pim.pō.pū. Pan.pen.pin.pon.pun.
Pap.pep.pip.pop.pup. Par.per.pir.por.pur.
Pas.pes.pis.pos.pus. Pat.pet.pit.pot.put.
Quid.quod. Qual.quel.quil. quā . quem.
Quan.quē.quin.quon.Quas.ques.quis.quos.quus.
Rab.reb.rib.rob.rub. Rac.rec.ric.roc.ruc.
Rad.red.rid.rod.rud. Raf.ref.rif.rof.ruf.
Rag.reg.rig.rog.rug. Ral.rel.ril.rol.rul.
Ram.rem rim.rō.rum. Ran.ren.rin.ron.run.
Rap.rep.rip.rop.rup. Rar.rer.rir.ror.rur.
Ras.res.ris.ros.rus. Rat.ret.rit.rot.rut.
Sab.ſeb.ſib.ſob.ſub. Sac.ſec.ſic.ſoc.ſuc.
Sad.ſed.ſid.ſod.ſud. Saf.ſef.ſif.ſof.ſuf.
Sag.ſeg.ſig.ſog.ſug. Sal.ſel.ſil.ſol.ſul.
Sam.ſem.ſim ſom.ſum.San.ſen.ſin.ſon.ſun.

Sap.ſep.ſip.ſop.ſup. Sar.ſer.ſir.ſor.ſur.
Sas.ſes.ſis.ſos.ſus. Sas.ſet.ſit.ſot.ſut.
Tab.teb.tib.tob.tub. Tac.tec.tic.toc.tuc.
Tad.ted.tid.tod.tud. Taf.tef.tif.tof.tuf.
Tag.teg.tig.tog.tug. Tal.tel.til.tol.tul.
Tam.tem.tim.tom.tũ. Tan.ten.tin.ton.tun.
Tap.tep.tip.top.tup. Tar.ter.tir.tor.tur.
Tas.tes.tis.tos.tus. Tat.tet.tit.tot.tut.
Vab.veb.vib.vob.vub. Vac.vec.vic.voc.vuc.
Vad.ved.vid.vod.vud. Vaf.vef.vif.vof.vuf.
Vag.veg.vig.vog.vug. Val.vel.vil.vol.vul.
Vam.vem.vim.võ.vũ. Van.ven.vin.von.vun.
Vap.vep.vip.vop.vup. Var.ver.vir.vor.vur.
Vas.ves.vis.vos.vus. Vat.vet.vit.vot.vut.
Xab xeb.xib.xob.xub. Xac.xec.xic.xoc.xuc.
Xad xed.xid.xod.xud. Xaf.xef.xif.xof.xuf.
Xag.xeg.xig.xog.xug. Xal.xel.xil.xol.xul.
Xã.xem.xim.xom.xũ. Xan.xen.xin xon.xun.
Xap.xep.xip.xop.xup. Xar.xer.xir.xor.xur.
Xas.xes.xis.xos.xus. Xat.xet.xit.xot xut.
Zab.zeb.zib zob.zub. Zac.zec.zic.zoc.zuc.
Zad.zed.zid.zod.zud. Zaf.zef.zif.zof.zuf.
Zag.zeg.zig.zog.zug. Zal.zel.zil.zol.zul.
Zam.zẽ.zim.zom.zũ. Zan.zen.zin.zon.zun.
Zap.zep.zip.zop.zup. Zar.zer.zir.zor.zur.
Zas.zes.zis.zos.zus. Zat.zet.zit.zot.zut.

Erunt fortaſſe qui hæc rideant tanquam perquam rudia, ſed inerudití. nos autem perneceſſaria eſſe dicimus ad recte, docteq; pronuntiandum, ſcribendũq;. Imitati autem ſumus antiquos & græcos & latinos grammaticos, diſcant igitur pueri, quot ſyllabarum ſint dictiones, eaſq; tum in libro, tum ad digitos ſyllabatim connectant, ne ſcribant, pronuncient ve cœl li cœllorũ, & allius allia allium per geminũ ll. ne ve vbi vna eſſe debet conſonans, duas ponant: aut contra, vbi duæ eſſe debent conſonantes, ponant vnam, vt plurimi ſolent.

QVAE CONTINENTVR HIS QVATVOR LIBRIS.

IN PRIMO LIBRO PRAECIPVA HAEC.

De grammaticæ partibus.
De nomine.
De generibus nominum.
De inflexione nominum.
De caſuum terminatione.
De heteroclitis.
De pronomine.

IN SECVNDO VERO HAEC.

De verbo.
De inchoatiuis, & reliquis deriuatiuorum verborum ſpeciebus.
De inflexione verborum.
De præteritis, & ſupinis.
De aduerbio, & ceteris orationis partibus.

IN TERTIO HAEC.

De conſtructione verborum, aduerbiorum localium, Participiorum, Nominum.
De figuris dictionis duodecim, & conſtructionis octo.

IN QVARTO HAEC.

De quantitate ſyllabarum.
De pedibus metrorũ cxxIIII, Græce, & Latine, a diſyllabis vſq; ad hexaſyllabos.
De carmine Bucolico.
De verſu Hexametro, Pentametro, Iambico Senario, Dimetro, Tetrametro, & Choliambo.
De Hendecaſyllabo Sapphico & Phalæcio.
De Trochaico tetrametro catalectico.
De metro Sotadeo.
De metro Ithyphallico.
De accentibus.
De diſtinctionibus.

ALDI

Non mihi per ſcopulos,aut deuia paruus Iulus
Ducitur,Aonias ebibiturus aquas.
Eſt via per placidos colles,per florea rura:
Hac iter ad muſas perbreue carpe puer.

DE GRAMMATICA ET EIVS PARTIBVS.

QVID EST Grammatice? Ars & profeſſio,quæ vſu,ratione,atque auctoritate conſtat, Quæq; cum breuiſſime in duas partes diuidatur, recte loquendi ſcientiam, & auctorum enarrationem,plus habet in receſſu (vt Quinctilianus ait) quam fronte promittat. Eſt enim neceſſaria pueris,iocunda ſenibus,dulcis ſecretorum comes, & quę vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis,quam oſtẽtationis.

Vnde dicta eſt grammatice? παρὰ τὰ γράμματα, hoc eſt a litteris. Latine litteratura,Quinctiliano teſte,dici poteſt,quia a litteris incipit.nã litteræ in ſyllabas cogũtur,ſyllabæ dictiones efficiunt: ex dictionibus oratio cõſtat,ex quibus diſciplina grãmatices conſtituitur.

Quot ſunt partes Grammatices? Duæ. Methodice,& hiſtorice.

Quæ eſt Methodice? Finitiua grammatice, quæ præcepta,rationemq; loquendi breui quadam via demõſtrat. hæc etiam horiſtice dicitur.

Quæ eſt Horiſtice? Enarratiua grammatica, quæ auctores enarrat,atque exponit,quare & exegetice alio nomine appellatur.

Methodicæ ſeu hiſtoricæ grammatices quot ſunt partes? Quattuor. Littera,vt v. Syllaba,vt ve. Dictio vt veritas. Oratio,vt veritas odium parit.

Quid eſt littera? Minima pars vocis articulatæ.

Quid eſt vox? Aer ictus auribus accidens.
Quotuplex eſt vox? Duplex. Articulata, quæ ab aliquo ſenſu mentis proficiſcitur. Inarticulata, quæ a nullo.
Quotuplex eſt articulata vox? Duplex. Litterata quę ſcribi poteſt, vt Cicero, Socrates, Plato. Illitterata q̄ ſcribi non poteſt, vt ſibili, & gemitus hominum.
Quotuplex eſt vox inarticulata? Duplex. Litterata, vt Cra. Illitterata, vt ſibili ſerpentum, mugitus boum, & ſimilia.
Vnde dicta eſt littera? A lituris, quas patitur, vel quia veteres in ceratis tabulis ſcribere, & poſtea delere conſueuerunt, ſicut a libro, id eſt cortice, in quo etiam antiqui ſcribebant, appellatus eſt liber.
Quid intereſt inter litteram, & elementum? Elementum eſt ipſa pronūciatio, Littera autem, elementi nota. ſed abuſiue alterum pro altero ponitur.
Quot accidunt litteræ? Tria, Nomen, figura, & poteſtas, propter quam & litterę factæ ſunt, & elementa.
Quot ſunt litterę, quibus vtimur? Tres & viginti a, b, c, d, e, f, g, i, vocalis, i conſonans, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u vocalis, u conſonans, x, y, z. Litteræ vero apud Græcos ſunt quattuor & viginti. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.
Quare h & K non numeraſti inter litteras? Quia h, non eſt littera, ſed ſignum aſpirationis. k vero, græca eſt, pro qua c, vtimur, atq; ideo ſuperuacua. niſi (vt Terētian. ait) tunc in vſū eſt, cū Kalēdas adnotamus caput.
Quare i & u bis cōnumeraſti inter litteras? Quia longe aliæ literæ ſunt in Iuno, & Venus, quā in ibo & vrna.
In quot partes diuiduntur tres & viginti litteræ? In duas, In vocales & conſonantes.
Quot ſunt vocales? Sex, quinque Latinæ, a, e, i, o, u, & vna græca y ψιλὸν, qua vtimur duntaxat in dictionibus græcis, vt Hippolytus, Hieronymus, hyems. Vocales autem apud Græcos, ſeptem, α. ε. η. ι. υ. ο. ω.
In quot partes diuiduntur vocales? In duas. In præ-

poſitiuas,& ſubiunctiuas.

Quot ſunt præpoſitiuæ? Duæ, a, e. Subiunctiuæ?Tres, e,u,i.

Quare dicuntur præpoſitiuæ?Quia præpoſitæ ſubiunctiuis diphthongos faciunt.

Ex vocalibus quot fiunt diphthongi?Quinque,æ,œ,au, eu,ει.vt æſtimo,cœpi,aula,Eurus,Orphει: ſed ει greca eſt,quæ apud antiquos in frequentiſſimo vſu fuit, nunc autem pæne éxoleuit.

Quot ſcribuntur,& proferuntur? Duæ,au,& eu,vt audio,euge.

Quot ſcribuntur, & non proferuntur? Tres,æ,œ,ει:vt Cæſar,Phœbus,omnεις.quãquam mihi non ita videtur.non.n. ita pronũciaſſe antiquos credimus: ſed de his dicemus ĩ fragmẽtis noſtris grãmaticis.Diphthõgi vero propriæ apud Græcos ſex,αι,αυ.ει.ευ.οι.ου.

Quot ſunt conſonantes?Septemdecim , b,c,d,f,g.l,m,n, p,q,r,ſ,t,x,z,i & u non vocales.

In quot partes diuiduntur conſonantes?In duas.in ſemiuocales,& mutas.

Quot ſunt ſemiuocales?Septem,l.m.n.r.ſ.x.z.

In quot partes diuiduntur ſemiuocales?In duas,in quattuor liquidas,l.m.n.r:& duas duplices,x,z.

Quot ſunt mutæ?Octo,b.c.d.f.g.p.q.t.

Quare dicuntur vocales?Quia per ſe vocem faciunt.

Conſonantes?Quia ſimul cum vocalibus ſonant.

Semiuocales?Quia ſunt imperfectæ vocales.

Mutæ?Quia reſpectu bene ſonantiũ exiguã vocẽ habẽt.

Quare dicuntur liquidæ?Quia fluunt & quaſi intereunt poſt mutas poſitæ in eadem ſyllaba,& propterea Græci ὑγρὰ etiam appellant,noſtri vero vdas.

Quare dicuntur duplices?quia ponuntur pro duab.litteris.x enim ponitur pro c & ſ:z vero pro duplici ſſ.

Quæſtiones de litteris.

A in dictione æs quæ pars eſt? Littera.Quæ littera? vocalis.Quæ vocalis?præpoſitiua.Quare eſt littera?quia

eſt minima pars huius vocis articulatæ æs. Quare vocalis? quia per ſe vocem facit. Quare eſt præpoſitiua? quia prępoſita ſubiunctiuis e & u, æ & au diphthongos facit.

L quæ pars eſt grammatices? Littera. Quæ littera? conſonans. Quæ cõſonans? ſemiuocalis. Quæ ſemiuocalis? liquida. Quare eſt littera? quia eſt minima pars dictionis, vbi poſita eſt. Quare cõſonans? quia ſimul cũ vocali, cui adiungiť, ſonat. Quare eſt ſemiuocalis? qa nõ quãtũ vocalis ſonat. Semis enim in cõpoſitiõe, imperfectionem ſignificat, vt ſemiuir, ſemiplenus, i. imperfectus vir, imperfectè plenus. interdũ ẽt dimidiã partẽ, vt ſemiſſis, dimidiatus aſſis. Quare eſt liq̃da? qa liq̃ſcit & fluit poſt mutas poſita ĩ eadẽ ſyllaba.

De syllaba.

Quid eſt ſyllaba? Comprehenſio litterarum, vt ba. tra, ſed abuſiue ex ſola vocali fieri ſyllaba poteſt, vt eoo. Vnde dicitur ſyllaba? ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα, hoc eſt a conceptione litterarum. Syllabæ quot accidunt? Quatuor, tenor, ſpiritus, tempus, & numerus. Quot ſunt tenores ſyllabarum? Tres, acutus, grauis, & circumflexus, vt alíquibus, coràm, baſſianâs

Quot ſunt ſpiritus ſyllabarum? Duo, aſper, & lenis, vt trux, lana. Quot ſunt tempora ſyllabarum? Quinque, vnum, vnum ſemis, duo, duo ſemis, & tria.

Quot ſunt numeri ſyllabarum? Duo, ſingularis, vt a. pluralis, vt tra.

Quare numerus accidit ſyllabæ? Quia conſtare poteſt ex vna ad ſeptẽ litteras, vt a, ab, abs, mars, ſcobs, ſcrobs, ſtirps, ſtrans, ſtriglx apud Victruuium.

Quæſtiones de ſyllabis.

Li, in aliquibus quæ pars eſt? ſyllaba. Quare? quia eſt comprehenſio duarum litterarũ l & i. Cuius tenoris? acuti. Cuius ſpiritus? lenis. Quot tẽporum eſt? vnius. Cuius numeri? Pluralis.

De dictione.

Quid eſt dictio? Vox articulata cũ aliqua ſignificatiõe,

ex qua inſtruitur oratio,& in quam reſoluitur.

Vnde dicta eſt dictio? A dicẽdo,quod dicat aliquid,hoc eſt ſignificet.

Quæſtiones de dictione.

Poeta quæ vox eſt? Articulata. Quare? Quia ab aliquo ſenſu mentis proficiſcitur.

Quæ articulata vox eſt poeta? Litterata. Quare? quia ſcribi poteſt.

Poeta quæ pars eſt grammatices? Dictio. Quare? Quia dicit aliquid, hóc eſt ſignificat.

Cra, quæ vox eſt? Inarticulata. Quare? Quia a nullo ſenſu mentis proficiſcitur.

Quæ inarticulata vox eſt cra? Litterata. Quare? Quia litteris comprehendi poteſt.

Sibilus hominũ quæ vox eſt? Articulata. Quare? Quia ab aliquo ſenſu mentis proficiſcitur. Quæ articulata? Illiterata. Quare? quia ſcribi non poteſt.

Mugitus boum quæ vox eſt? Inarticulata. Quæ inarticulata? Illitterata.

DE ORATIONE.

Quid eſt oratio? Congrua dictionum ordinatio ad aliquid ſignificandum.

In quot partes diuiditur oratio? In duas: in orationem perfectam,& imperfectam. Quæ eſt perfecta? Quę perfectum habet ſenſum, vt Veritas odium parit.

Quæ eſt imperfecta? Quæ nõ habet perfectũ ſenſum, vt Me amare Deum,& Cum veniſſem in Cumanũ.

Orationis perfectæ in anguſtiſſima diuiſione quot ſunt ſpecies? Quinque. Interrogatiua, vt quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? Imperatiua, vt Accipe nũc Danaum inſidias. Optatiua, vt Nunc vtinam ſurdis auribus eſſe velim. Vocatiua, vt Huc ades o Meliboee. Enunciatiua, vt Nauigat Aeneas.

Quæſtiones de Oratione.

Amo Deum, quæ pars eſt grammatices? Oratio. Quare? Quia eſt congrua dictionum ordinatio ad aliqd ſignificandum.

Quæ oratio eſt? Perfecta. Quare? Quia perfectum ha-

bet ſenſum.

Cuius ſpeciei orationis perfectæ? Enunciatiuæ. Quare? Quia amorem erga Deum enunciat.

DE ORATIONIS PARTIBVS.

Quot ſunt partes orationis? Octo. Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbium, Participium, Præpoſitio, Coniunctio, & Interiectio. Quot ſunt principales orationis partes? Duæ, Nomen & verbum.

Quot ſunt partes orationis declinabiles? Quattuor, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium.

Quot ſunt indeclinabiles? Quattuor. Aduerbium, Præpoſitio, Coniunctio, & Interiectio.

Quot ſunt caſuales? Tres. Nomẽ, Pronomen, Participiũ.

DE NOMINE.

Quid eſt nomen? Pars orationis corpus aut rem proprie, communiterue ſignificans: proprie vt Roma, Tyberis: communiter, vt vrbs, flumen.

Vnde dictum eſt nomen? A græco quod eſt ὄνομα, ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod eſt tribuere, deriuatum.

In quot partes diuiditur nomen? In duas, in ſubſtantiuum & adiectiuum.

Quod eſt nomen ſubſtantiuum? Quod habet vnum articulum, vt hic poeta: vel duos ad ſummum, vt hic & hæc aduena.

Quod eſt nomen adiectiuum? Quod habens tres articulos, vt hic & hæc & hoc felix: vel tres voces, vt bonus bona bonum: adiicitur nominibus ſubſtantiuis ad eorum qualitatem vel quantitatem declarandam, vt altum mare, cælum profundum, rotundum, volubile; nix alba, niger coruus.

Quot ſunt pronomina pro articulis poſita in generum, caſuumque diſcretione? Tria (caremus enim articulis) hic hęc hoc. hic enim eſt diſcrimẽ maſculini, hæc fœminini, hoc neutri. hic & hæc communis duũ ge

nerum. hic & hæc & hoc, omnis, vel communis triũ generum. hic vel hæc, incerti.
In quot partes diuiditur ſubſtantiuum nomen? In duas, in proprium & appellatiuum.
Quod eſt nomen proprium? Quod vni tantum conuenit, vt Socrates, Plato, Virgilius.
Quod eſt nomen appellatiuum? Quod eſt commune multis, vt arbor, homo, lapis.
Nomini quot accidunt? Quinque. Quæ? Species, Genus, Numerus, Figura & Caſus.
Quot ſunt ſpecies nominum tam ſubſtantiuis, quam adiectiuis communes? Duæ, primitiua vt Iulus, bonus. deriuatiua, vt Iulius, bellus.
Quot ſunt ſpecies propriorũ nominum tantum? Quattuor, Nomen, Prænomen, Agnomen, & Cognomen.
Quod eſt nomen? Quod proprie vniuſcuiuſque ſuum eſt, vt Cato, Cęſar.
Quod eſt prænomen? Quod præponitur nomini differentiæ cauſa. vt M. Cato, C. Cæſar.
Quod eſt cognomen? Quod ab euentu aliquo imponitur, vt Africanus. Saluſt. Cui cognomen poſtea Africano ex virtute fuit.
Quod eſt agnomen? Quod eſt agnationis commune, vt Portius.

De ſpeciebus appellatiuorum nominum.

Quot ſunt ſpecies appellatiuorum nominum tantum? Decem & ſeptem, Ad aliquid dictum, Quaſi ad aliquid dictum, Gentile, Patrium, Interrogatiuum, Infinitum, Relatiuum, Collectiuum, Diuiduum, Factitium, Generale, Speciale, Ordinale, Numerale, Abſolutum, Temporale, Locale.
Quid eſt ad aliquid dictum? Quod ſine intellectu eius ad quod dictum eſt, proferri non poteſt, vt Pater, filii pater: filius, patris filius.
Quod eſt quaſi ad aliquid dictum? Quod quamuis habet aliquod contrarium, & quaſi ſemper adhærẽs, ta-

men non ſignificat ipſo nomine etiam illud, neq; ex illo accipit nominationem, vt nox, dies.
Quod eſt gentile? Quod gentem ſignificat, vt Græcus, Latinus.
Quod eſt patrium? Quod a patria ſumitur, vt Romanus.
Quod eſt interrogatiuum? Quod cum interrogatione profertur, vt quis qualis cum accentu in penultima.
Quod eſt infinitum? Quod eſt interrogatiuo contrarium, vt quis qualis cum graui accentu.
Quod eſt relatiuum? Quod refert antecedens, hoc eſt dicit iterum, vt qui quę quod, qualis.
Quod eſt collectiuum? Quod in ſingulari numero multitudinem ſignificat, vt populus, plebs, gens, turba, vulgus.
Quod eſt diuiduum? Quod a duobus vel amplioribus ad ſingulos habet relationem, vel ad plures in numeros pares diſtributos, vt uterque, alteruter, quiſque, ſinguli, bini, terni, centeni.
Quod eſt factitium? Quod a ſonorum proprietate factum eſt, vt fringilla auis, turtur, ſcrofa, taratantara.
Quod eſt generale? Quod in diuerſas ſpecies poteſt diuidi, vt animal, arbos.
Quod eſt ſpeciale? Quod a genere trahitur, ut homo, equus, laurus, oliua.
Quod eſt ordinale? Quod ordinem ſignificat, vt primus, ſecundus.
Quod eſt numerale? Quod numerum demonſtrat, vt vnus, duo, tres.
Quod eſt abſolutum? Quod per ſe intelligitur, vt deus.
Quod eſt temporale? Quod tempus oſtendit, vt hora, dies, menſis, annus.
Quod eſt locale? Quod locum ſignificat, ut propinquus, longinquus, proximus.

De ſpeciebus tam propriorum quam appellatiuorum nominum.

Quot ſunt ſpecies nominum tam proprijs quam appellatiuis communes? Sex. Primitiua propria, vt Iulus. primitiua appellatiua, vt mons. Deriuatiua propria, vt Iulius. deriuatiua appellatiua, vt monticulus. Corporalis propria, vt Cato. corporalis appellatiua, vt homo. Incorporalis propria, vt virtus dea, & Pudicitia Penelopes, vel ipſa dea. Incorporalis appellatiua, vt virtus. Homonymos propria, vt Pyrrhus filius Achillis, & Pyrrhus rex Epirotarũ. Homonymos appellatiua, vt nepos, filius filii, & nepos luxurioſus. Synonymos propria, vt Publius Cornelius: Scipio, Africanus: Quinctus, Mutius: Augur, Scæuola. Synonymos appellatiua, vt terra, humus, enſis, mucro, gladiꝰ, ſpatha, machæra.

Quod eſt nomẽ primitiuum? Quod a nullo deriuatur, ut Iulus, mons.

Quod eſt nomen deriuatiuum? Quod deriuatur ab aliquo, vt Iulius, montanus.

Quod eſt nomen corporale? Quod corpus ſignificat, vt Cato, homo.

Quod eſt nomẽ incorporale? Quod non ſignificat corpus, vt virtus, angelus.

Quod eſt nomen homonymum? Quod vna voce ſignificat diuerſa, vt Canis, Nepos.

Quod eſt nomen ſynonymum? quod cum alio nomine idem ſignificat, vt enſis, mucro, gladius, ſpatha, machæra.

De ſpeciebus deriuatiuorum nominum.

Quot ſunt ſpecies deriuatiuorum nominum tantum? Nouem: Patronymicum, comparatiuum, ſuperlatiuum: Poſſeſſiuum, Diminutiuum, Denominatiuum, Verbale, Participiale, Aduerbiale.

Quod eſt nomen comparatiuum? Quod cum intellectu poſitiui, vel cum aliquo participe ſẽſu poſitiui,

magis aduerbium ſignificat. vt albior, magis albus.

Quod eſt nomen ſuperlatiuum? Quod ad plures ſui generis cōparatur, & ſuperponitur omnibus quibus comparatur. vt Achilles Græcorum fortiſſimus.

Quod eſt nomen Patronymicum? Quod proprie a patre deriuatum ſecundum formam græcam, ſignificat cum genitiuo primitiui filium vel nepotem, filiam vel neptem. vt hic Priamides, filius, nepos ue Priami. hæc Nerine filia, nepti sue Nerei.

Quod eſt poſſeſſiuum? Quod cum genitiuo primitiui ſignificat aliquid ex ijs quæ poſſidentur. vt Aeneia nutrix, pro nutrix Aeneæ. Euandrius enſis, pro enſis Euandri.

Quod eſt diminutiuum? Quod diminutionem ſui primitiui abſolute demonſtrat. vt homuncio, homunculus, homullus, homullulus, paruus homo. Senecio, paruus ſenex. Fraterculus, paruus frater. Virguncula, parua virgo. Sororcula, parua ſoror. Recula, parua res. Corculum, paruum cor.

Quot cauſſis proferuntur diminutiua? Tribus, neceſſariæ ſignificationis gratia, vt tantillus. Gratia vrbanitatis, vt ingeniolum, fraterculus. Item cauſſa adulationis, vt corculum, animula.

Quod eſt denominatiuũ? Quod a nomine deriuatur. vt crinitus, quod deriuatur a crine: cornutus, a cornu. citharœdus, a cithara, albior ab albo. Aeacides ab Aeaco. Hectoreus ab Hectore.

Quod eſt verbale? Quod a verbo deducitur. vt amator doctor.

Quod ē participiale? Quod deriuatur a participio, vt venerandus.

Quod eſt aduerbiale? Quod deriuatur ab aduerbio, vt craſtinus, heſternus, hornotinus, quotidianus.

DE GENERIBVS.

Quot ſunt genera nominum præcipua? Duo quæ

ſola nouit ratio naturæ. Maſculinũ, vt hic Anchiſes. Femininũ, vt hæc Penelope. ſola enim hæc generãt, atque ideo appellata ſunt genera. cetera vero a præcipuis veniunt. vt Neutrum, quod neque maſculinum eſt neque femininum. vt hoc templum. Commune duum generum, quod & maſculinũ eſt, & femininũ, vt hic & hæc aduena. Commune trium generũ, quod omnia ſupradicta genera cõtinet. vt hic & hæc & hoc felix. Promiſcuum quod vel maſculinum eſt, vel feminum ſignificans animal vtriuſque ſexus, atque ideo a Græcis ἐπίκοινον dicitur, vt hic paſſer, hæc aquila. Incertum, quod modo maſculinum, modo femininũ inuenitur apud auctores, vt hic vel hæc dies.

Phaeton cuius generis? Maſculini. Quare? Quia omnia nomina virorum, deorumq; cuiuſcunque ſint terminationis, maſculini ſunt generis, vt Cæſar, Cato, Saturnus, Iuppiter.

Paſiphae cuius generis? Feminini. Quare? Quia omnia nomina mulierum, dearumq; cuiuſcunque ſunt terminationis, feminini ſunt generis. vt Penelope, Iuno, Glycerium.

Vir cuius generis? Maſculini. Quare? Quia omnia nomina quorum ſignificatio ad mares tantum pertinet, maſculini ſunt generis, vt pontifex, cerdo, tonſor, nauta.

Mulier cuius generis? Feminini. Quare? Quia omnia nomina, quorum ſignificatio ad feminas tantum pertinet, feminini ſunt generis, vt puella, ſaga, pronuba.

Dux cuius generis? Communis duum generum. Quare? Quia omnia nomina, quorum ſignificatio & ad mares pertinet, & ad feminas, communia ſunt duum generum, vt Princeps, Comes, Conuiua, Auriga, Aduena, Homo, Incola, Alienigena, Caprigena. quæ tamen auctores vſurpant tanquam adiectiua. Virgilius, Caprigenũq; pecus. Valerius Maximus, Alie-

nigena ſtudia.

Bonus cuius generis? Maſculini. Quare? Quia prima quæque vox adiectiui, eſt generis maſculini, vt bonus: ſecunda, feminini, vt bona: tertia, neutri, vt bonum.

Omnis cuius generis? Communis duum generũ. Quare? Quia prima quæque vox adiectiui, cui duæ ſunt voces, eſt cõmunis duum generum. vt hic & hæc omnis, hic & hæc pulchrior. altera vero eſt generis neutri, vt hoc omne, hoc pulchrius.

Pernox cuius generis? Communis trium generum. Quare? Quia omnia adiectiua quæ habẽt dumtaxat vnam vocem, communia ſunt trium generum, vt velox, pauper.

Malus prima producta cuius generis? Feminini. Quare? Quia omnia nomina arborum ſunt generis feminini. Oleaſter tamẽ, Dumus, Rubus, maſculina ſunt. Siler, quod Priſcianus ait non ponendum inter arbores, ſicut nec Rubus, neutrum eſt. Virgilius, Vt molle ſiler, lentæq; geniſtæ. Sic robur, ſuber. balſamum, hebenum. dicitur & hęc hebenus, Item buxum. dicitur & buxus ſecundũ Seruium. Priſcianus, Buxus arbor, buxum lignum. Tibullus pomum genere neutro pro arbore vſurpauit.

Ipſe feram teneras maturo tempore vites
Ruſticus, & facili grandia poma manu.

Plinius quoq; epiſt. lib. v. idem fecit, inquiẽs, Alternis metulæ exurgunt, alternis incerta ſunt poma.

Pirum cuius generis? Neutri. Quare? Quia fructuum & lignorum nomina, neutra ſunt. excipiuntur hoc verſiculo annotata

Hæc nux, Caſtaneaq;, & Iuglans, Ficus, Oliua.

Padus cuius generis? Maſculini. Quare? Quia fluuiorum nomina, maſculina ſunt. Inuenies tamen pauca feminini generis, vt Albula. Ouid. in quarto Faſto. Et tanto eſt Albula pota deo. Item hæc Lethe, Styx;

palus eſt inferni, non flumen. Pauca item neutri, vt Cruſtumium, Iader. Lucanus, Cruſtumiumq; rapax. Idem, Et tepidum in molles Zephyros diſcurrit Iader. Leges & hoc Hiſtrum, Tanagrum, Metaurum, Eridanũ, Rhenum, ſi cum flumine iunguntur. vt flumen Rhenum Horatius, Aut flumẽ Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus. Sicuti hoc Oceanum, cũ mari adiungitur, vt Mare Oceanũ. Sed figurate magis neutris Priſciano teſte iunguntur. vt Tiberis flumen. Saluſtius in 2. hiſtoriarum, Dextrum flumen Turiam, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit.

Hic Pſitacus cuius generis? Promiſcui. Quare? Quia uolucrum nomina, epicœna ſunt. Columbus uero habet femininũ columba, & Gallus gallina, & Pullaſter pullaſtra. Capus vero ſiue capo (vtrunque enim dicimus) quia ex gallo fit auulſis teſtibus, iccirco feminimum non habet. Oeſtrum inſecti generis neutrum eſt. Picus & pica non ſunt eiuſdem ſpeciei. Halcyon commune eſt duum generum, cuius plurale eſt hi & hæ halcyones. Seruius ſuper eo verſu, Dilectæ Thetidi halcyones, ait ſciendum, quia cum de muliere dicitur, hæc halcyone facit, cũ de auibus, hic & hæc halcyon, hi & hę halciones. hactenus ille. Ouidius tamẽ xi Metamorphoſeos de aue hæc halcyone dixit, Incubat halcyone pẽdentibus æquore nidis. dicta quia ἐν ἁλὶ κύει, hoc, hoc eſt in mari fœtificat, ac propterea & aſpirationem habet, & y pſilon.

Decem cuius generis? Communis trium generum. Quare? Quia omnia numeralia a quatuor vſque ad cẽtum, ſunt communia trium generum. Sic etiam mille. dicimus etiam hoc mille, pluraliter hæc millia.

B cuius generis? Neutri. Quare? Quia omnia nomina litterarum, neutra ſunt.

Aqua cuius generis? Feminini. Quare? Quia omnia nomina Latina in a deſinẽtia in nominatiuo ſingulari feminina ſũt. In plurali uero neutra tã Latina quã

Græca, vt arma, ſtemmata.

Epigramma cuius generis? Neutri. Quare? Quia omnia nomina Græca in a, apud Latinos genus ſuum ſeruant. Excipiuntur pauca, vt ἡ δόμος, hęc domus. ὁ χάρτης, hæc charta. τὸ χάος, hic chaus. ὁ κῆρος, hæc cera, & huiuſmodi perpauca.

Cubile cuius generis? Neutri. Quare? Quia in e finita tertij declinatus, neutra ſunt oīa, ut hoc monile, hoc ouile.

Libye cuius generis? Feminini. Quare? Quia omnia nomina quæ veniunt a nominatiuo græco in η, feminina ſunt, vt hæc grammatice, hæc rhetorice.

Gummi, cuius generis? Neutri. Quare? Quia i finita, neutra ſunt. Excipiuntur a genitiuis compoſita omnis generis, vt eiuſmodi. nam nihili, mancipi, frugi officiperdi, obliqui ſunt, omnibus caſibus & generibus figurate adiuncti.

Sermo cuius generis? Maſculini. Quare? Quia o finita, maſculina ſunt omnia. Præter verbalia in io, vt lectio: & quę in do & in go exeunt, o in i mutantia in genitiuo, feminini generis, vt dulcedo, origo. Præter hic ordo, cardo, & Cupido pro deo. Caro carnis feminum eſt. Pondo item aptotum, neutrum eſt. Margo incerti generis.

Cornu cuius generis? Neutri. Quare? Quia u finita, neutra ſunt omnia & aptota, vt veru, gelu.

Lac cuius generis? Neutri. Quare? Quia omnia finita in qualibet mutarum, neutra ſunt, vt alec, caput, occiput, ſincipur.

Lupercal cuius generis? Neutri. Quare? Quia al finita, neutra ſunt. Excipitur hic ſal: quod neutro etiam genere vetuſtiſſimi protulerunt.

Mel cuius generis? Neutri. Quare? Quia el finita, neutra ſunt.

Pugil cuius generis? Maſculini. Quare? Quia tria in il maſculina ſunt, pugil, mugil, ſtrigil. Vnum com-

mune, vigil. Duo neutra, nil, nihil.
Conſul cuius generis? Maſculini. Quare? quia ul finita duo maſculina ſunt, conſul, præſul. Vnum commune duum generum, exſul.
Delubrum cuius generis? Neutri. quare? quia in m neutra ſunt. Præter nequam & totidem omnis generis. Item tantundem & cim, quæ neutra ſunt.
Carmen cuius generis? Neutri. quare? quia in en correpta, neutra ſunt omnia. Flamen pro ſacerdote, pecten, & a cano compoſita vt lyricen, & cetera omnia in en, maſculina ſunt, vt lien, ren, ſplen.
Torcular cuius generis? Neutri. quare? quia ar finita neutra ſunt. ſic & quæ in ir deſinunt, vt ir, gadir.
Caniſter cuius generis? Maſculini. quare? quia in er, maſculina ſunt. Linter femininum eſt. Vber, iter, ſpinter, cancer pro morbo, papauer, cadauer, & ſignificantia fœtus terræ vt cicer, piper, neutra ſunt.
Labor cuius generis? Maſculini. quare? quia er finita, maſculini generis ſunt. quatuor in or inueniuntur neutra: marmor, æquor, cor, ador. quatuor item, indecor, memor, immemor, auctor, & a corpore & colore compoſita, vt bicorpor, diſcolor: & comparatiua omnia, vt melior, communia ſunt duum generum, excepto hic ſenior, quod tamen in obliquis videtur commune trium generum, vt ſenioris ætatis, ſenioris æui.
Fulgur cuius generis? Neutri. quare? quia ur finita, neutra ſunt. Aſtur, anxur, turtur, vultur, furfur, maſculina ſunt. Fur, augur, Ligur, communia. Horatius tamen ſermone Egreſſum magna, anxur in neutro genere protulit, Impoſitum ſaxis late candentibus anxur.
Pietas cuius generis? Feminini. quare? quia as

finita,feminina ſunt. Præter as,vas vadis, maſculina: vas vaſis, fas,nefas, neutra. Nugas,commune trium generum & indeclinabile.

Nubes cuius generis? Feminini. Quare? Quia in es productam deſinentia,feminina ſunt. Dies,incerti generis eſt in ſingulari:in plurali maſculini tantum, ſicut ab eo compoſitum meridies. Præs etiam & pes maſculina ſunt. Aes & hippomanes neutra.

Poples cuius generis? Maſculini. Quare? Quia in es correptam,maſculina ſunt. Præter ſeges, teges,apes, compes,feminina. Ea vero quorum ſignificatio vtrique generi conuenit,ſunt (vt ſupra quoque dictum) communia duum generum, vt diues, ſuperſtes, hoſpes,miles,deſes, & ſimilia. Iuueniuntur quædam neutris adiuncta. Lucanus,Imperiumq́, comes. Iuuenalis,Depoſitum tibi ſoſpes erit. Valerius, Diues & præpotens naturæ regnum. Saluſt. Iter inquies.

Bilis cuius generis? Feminini. Quare? Quia is finita, feminina ſunt. Caulis,& molaris pro déte vel lapide, & caſſis rete,maſculina ſunt. & quæ ante is habent n,vt funis. vel duas conſonantes in eadem ſyllaba, vt uectis (axis,pyxis,Græca ſunt) & quæ penultimam vna ex liquidis terminant,vt collis,enſis,amnis, corbis. vel in genitiuo creſcunt vna ſyllaba,vt lapis. Excipiuntur bipennis,peſtis,febris,veſtis,vallis,pellis,cuſpis,caſſis caſſidis,lis,turris,peluis,glis nó animal,feminini generis. Itē finis & clunis incerti generis. & dis in ſingulari cõmune duũ generum,in plurali triũ.

Ros cuius generis? Maſculini. Quare? Quia os finita, maſculina ſunt. Præter cos, dos feminina, & os neutrum.

Metus cuius generis? Maſculini. Quare? Quia us finita,ſecundæ & quartæ declinationis maſculina ſunt. Præter hæc domus, nardus, carbaſus, aluus, colus, vannus,intubus,porticus, acus, tribus, manus, penus,quod & maſculinum & femininũ & neutrum inuenitur.

uenitur. Pampinus incerti generis eſt. Idus vero feminium eſt pluralis tantum numeri. Præter etiam hoc pus, virus, pelagus, vulgus, quod eſt etiã maſculinũ.

Munus cuius generis? Neutri. Quare? quia in us tertiæ inflexionis, ſi non retinent u in genitiuo, neutra ſunt. dicimus tamen hic lepus. Si vero retinent & creſcunt, ſunt feminina, vt ſalus, palus, incus. Excipiũtur hæc monoſyllaba, crus, rus, quæ ſunt neutra. & hic mus maſculinum.

Lodix cuius generis? Feminini. Quare? quia x finita, femina ſunt, vt celox, pax, lux. Excipiuntur grex, varix, calix, fornix, limax, ſandix, quincunx, calix pro ictu, uarix, & quæ ſunt fructuum tertiæ, vt maſtix, quæ maſculina ſunt. Similiter in ex ſupra ſyllabam, vt culex. Præter hæc obex, forfex, forpex, ramex, ſupellex, vibex. Item hic vel hæc cortex, ſilex. Verbalia in trix inueniuntur & neutris adiuncta in plurali, vt Victricia tollite ſigna. Sardonix, incerti generis legitur.

Stirps cuius generis? Feminini. Quare? quia in s, antecedente conſonante monoſyllaba, feminina ſunt. Præter dens, mons, fons, pons, maſculina. Scrobs tamen maſculini etiam generis eſt.

Tridens cuius generis? Maſculini. Quare? quia in s, antecedente conſonante non monoſyllaba, maſculini ſunt generis. Præter hyems, & cohors feminina.

Quæ videmur præteriſſe, vt ſunt græca, vt ſynodus, cryſtallus: Item adiectiua, & propria hominum & deorum, & quæ ad mares vel ad feminas vel ad vtroſque pertinent, & ſimilia, colligũtur ſuis regulis, quod facile poterit accuratus lector aduertere.

Quot ſunt numeri nominum? Duo: ſingularis vt homo. Pluralis vt homines.

Quot ſunt figuræ nominũ? Tres: ſimplex vt iuſtus, Compoſita vt iniuſtus, Decompoſita vt iniuſtitia.

Quot ſunt caſus nominum? Sex. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

i qui etiam Latinus dicitur.

Ex caſibus quot ſunt recti? Duo, Nominatiuus,& Vocatiuus.

Quot ſunt obliqui? Quattuor, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Ablatiuus.

DE NOMINVM DECLINATIONE.

Quot ſunt declinationes nominum? Quinque. Prima cuius genitiuus ſingularis in æ. diphthongum deſinit. Secunda in i. Tertia in is. Quarta in us vel in u. Quincta in ei in genitiuo & datiuo. vt hic poeta, huius poetæ. hic dominus, huius domini. hic Cato, huius Catonis. hæc manus huius manus, vel hoc cornu huius cornu. hæc ſpecies huius & huic ſpeciei.

Nominatiuus primæ declinationis quot terminationes habet? Quinque. a, as, e, es, & am: vt muſa, Aeneas, Penelope, Anchiſes, Adam. ſed in am barbara ſunt dumtaxat, atque ideo aptota.

Nominatiuus ſecundæ declinationis quot terminationes habet? Sex. er, ir, ur, um, us, eus. vt aper, vir, ſatur, templum, dominus, Theſeus. In os autem & in on, vt Delos, Ilion, græce declinantur.

De nominatiuo tertiæ declinationis.

Nominatiuus tertiæ declinationis quot terminationes habet? Circiter octo & quinquaginta: videlicet tres vocales, a, e, o, ut pægma, mare, Cicero. c poſt a & e, vt lac, alec. D poſt i & u, vt Dauid, Bogud. l, r, s, x, ns, poſt omnes vocales, vt ſal, mel, pugil, ſol, præſul, par, pater, gadir, cor, fur, mas, pes, lis, mos, mus, pax, lex, nix, nox, nux, quadrans, dens, tiryns, mons, aruns. Necnon & bs, & ps, & n, poſt omnes vocales, ſed ſed præter u: vt trabs, cælebs, calybs, ſcobs, daps, manceps, cynips, inops, Pan, flamen, delphin, Sinon. Item rs poſt omnes vocales, ſed præter i: vt pars, iners, mors, Tyburs. aus, ut laus. æs diphthongum, vt præs. alx, vt calx. anx, vt lanx. vnx, vt coniunx, arx, ut arx. irps, vt ſtirps. vrbs, vt vrbs. vls, vt puls. ems, vt hyems.

Quæ in nominatiuo ſingulari deſinunt in er, in is, & in e?

Concluſa hoc pentaſticho,

Silueſter, volucer, celer, & campeſter, & acer,
Atque alacer, celeber, mediocre, ſaluber, equeſter,
Sicq; paluſter, item ſic inclinato ſequeſter.
Hic ſed & hæc alacris, celebris, mediocris, & acris,
Atque per e neutrum dices genus. adde ſalubris.

De quarta & quincta declinatione.

Quarta declinatio quot terminationes habet? Duas: vs, vt manus. u, ut cornu.

Quincta declinatio quot terminationes habet? Vnam duntaxat, vt ſpecies.

DE GENITIVIS.

Genitiuus primæ declinationis quot terminationes habet? Quinque. æ diphthongum, quæ eſt frequentiſſima, vt hic poeta huius poetæ. es a nominatiuo in e, ut hæc grammatice, huius grammatices. as, vt hæc familia, huius familiæ & huius familias, vnde adhuc dicitur paterfamilias. hæc terra, huius terrę & terras: vt gigãtes filii terras, more græco, vt ἡ μαῖα τῆς μαίας, ἡ μάρθα τῆς μάρθας. ai, vt hæc aula, huius aulæ & aulai. Virgil. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Quod fit etiã in adiectiuis, vt pictus picta pictũ, genitiuo picti pictæ & pictai. Virg. Diues opum, diues pictai veſtis & auri. pro pictæ veſtis. ius, vt vna vnius.

Genitiuus ſingularis ſecundæ declinationis quot terminationes habet? Duas, i, vt dominus huius domini. ius, vt vnus vnius. nam Theſeus huius Theſeos, & Androgeus huius Androgeo, græce declinantur, ὁ θησεὺς, τοῦ θησέος. ὁ ἀνδρόγεως τοῦ ἀνδρόγεω.

Genitiuus tertiæ declinationis quot terminationes habet? Vnã is, vt homo hominis. nã Pallas Pallados & Sappho huius Sapphus græce declinantur, vt ἡ παλλὰς τῆς παλλάδος, ἡ σαπφὼ τῆς σαπφόος σαπφοῦς.

Genitiuus quartæ declinationis quot terminationes

habet? Tres. us, ut hæc manus huius manus, hic fructus huius fructus. uis diuiſas, vt hæc manus huius manuis, hic fructus huius fructius, hæc anus huius anuis. Teretius, Eius anuis opinor cauſa, quæ mortua eſt. M. Varro in primo de agricultura, Cõtra, vt Mineruę caprini generis nihil immolarēt propter oleā, quod eã, quam læſerit, fieri dicũt ſterilem: eius enim ſaliuam eſſe fructuis venenum. A quo genitiuo uis, in frequenti vſu eſt datiuus ui. nam a genitiuo manus, huic manu eſt datiuus. Item u, ut hoc cornu.

Genitiuus quinctæ declinationis quot terminationes habet? Quattuor. ei, vt dies huius diei. ii, vt huius dij. es, vt huius dies. e, vt huius die. Virg. in 1. Aene. Munera, lætitiāq; dii. pro diei. M. Tullius pro Sex Roſc. quarum nihil pernicii cauſſa diuino cõſilio, ſed vi ipſa, & magnitudine rerum factum putamus. pro pernicici. Virgilius, in Georgicis, Libra dies, sõniq; pares vbi fecerit horas. pro diei. Item M. Tul. pro P. Seſtio, Equites non daturos illius dies pœnas. Saluſt. Dubitauit acie pars, inquit, pro aciei. Ouidius III. Metamorph. Prima fide, vocisq; ratæ tentamina ſumpſit. pro fidei. Idem in ſexto, Vtque fide pignus dextras vtriuſque popoſcit. pro fidei pignus. Cæſar in ſecũdo de analogia, huius die, huius ſpecie dicendum putat.

DE DATIVIS SINGVLARIBVS.

Datiuus ſingularis primæ declinationis quot terminationes habet? Tres. æ diphthongum, vt huic poetæ. e ſine diphthongo, vt huic Penelope. i, vt datiuo vni, toti, ſoli, nulli. antiqui etiam huic vnæ, & ſolæ dicebant. Terent. in Eunucho, Mihi ſolæ ridiculo fuit.

Datiuus ſecundæ declinationis quot terminationes habet? Duas. o, vt huic domino. i, vt vnus vnius vni. Huic autem Orphei, eſt datiuus græcus.

Datiuus tertiæ declinationis quot terminationes ha-

bet? Vnam. i, vt huic patri.

Datiuus quartæ declinationis, quot terminationes habet? Duas. vi ſyllabas, vt huic ſenatui, huic manui. u, vt huic ſenatu, huic manu. Verg. Teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Idem, Parce metu Cytherea. Cæſar grauis auctor linguæ latinæ in Dolobella, In ædibus, fanisq; & honori & ornatu erāt. In libris analogicis omnia huiuſmodi ſine i littera dicēda cēſet. Lege A. Gellium. Vtimurne huiuſmodi datiuis per apocopē, vt curſu pro curſui dicamus? Minime inquit Seruius. Quomodo igitur? Per rationem artis antiquæ, quia omnis nominatiuus pluralis regit genitiuum ſingularē. Itē a genitiuo ſingulari datiuus ſingularis regitur, nec eo maior eſſe debet. Eſt igitur curſui datiuus, a curſuis genitiuo: & huic curſu, a genitiuo curſus.

Datiuus quinctæ declinationis quot terminationes habet? Tres. ei. vt huic diei, ii, vt huic facii. e, vt huic facie. Lucilius in ſatyris, vt citat Gellius, Primum inquit facie honeſtas accidit. Idem, Qui te diligit, ætati facieq; tuæ ſe fautorem oſtendat. Sunt tamē inquit Gellius, non pauci, qui vtrobique facii legant.

DE ACCVSATIVIS SINGVLARIBVS.

Accuſatiuus ſingularis primæ declinationis quot terminationes habet? Tres. am, vt hunc Poetam. an, vt hunc Aenean, hanc Iphigenian. en, hunc Laerten.

Accuſatiuus ſingularis ſecūdæ declinationis quot terminationes habet? Vnam Latinam um, vt hunc dominū, hoc templum, hanc Glycerium. & duas græcas: a, vt hunc Theſea: on, vt hanc Pylon.

Accuſatiuus S. tertiæ declinationis quot terminationes habet? Duas latinas: em, vt hunc patrem: im, vt hunc Tibrim, hanc ſitim, & tres græcas: in, a, o, vt hunc Alexin, hanc Amaryllida, hanc Dido. Item tot, quot & nominatiuus neutrorum eiuſdem declinationis, quoniam neutra omnia tam apud Græcos, quā apud

Latinos habent treis caſus ſimiles in vtroque numero, nominatiuum accuſatiuum, & vocatiuum. vt Nominatiuo hoc ſtemma, accuſatiuo hoc ſtemma, vocatiuo o ſtēma. P. nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuo hęc & o ſtēmata. S. nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuo hoc & o carmen. P. nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuo hęc & o carmina.

Quæ in im tantum, & in im & in em ſimul faciunt accuſatiuum? Concluſa his carminibus.

Iſta per im quartum mittunt tibi nomina tantum:
Vim, Tigrim, & tuſſim, Tibrim, Tiberimq́; ſitimq́;,
Maguderimq́;: & gręca per is facientia rectum,
Siue per os potius patrium mittentia purum,
Vt ſyrtis, Tethys, atque implacata Charybdis.
In quoque dat Tethys, & cetera talia. dant em,
Datq́; per im quartum, reſtis, cum turre, bipennis,
Peluisq́;, & puppis, torquis quoque, deinde ſecuris,
Et curuamentum quæ curui eſt buris aratri,
Et quæ mortales facit impalleſcere febris.

Accuſatiuus S. quartę declinationis quot terminationes habet? Duas: vm, vt hanc manum. u, vt hoc cornu.

Accuſatiuus S. quinctæ declinationis quot terminationes habet? Vnam, em, vt hunc vel hanc diem.

DE VOCATIVIS omnibus.

Omnis vocatiuus quomodo definit? Sicut nominatiuus, ut hic Poeta, o poeta: hic magiſter, o magiſter: hic Cato, o Cato, & ſic in ceteris.

Hæc regula quot habet exceptiones? Sex.

Quæ eſt prima? Nomina primę declinationis in as & in es, abiecta s littera nominatiui, faciūt vocatiuū: vt hic Aeneas, o Aenea, hic Anchiſes, o Anchiſe.

Quæ eſt ſecunda? Nomina ſecundæ declinationis in us, mutant us in e, vt hic dominus, o domine. Excipiuntur hæc, quæ his verſibus comprehenduntur.

O deus, o lucus, populę & populus, fluuiusq́;

Et plage.adiungas chorus & chore,& agnus & agne.

Quæ eſt tertia? Nomina propria in ius, abiecta us nominatiui, faciunt vocatiuum. vt hic Virgilius, o Virgili: hic Laurentius, o Laurenti.

Quæ eſt quarta? Nomina ſecundę declinationis in eus, vt Theſeus. Abiecta s faciunt vocatiuum, vt o Theſeu: ſic Orpheus, o Orpheu.

Quæ eſt quinta? In us longam, vt Panthus, Oedipus Oedipodis, in u faciũt vocatiuũ, vt o Pãthu, o Oedipu. quia quæ in s deſinunt præcedente diphthongo ſi ſint græca, abiecta s faciũt vocatiuum communiter; vt ὁ πλακοῦς ὦ πλακοῦ, ὁ χαρίεις ὦ χαρίεν, ὁ βοῦς ὦ βοῦ.

Quæ eſt ſexta? Græca tertiæ declinationis in as & in is, plerunque ſeruant vocatiuum græcum: vt Pallas Pallantis, o Pallan: Paris, o Pari: Amaryllis, o Amaryl li: Alexis, o Alexi.

DE ABLATIVIS SINGVLARIBVS.

Ablatiuus ſingularis primæ declinationis quot terminationes habet? Duas: a, vt ab hoc poeta. e, vt ab hoc Anchiſe.

Ablatiuus ſecundæ declinationis quot terminationes habet? Vnam, o, ut ab hoc domino: quæ eſt ſimilis datiuo, vt huic & ab hoc templo.

Ablatiuus S. tertiæ declinationis quot terminationes habet? Tres: e ſolum, i ſolum, e & i ſimul.

Quæ nomina habent i ſolum in ablatiuo? Quę hoc pentaſticho comprehenduntur.

I mare, puluinarq;, animalq;, & talia cuncta.
Adiectiua etiam, ſi dant per e neutra. december,
Aprilisq́, per er, per & is tibi menſis, & imber.
A ſtringo ſtrigilis, vel græco ςρογγυλὸς, i dat.
Quartus in im pariter dices a gauſape ſolum.

Quæ emittunt ablatiuum in e & i ſimul? Quę his verſibus comprehenduntur.

I uel e cuncta trium generum. ſed ab hoſpite dices,
Soſpite, de genere, & ſic ubere, paupere tantum.

Vnguis,auis,vectiſque,ignisq; & talia cuncta,
I,vel e dant, & pæne ante is con quæque ſonantes
Binæ,ceu neptis,ſi ſint in ſyllaba eadem.
As quoque gentile,atque in trix verbale,per emque
Atque per im quartum mittentia:pulchrior,& quod
Comparat omne.memor memori mage.cetera dant e.
Vel ſic, Neutra omnia in e, vt hoc mare a mari.niſi ſint propria, vt hoc Reate, Præneſte, Soracte, quæ faciunt a Reate, Præneſte, Soracte. Notatur etiam ab hoc gauſape.Item in al,vt hoc ceruical a ceruicali.& in ar producentia penultimam genitiui,vt hoc calcar huius calcaris,a calcari.& nomina mẽſium in er &in is,vt hic September,ab hoc Septembri:hic Quinctilis Sextilis,a Quinctili,Sextili,& ſimiliter,ab hoc imbri.& in im ſolũ mittentia accuſatiuũ,vt hãc tuſſim, ſitim,vim,a tuſſi,ſiti,ui.Præterea adiectiua omnia, q̃ faciunt neutrũ per e,vt hic,& hæc omnis,& hoc omne,ab omni:hic ſilueſter,& hæc ſilueſtris, hoc ſilueſtre,a ſilueſtri.Interdum tamen aliter inueniuntur, vt a mare,rete,natale,cæleſte.
Quæ mittunt ablatiuum in e,& i ſimul? Omnia cõmunia trium generum,vt hic,& hæc,& hoc par, a pare, vel pari.hic & hæc,& hoc vetus,a vetere vel veteri: hic,& hæc,& hoc artifex,audax, triplex, ab artifice, vel artifici,ab audace,vel audaci,a triplice, vel tripli ci,pręter quæ ſunt in er, non exeuntia etiam in is, vt pauper,vber,degener,quæ faciunt in e tantum, vt a paupere,vbere,degenere. Soſpes etiam &hoſpes,a ſoſpite:& ab hoſpite tantum faciunt ablatiuũ,Item mittentia accuſatiuum tam in em,quam in im,vt hãc turrem,& turrim,a turre,& turri,& in vis,vt nauis,a naue,vel naui,& in guis,vt anguis,ab angue,vel angui & in mnis,vt amnis,ab amne,vel amni.& omnia fere quę in is deſinũt a duabus ĩcipiẽtia cõſonãtibus,vt peſtis a peſte vel peſti, vectis a vecte uel vecti,& gẽtilia i as,vt hic,et hęcBaſianas,& hocBaſianate,hic et hęc

Priuernas,& hoc Priuernate,a Baſſianate, & Baſſianati,a Priuernate , & Priuernati. Item comparatiua omnia:vt maior,a maiore,& maiori.& in trix verbalia,vt victrix,a victrice,vel victrici.

Quæ terminãt in e ſolum? Quæ non cõprehenduntur ſupradictis regulis:.vt hoc poema , ab hoc poemate: hic pater,ab hoc patre.

Ablatiuus quartæ declinationis quot terminationes habet? Vnam,u,vt hæc manus,ab hac manu.

Ablatiuus quinctæ declinationis quot terminationes habet? Vnam,e,vt hæc res,ab hac re.

DE NOMINATIVIS PLVRALIBVS.

Nominatiuus pluralis primæ declinationis quot terminationes habet? Vnam,æ diphthongũ,vt hi poetæ.

Nominatiuus ſecundæ declinationis quot terminationes habet? Duas,i,vt hi domini:a,quæ eſt neutrorum omnium tribus caſibus nominatiuo,accuſatiuo,& vocatiuo communis,vt hæc templa.Duo,& Ambo ſunt anomala.

Nominatiuus tertiæ declinationis quot terminationes habet? Duas,es maſculinorum , & femininorum ,:vt hi patres , hæ matres : a neutrorum, vt hæc corpora, poemata.

Nominatiuus quartæ declinationis quot terminationes habet? Duas, vs in maſculinis, & femininis , quæ eſt communis nominatiuo, accuſatiuo , & vocatiuo , vt hæ manus , has manus , o manus:& a in neutris , vt hæc cornua.

Nominatiuus quinctæ declinationis quot terminationes habet? Vnam,es,quæ eſt etiam accuſatiui, & vocatiui,vt hi,hos,& o dies.

DE GENITIVIS PLVRALIBVS.

Genitiuus pluralis primæ declinationis quot terminationes habet? Duas,arum,vt horum poetarũ,um,p concisionem,vt Graiugenum pro Graiugenarum,Ae

neadum pro Aeneadarum. ων autem, vt πικλόπων Græca eſt.

Genitiuus ſecundæ declinationis quot terminationes habet? Duas, orum, vt horum dominorum. um per conciſionem, vt horum virum, pro virorum.

Genitiuus tertiæ declinationis quot terminationes habet? Duas, um, vt horum patrum, ium, vt horum ignium. ων autem, vt horum ἐπιγραμμάτων cum accentu in penultima, Græca eſt. Martialis de ſe.

Hic eſt quem legis, ille quem requiris
Toto notus in orbe Martialis,
Argutis ἐπιγραμμάτων libellis,
Cui lector ſtudioſe quod dediſti
Viuenti decus, atque ſentienti.
Rari poſt cineres habent poetæ.

Quæ faciunt genitiuum pluralem in ium? Quæ habet ablatiuum ſingularem in i ſolum, vt ab omni, horum omnium, & in e, & in i, vt ab hoc igne, vel igni, horum ignium. ab amante vel amanti, horum, & harum & horum amantium. niſi fiat ſyncopa, vt amantum, pro amantium. Excipiuntur ab artifice, & artifici, artificum, a memore, & memori, memorũ, a pugile, & pugili, pugilũ, a vigile, & vigili, vigilũ, a ſupplice, & ſupplici, ſupplicum, a vetere, & veteri, veterũ. Et comparatiua omnia, vt a maiore, & maiori, maiorum, præter plurium. Item in as latina, vt hæc ciuitas, ciuitatium, hæc pietas, pietatium: niſi ſint per ſyncopẽ, vt harũ ciuitatum, harũ pietatum. Et in es ſemper pluralia, vt hi penates, hi quinquatres, hi, & hæ tres, & hæc tria, horũ penatiũ, quinquatrium, horum, & harum, & horum trium, preter hæ opes, harum opũ, hi proceres, horũ procerum, hi lemures, horum lemurum. Necnõ in is longum, vt hic ſamnis, horum ſamnitium. & habentia genitiuum nominatiuo æqualem, vt hic collis, huius collis, horum collium, hæc ædes, huius ædis, harũ ædium. ſed in es frequentius proferuntur per ſynco-

pen,vt hic vates,horum vatum.excipiuntur horũ canum,panum,harum indolum,ſobolum,horum & harũ iuuenum. Et quorũ nominatiuus in duas terminatur conſonantes,vt pars,partium,fons fontium,ars,artium,arx arcium,præter in ms,vt hiems,hiemũ.&ps vt princeps principum:niſi ſint a capite compoſita,vt triceps tricipitiũ, quod eſt etiam ſecundum regulam mittentium ablatiuum in e,&i.dicimus enim,hic,& hæc,& hoc triceps,a tricipite,& tricipiti.ergo ſecundum regulam horũ,& harum,& horũ tricipitiũ. niſi proferantur per conciſioné.nox quoque,noctium facit,&nix,niuiũ.Cetera omnia faciunt in um,ſine i,vt horum patrũ,hominum:quia eorũ ablatiuus in e ſolam terminatur.bos,horũ boum facit,& ales alituum apud Virgilium,aſſumpta,u,vt Alituũ,pecudumq; genus.quæ breuiter his verſibus comprehenduntur.

Dat genitiuus ium,quibus i,quibus i vel e ſexto.
Atque ſuo ſimilem patrium retinentia recto.
Sic & in as Romana,quibus conciſio ſæpe eſt.
Sic plus,nix,& nox.ſed pluri,plureq́, legi.
Sic & in es faciunt,ſi ſint pluralia ſemper.
Et quæcunque duo retinebunt conſona recto.
Excipies in ps,aut ms facientia,ſi non
A capite hæc fuerint.quod comparat,um tibi præbet
I ſine,ceu melior meliorum.i.dant ſine & iſta.
Artificum, vigilum,ſupplex,memorum,veterumq́;,
Et iuuenis,ſobolesq́;,canum,cumq; indole panis.
Atque parens etiam generum commune duorum:
Attamen hoc per ium tibi Marcus Tullius effert,
Et ratione,poteſt & in is quia mittere quartum.
Nam genitiui in ium proprium eſt has dicere partes,
Tu calamos inflare lauis,ego dicere verſus,
Atque omnis homines,qui ſeſe,& talia multa.
Cetera quæ caſum ſextum tibi dant per e ſolam,
Cuncta per um patrium præbebunt nomina caſum
Horum,ceu patrum,capitum,regumque,ducumque,

Boſque,boum,& bobus dabit.u tibi ſuſcipit ales,
Alituumq; facit:cecinit ſic muſa Maronis,
Alituum,pecudumq; genus ſopor altus habebat.

Genitiuus quartæ declinationis quot terminationes habet?Vnam,uum,per uu geminum , vt harum manuum,horum cornuum.

Genitiuus quinctæ declinationis quot terminationes habet?Vnam,erum,vt dierum.

DE DATIVIS ET ABLATIVIS PLVRALIBVS.

Datiuus,&ablatiuus plurales primæ declinationis quot terminationes habent?Duas,is , vt his,& ab his poetis muſis.& abus,in his paucis,quæ hoc diſticho comprehenduntur.

Abus equa,& liberta dabunt,ambæque duæq;.
Sic aſina,& mula,& filia,nata,dea.

Datiuus , & ablatiuus plurales ſecundæ declinationis quot terminationes habent ? Vnam,is , vt his , & ab his dominis.Duobus,& ambobus ſunt anomala : ſicut feſtorum nomina,vt Saturnalia,Floralia,Bacchanalia,quæ in bus ſolum faciunt,vt his,& ab his Bacchanalibus. licet genitiuum & ſecundæ, & tertiæ declinationis habeant , vt horum Saturnalium , & Saturnaliorum.

Datiuus,& ablatiuus,tertiæ,& quartæ & quinctæ declinationis quot terminationes habent?Vnã,bus , vt his & ab his patribus,uiſibus,diebus.Nam his, & ab his problematis,poematis,& huiuſmodi a nominatiuis problematum,poematum deducuntur.

DE ACCVSATIVIS PLVRALIBVS.

Accuſatiuus pluralis primæ declinationis quot terminationes habet?Vnam,vt hos poetas.

Accuſatiuus ſecundæ declinationis quot terminationes habet?Duas,os,vt hos dominos,a,vt hæc templa. Ambo & duo , ſunt , vt ſupra dixi , anomala , quæ etiam in o inueniuntur miſiſſe accuſatiuũ.Virgilius,

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros. Idem in Sileno, Agreſſi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo Luſerat.)

Accuſatiuus tertiæ declinationis quot terminationes habet? Tres, es, vt hos patres, ıs, vt hos fontıs, hos & has omnıs: a, in neutris, vt hæc corpora: as autem, vt hos heroas, hos Arcadas, Græcorum eſt, τοὺς ἥρωας, τοὺς ἀρκάδας.

Quare dixiſti hos fontıs? Quia quæ genitiuum pluralem in ium faciunt, accuſatiuum eiuſdem numeri in ıs mittunt per ει diphthongum, vt hos fontıs, has partıs, & partes, hos, & has omnıs, trıs. quamquam A. Gellius lib. XII. cap. XIX. docet teſtimonio Probi Valerii, qui Aeneida manu ipſis Vergilii legit, vrbis accuſatiuum pluralem per i litteram ſcribi debere. ſed de huiuſmodi accuſatiuis multa in annotatiõibus noſtris in Virgilii opera, ſcripſimus.

Accuſatiuus quartæ declinationis quot terminationes habet? Duas, us, vt has manus, a, vt hæc cornua.

Accuſatiuus quinctæ declinationis quot terminationes habet? Vnam es, vt hos dies, has ſpecies.

QVAESTIONES DE NOMINE.

Poeta quæ pars eſt? Nomen. Quare? quia ſignificat ſubſtantiam, & qualitatem propriam, vel communem, cum caſu: ſed poeta communem, Virgilius vero propriam.

Iulus cuius ſpeciei? Primitiuæ. Quare? quia a nullo deriuatur.

Iulius cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Vnde deriuatur? Ab Iulo.

Hic poeta cuius generis? Maſculini. Quare? Quia præponitur ei in declinatione vnum articulare pronomen hic.

Hæc muſa cuius generis? Feminini. Quare? quia præponitur ei in declinatione vnum articulare pronomen hæc.

Hoc templum cuius generis? Neutri. Quare. quia præponitur ei in declinatione vnum articulare pronomen hoc.

Hic,& hæc aduena cuius generis? Communis duum generum. Quare? quia præponuntur ei in declinatione duo articularia pronomina hic,& hæc.

Hic,& hæc & hoc felix cuius generis? Omnis,vel communis trium generum. Quare? quia præponúntur ei in declinatione tria articularia pronomina hic,& hæc,& hoc.

Hic accipiter cuius generis? Promiſcui, vel epicœni. Quare? quia ſub vna voce,& vno articulo comprehẽdũtur animalia vtriuſq; ſexus, vt hic paſſer,hæc aquila.

Hic,vel hæc dies cuius generis? Incerti. Quare? quia nulla ratione cogẽte,ſola auctoritas veterũ ſub diuerſo gñe protulit,vt hic,vel hæc dies,cortex,finis,bubo.

Poeta cuius numeri? ſingularis. Quare? quia ſingulariter profertur.

Hi poetæ cuius numeri? Pluralis. Quare? quia pluraliter profertur.

Iuſtus cuius figuræ? Simplicis. Quare? quia ſimpliciter profertur.

Iniuſtus cuius figuræ? Compoſitæ. Quomodo componitur? Ex in,& iuſt us componitur iniuſtus.

Iniuſtitia cuius figuræ? Decompoſitæ. Quare? quia non per ſe componitur, ſed a compoſito nomine deriuatur, quod eſt iniuſtus iniuſti, addita tia, fit iniuſtitia.

Hic poeta cuius caſus? Nominatiui. Quare? quia in eo caſu declinando reperitur.

Quid eſt caſus? Declinatio caſualium dictionum, quæ maxime fit in fine, vt Priſcianus ait.

Vnde dictus eſt caſus? A cadendo: quia vnus cadit ab alio.

Primus caſus quot nomina habet? Duo, Nominatiuus, quia nominat rem, & rectus ἡ εὐθεῖα, ἡ ὀρθή, quia a nullo cadit.

Si a nullo cadit, quare dictus eſt caſus? Abuſiue, ſiue vt Græci dicunt καταχρηστικῶς.

Genitiuus dicitur ne alijs modis? Quidni? Poſſeſſiuus quia poſſeſſionem demonſtrat. Paternus, quia ceterorum caſuum pater, & genitor eſt, vnde & genitiuus dicitur. nec dicas genitiuus per e ante t, vt quidam ſolent.

Datiuus dicitur ne aliis modis? Næ. Commendatiuus, quia per eum commendamus: ſicut datiuus dictus eſt quia per eum damus.

Accuſatiuus dicitur ne aliis modis? Cauſſatiuus, quia aliquid in cauſſa fieri oſtendit: ſicut accuſatiuus, quia aliquid accuſari demonſtrat.

Vocatiuus habet ne aliud nomen? Habet. dicitur enim ſalutatorius, quia per eum ſalutamus, vt ſalue Pāphile: ſed ſic eſt & vocatiuus, quia per ipſum vocamus.

Ablatiuus appellatur ne alio nomine? Comparatiuus etiam a quibuſdam dicitur. quamquam & tunc ablatiuus eſt, quia per eum auferimus, vt maior ab illo.

Quo modo a Marco Varrone hic nominatus eſt caſus? Sextus, & interdum Latinus.

Quare Latinus? quia Latinæ linguæ proprius eſt. nam Græci ablatiuum non habent cuius vim per genitiuum explicant. Homer. ἔρζευ πὲρ Δαναῶν, hoc eſt ſacrifica pro Danais. vt Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

Sunt ne plures caſus quam ſex? Sunt. nam addi poſſunt ſeptimus, & octauus caſus.

Qui eſt ſeptimus caſus? Ablatiuus ſine præpoſitione, vt ſcribo calamo, fortior illo. auctores Seruius, Sergius, Donatus. Priſcianus tamen fruſtra ſeptimum caſum poni ſcribit dicit enim præpoſitionem vel additam, vel ſubtractam nō valere vim caſus mutare. nam ſicut accuſatiuus non eſt alius caſus abſque prępoſitione, quam cū præpoſitione, ita etiā ablatiuus. ſed hæc ratio Priſciani non placet: quoniam accuſatiuus, quia tam

cum præpoſitione, quam ſine, ſemper accuſat, nunquam eſt alius caſus, quam accuſatiuus. Ablatiuus autem eſt quando non aufert, atque ideo alius caſus eſt. nam cum dico, illo præſēte accepi, & ab illo accepi, non eſt eadem ab vtroque caſu elocutio.

Octauus caſus qui eſt? Dandi caſus pro accuſatiuo poſitus, vt, It clamor cęlo, hoc eſt ad cælum.

Quot ſunt formæ caſuales? Septem, Aptota, Monoptota, Diptota, Triptota, Tetraptota, Pentaptota, Exaptota: quæ a Diomede latine appellantur ſic, Simplex vel vnica, bipatrita, ternaria, quaternaria, quinaria, ſenaria. ſed de his dicemus in Heteroclitis.

Hic poeta cuius declinationis? Primæ. Quare? quia eius genitiuus ſingularis in æ diphthongum deſinit.

Hæc Penelope huius Penelopes cuius declinationis? Primæ. Quare? quia eius genitiuus ſingularis in es productam deſinit, quoniam eſt a genitiuo Græco in ης per η, quod apud nos in e longam plerunque conuertitur, vt ἡ πηνελόπη τῆς πηνελόπης, hæc Penelope huius Penelopes. ἡ γραμματικὴ τῆς γράμματιτῆς, hæc Grammatice huius Grammatices. quanquam η, non i, ſed e longum pronunciaſſe antiquos Græcos exiſtimo. conſtat enim η, ex duplici εε, ſicut ω ex duplici οο. ſed & de his in fragmentis.

Hæc familia huius familias cuius declinationis? Primæ. Quare? quia eius genitiuus ſingularis in as longam deſinit more Græco, vt hæc terra, huius terræ, & terras, hæc via, huius viæ, & vias. Ennius, dux ipſe vias, pro viæ. Vnde pater, & materfamilias adhuc dicimus. Singulariter Nominatiuo hic Poeta, Genitiuo huius poetæ, Datiuo huic poetæ, Accuſatiuo hunc poetam, Vocatiuo o poeta, Ablatiuo ab hoc poeta. Pluraliter nominatiuo hi poetæ, Genitiuo horum poetarum, Datiuo his poetis, Accuſatiuo hos poetas, Vocatiuo o poetæ, Ablatiuo ab his poetis. vel ſic, Singulariter hic, o, & ab hoc poeta: huius, huic, hi & o

poetæ,

poetæ,hunc poetam , horum poetarum, hos poetas, his,& ab his poetis.

S. Hæc muſa,huius muſæ, huic muſæ, hanc muſam, o muſa,ab hac muſa. P. hæ muſæ, harum muſarum,his muſis,has muſas,o muſæ,ab his muſis, vel hæc,o,& ab hac muſa,&c.

S. Hic Anchiſes, huius Anchiſæ, huic Anchiſæ, hunc Anchiſen,o Anchiſe,ab hoc Anchiſe. P. hi Anchiſæ, horum Anchiſarum,his Anchiſis,hos Anchiſas,o Anchiſæ,ab his Anchiſis. Hunc autem Anchiſam,o Anchiſa,ab hoc Anchiſa,ſunt a nominatiuo Anchiſa.

S. Hic,& hæc aduena,huius aduenæ,huic aduenæ,hũc, & hanc aduenam,o aduena,ab hoc, & ab hac aduena, P. hi & hæ aduenę,horum, & harum aduenarum,his aduenis,hos, & has aduenas, o aduenæ,ab his aduenis.

S. Hic,& hæc troiugena, huius troiugenæ, huic troiugenę,hunc,& hanc troiugenam,o troiugena,ab hoc, & ab hac troiugena. P. hi, & hæ troiugenæ, horum, & harum troiugenarum, & per ſyncopen troiugenum:his troiugenis,hos, & has troiugenas,o troiugenæ,ab his troiugenis.

S. Hæc mula,huius mulæ, huic mulæ, hanc mulam, o mula,ab hac mula. P. hæ mulæ,harum mularum,his mulabus,has mulas,o mulæ, ab his mulabus. ſic aſina,equa,dea,liberta,filia,nata,duæ & ambę.

S. Hic Aeneas,huius Aeneæ,huic Aeneæ, hunc Aenean & Aeneam, o Aenea, ab hoc Aenea. P. hi & o Aeneæ, horum Aenearum, his & ab his Aeneis, hos Aeneas.

S. Hic Aeneades,huius Aeneadæ, huic Aeneadæ, hunc Aeneaden & Aeneadam a nominatiuo Aeneada, quo vſi inueniuntur antiqui: o Aeneade & Aeneada,ab hoc Aeneade & Aeneada. P. hi Aeneadæ,horum Aeneadarum,& per cõciſionem Aeneadum,his Aeneadis,hos Aeneadas,o Aeneadæ,ab his Aeneadis.

S. Hæc, & o, & ab hac Iphigenia, huius, & huic, hæ & o Iphigeniæ, hāc Iphigeniā, & Iphigenian, has Iphigenias, harum Iphigeniarū, his, & ab his Iphigeniis.

S. Hæc Grammatice, huius Grammatices, huic Grammatice, hanc Grammaticen, o Grammatice, ab hac Grammatice. Pluraliter hę Grammatica, horum Grammaticorum, his Grammaticis, hæc Grammatica, o Grammatica, ab his Grammaticis. ſic Rhetorice, Georgice, Bucolice, & huiuſmodi.

S. Hæc Penelope, huius Penelopes, huic Penelope, hanc Penelopen, o Penelope, ab hac Penelope. P. hæ Penelopæ, harum Penelopon, his Penelopæs, has Penelopas, o Penelopæ, ab his Penelopęs. Sed in plurali melius latine declinatur, vt muſæ muſarum, Penelopæ Peneloparum, a nominatiuo Penelopa.

S. Hæ Thebæ, harum Thebarum, his Thebis, has Thebas, o Thebæ, ab his Thebis. ſic Mycenæ, Piſæ, Senæ, Venetiæ, Amyclæ, Carræ, & id genus multa.

S. Hic Adam, huius Adæ, huic Adæ, hunc Adam, o Adā, ab hoc Adam. P. hi, & o Adæ, horum Adarum, his, & ab his Adis, hos Adas. ſed melius eſt aptotum hic Adā, huius Adam, huic Adam, & ſic in ſingulis. P. hi Adamim, horum Adamim, & deinceps. Huiuſmodi enim apud Hebræos in im faciunt in numero multitudinis, & tantum per articulos inflectuntur, vt cocab ſtella, cocabim ſtellæ. ſimiliter ſeraph & cherub in ſingulari, ſeraphim, & cherubim in plurali.

S. Hæc familia, huius familiæ & familias. In reliquis declina vt muſa. ſic hæc terra, huius terræ. & terras.

In quibus nominibus hic genitiuus etiam in as inuenitur apud antiquos? In iis ſolum, quę in a purum deſinunt, vt via: & in ra, vt terra: & in da, & in tha, vt Leda, Martha, ad imitationem Græcorum, qui ἡ ἡμέρα, τῆς ἡμέρας, ἡ μοῖα τῆς μοίας declinant. Ennius, Dux ipſe vias, vt ſupra diximus.

S.Vna,vnius,vni,in reliquis flecte vt muſa.Quæ ſic declinantur,hoc verſiculo comprehenduntur.

Dant ius,Vna,vlla,& ſola,vtra,alia,altera,tota.

De ſecunda inflexione.

Hic dominus,huius domini cuius declinationis? Secundæ.Quare?Quia eius genitiuus ſingularis in i productum deſinit, & datiuus in o. nam huic Orphei, Græcum eſt.

Bonus,bona,bonum.G.boni,bonæ,boni, cuius declinationis?primæ,& ſecundæ.Quare? Quia eius genitiuus ſingularis deſinit in i,in æ,& in i.

S.Nominatiuo hic dominus, Genitiuo huius domini, Datiuo huic domino, Accuſatiuo hunc dominum, Vocatiuo o domine,Ablatiuo ab hoc domino. P. nominatiuo hi domini, Genitiuo horum dominorum, Datiuo his dominis,Accuſatiuo hos dominos.Vocatiuo o domini,Ablatiuo ab his dominis.vel ſic,hic dominus,huius,hi,& o domini,huic, & ab hoc domino,hunc dominum,hos dominos,o domine,horũ dominorum,his,& ab his dominis.

S.Hic magiſter,huius magiſtri,huic magiſtro,hunc magiſtrum,o magiſter,ab hoc magiſtro. P. hi magiſtri, horum magiſtrorum,his magiſtris,hos magiſtros, o magiſtri,ab his magiſtris.

S.Hic Deus,huius Dei,huic Deo,hunc Deum,o Deus, ab hoc Deo.P. hi Dei vel Dii, horum Deorum vel Deum,his Deis vel Diis, hos Deos, o Dei,vel Dii,ab his Deis vel Diis.

S. Hic Theſeus huius Theſei & Theſeos, huic Theſeo & Theſei,hunc Theſeum & Theſea,o Theſeu,ab hoc Theſeo.Pluraliter hi Theſei,horum Theſeorum, his Theſeis,hos Theſeos,o Theſei,ab his Theſeis.

S.Hic Virgilius,huius Virgilii,huic Virgilio,hunc Virgilium,o Virgili,ab hoc Virgilio.P.hi Virgilii, horũ Virgiliorum,his Virgiliis, hos Virgilios,o Virgilii, ab his Virgiliis.

S.Hic filius,huius filii,huic filio,hunc filium, o fili, ab hoc filio.Pluraliter hi filii,horum filiorum,his filiis, hos filios,o filii,ab his filiis.

S.Hic ſocius,huius ſocii,huic ſocio, hunc ſocium, o ſocie,ab hoc ſocio.Pluraliter hi ſocii,horum ſociorum, his & ab his ſociis,hos ſocios,o ſocii.

S.Hæc fagus,huius fagi,huic fago,hanc fagum, o fage, ab hac fago. Pluraliter hæ fagi, harum fagorum,his fagis,has fagos,o fagi,ab his fagis.

S.Hoc vulgus, huius vulgi, huic vulgo, hoc vulgus,o vulgus,ab hoc vulgo,ſine plurali.dicimus & hic vulgus,huius vulgi,huic & ab hoc vulgo,huncvulgum, o vulge.

S.Hic Panthus,huius Panthi,huic Pantho, hunc Panthum,o Panthu, ab hoc pantho.P.hi Panthi,horum Panthorum, his Panthis, hos Panthos, o Panthi,ab his Panthis.

S Hoctemplum,huius templi, huic templo, hoc templum,o templum,ab hoctemplo. P. hæc templa, horum templorum,his templis,hæc templa, o templa, ab his templis.vel in nominatiuo,accuſatiuo,&vocatiuo templum,huius templi, huic & ab hoc templo. hæc in nominatiuo,accuſatiuo, & vocatiuo templa, horum templorum,his & ab his templis.

S.Hæc Glycerium,huius Glycerii,huic Glycerio,hanc Glycerium,o Glycerium,ab hac Glycerio.P.hæ Glyceria, harum Glyceriorum, his Glyceriis, has & o Glyceria,ab his Glyceriis. Sic Chryſiũ, Philortium, Dorciũ,Sophronium,Abrotonium,& ſimilia,quæ articulos habent femininos, & formam neutrorum,vt Priſcianus docet.

P.Hi Locri,horum Locrorum,his Locris, hos Locros, o Locri,ab his Locris.ſic Puteoli,Faſti,Cancelli,Carpi,& ſimilia ſine ſingulari.

S.Bonus,bona,bonum.G.boni,bonæ,boni.D.bono,bonæ,bono.A.bonum,bonam, bonum. V.o bone,o bo-

na,o bonum. A.a bono,a bona,a bono.P.N. Boni,bonæ bona.G.bonorum,bonarum,bonorum.D.bonis, bonis,bonis. A.bonos,bonas,bona.V.o boni,o bone, o bona. A.a bonis,bonis, bonis. Vel ſic , Hic bonus, huius,hi,& o boni,huic,& ab hoc bono,hunc bonũ, o bone, hos bonos,horum bonorum,his,& ab his bonis,hæc,o & ab hac bona,huius,huic,hæ,& o bonæ, hanc bonam,has bonas, harum bonarum, his,& ab his bonis.hoc in nominatiuo,accuſatiuo,& vocatiuo bonum,huius boni,huic,& ab hoc bono.hæc in nominatiuo,accuſatiuo,& vocatiuo bona,horum,bonorum,his,& ab his bonis.

S.Pulcher, pulchra,pulchrum. G. pulchri, chrę,chri. D.chro,chræ,chro. A. chrum,chram,chrum. V.o cher,chra,chrum. A.a chro,chra,chro.P.N.pulchri, chræ,chra.G,pulchrorum,arum,orum.D.his, & ab his chris,quod eſt cõmune triũ generum. A. chros, chras,chra.V.o pulchri,o chræ,o chra.

P.hi ambo, hæ ambæ, & hęc ambo. G.amborum, ambarum,amborum. D.ambobus, ambabus,ambobus. A.hos ambos,has ambas,& hęc ambo.A. ab his ambobus,ambabus,ambobus.Priſcianus libro 14. Ambo vocatiuum habere non poſſe ſcribit:puto quia diſtributiuum,&,vt idem ait,relatiuum eſt.

P. hi duo,hæ duæ, & hæc duo. G. horum duorum, harum duarum,horum duorum.D.his duobus,duabus,duobus. A. hos duos , has duas, & hęc duo V.o duo,o duę,& o duo.A.ab his duobus,duabus,duob⁹.

S.dominus, muſa, templum. G. domini,muſæ,templi. D.domino,muſæ,templo.A. dominum, muſam,tẽplum.V.o domine,o muſa,o templum. A.a domino, a muſa,a templo.P.N.domini,muſæ,tẽpla.G. dominorum,muſarum,templorum. D. dominis,muſis, templis. A. dominos, muſas,templa. A.o domini, o muſæ , o templa. A. a dominis , muſis,templis.

Ad horum exemplum declinantur omnia adiecti-

ua primæ,& ſecũdæ declinationis,vt bonus, bona,bonum,quæ in maſculino,& neutro ſunt ſecundæ declinationis,in feminino vero primæ.

De tertia declinatione.

Hic Cato,huius Catonis, cuius declinationis? Tertiæ. Quare? Quia eius genitiuus ſingularis in his correptam deſinit.

S. Hic Cato,huius Catonis, huic Catoni, hunc Catonem,o Cato,ab hoc Catone. P.hi Catones,horum Catonum,his Catonibus,hos Catones,o Catones,ab his Catonibus. Vel, hic, & o Cato, huius Catonis huic Catoni,hunc Catonem, ab hoc Catone. P.hi,hos,& o Catones,horum Catonum,his,&ab hisCatonibus.

S. Hic & o pater,huius patris,huic patri,hunc patrem, ab hoc patre.Pluraliter hi,hos,& o patres,horum patrum,his,& ab his patribus.

S. Hic,& hæc virgo,huius virginis,huic virgini, hunc, & hanc virginem,o virgo,ab hoc, & ab hac virgine. P.hi,& hæ virgines,horum,& harum virginum,his virginibus,hos, & has virgines, o virgines, ab his virginibus.

S. Hic Titan,huius Titanis, & Titanos. Et notandum, quod cum genitiuus deſinit in os non purum, accuſatiuus ſingularis deſinit etiam in a,& pluralis in as, ſed Græce: vt hunc Titanem, & Titana: hi Titanes, hos Titanes,& Titanas.

S. Hic Demophon, & Demophoon in carmine, huius Demophontis & Demophontos.

S. Hæc Tethys,huius Tethyis & Tethyos, huic Tethyi, hanc Tethym & Tethyn, o Tethy, a Tethye. P. hæ Tethyes,harum Tethyum, his Tethybus,has Tethyes,& Tethyas, o Tethyes, a Tethybus. ſic Erinnys, Erinnyos, & Erinnyis. Capys, Capyos, & Capyis, & ſimilia.

S. Hic oedipus,huius oedipodis,oedipodos,& oedipi a genitiuo τοῦ οἰδίπου ἀττικῶς, vel a nominatiuo οἰδι-

πος, vt πολύπους & πόλυπος, huic Oedipodi & Oedipo hunc Oedipodem, & Oedipoda, o Oedipu, ab hac Oedipode & Oedipo. Pluraliter hi Oedipodes, horũ Oedipodum, his Oedipodibus, hos Oedipodes, & Oedipodas, o Oedipodes, ab his Oedipodibus. hic Oedipus tñ Oedipi declina, vt dñs, a noĩatiuo ὁ οἰδίπος.

S. Hæc uis, huius uis, huic vi, hanc vim, o uis, ab hac ui. P. hę vires, harum virium, his viribus, has vires, o vires, ab his viribus.

S. Hæc Amathus, huius Amathuntis, huic Amathunti, hanc Amathuntem, & Amathunta, o Amathus, ab Amathunte. ſic Peſſinus Peſſinuntis, Opus Opuntis, Trapezus Trapezuntis.

S. Hæc Amaryllis, huius Amaryllidis & Amaryllidos, huic Amaryllidi, hanc Amaryllidem & Amaryllida, o Amarylli, ab hac Amaryllide.

S. Hæc Dido, huius Didus & Didonis, huic Didoni, hanc Dido & Didonem, o Dido, ab hac Didone. P. hæ Didones, harum Didonum, his & ab his Didonibus, has Didones, o Didones. Sic hæc Calypſo, huius Calypſus & Calypſonis, ſicut hæc Iuno, huius Iunonis. Sed de his multa in fragmentis.

S. Hęc Aeneis, huius Aeneidis & Aeneidos, Aeneidi, Aeneidem, & Aeneida.

S. Hic Chremes, hui9 Chremetis, & Chremetos & Chremis, huic Chremeti, & Chremi, hũc chremetẽ, & chremeta, & Chremẽ, o Chremes, a chremete, & chreme.

S. Hic Mœris, huius Mœris, huic Mœri, hunc Mœrim & Mœrin, o Mœri, & Mœris, ab hoc Mœri, &c. Hæc Neapolis, huius Neapolis, huic Neapoli, hãc Neapolĩ & Neapolĩ, o Neapoli & Neapolis, ab hac Neapoli.

S. Hic Paris huius Paridis, & Paridos, huic Paridi, hunc Paridem, & Parida, & Parin a genitiuo τοῦ πάριος, o Pari, & o Paris.

S. Hæc turris, huius turris, huic turri, hanc turrem & turrim, o turris, a turre & turri.

S.Hic heros,huius herois, & heroos, huic heroi, hunc heroem,& heroa,o heros,ab heroe.P.hi heroes, horum heroum,his heroibus, hos heroes, & heroas, o heroes,ab heroibus.

S.Hoc epigramma,huius epigrammatis,huic epigrammati,hoc epigramma,o epigramma,ab hoc epigrammate.P.hæc epigrammata, horum epigrammatum, & Græce ἐπιγραμμάτων, his epigrammatibus, & epigrammatis,hęc epigrammata,o epigrammata,ab his epigrammatibus,& epigrammatis.

S.Hoc cubile; huius cubilis, huic cubili, hoc cubile, o cubile, ab hoc cubili.P.hæc cubilia, horum cubilium, his cubilibus,& hæc cubilia,o cubilia, ab his cubilibus.

S.Hoc torcular,huius torcularis,huic torculari, hoc torcular,o torcular,ab hoc torculari. P. hæc torcularia,horum torcularium, his, & ab his torcularibus, hæc,& o torcularia.

S.Hoc melos,huius meleos,Græce declinatur τὸ μέλος, τοῦ μέλεος καὶ μέλους. P.hæc mele etiam Græce, τὰ μέλεα καὶ μέλη, ſicut τὰ κήτεα καὶ κήτη. Pluraliter hæc cete.

S.Hoc plus, huius pluris, huic pluri, hoc plus, o plus a plure, & pluri,vt Priſcianus docet.P.hi, & hæ plures,& hæc plura,& pluria apud antiquos. horum,& harum & horum pluriũ, his & ab his pluribus,hos, & has plurus,& hæc plura,o plures,& o plura.Et notãdum plus in obliquis eſſe triũ generũ in ſingulari, etſi hoc plus eſt neutrum dumtaxat, ſicut hoc pulchrius,maius.non enim dicimus hic,& hæc plor, ſicut hic,& hæc maior.

S.Hic,& hæc omnis,& hoc omne, huius omnis, huic omni,hũc,& hanc omnem.&hoc omne,o omnis, & omne,ab hoc,& ab hac &ab hoc omni.P.hi,& hæ omnes,& hæc omnia,horũ,& harũ,& horum omniũ, his omnibus,hos,& has omnus, & hæc omnia,o om

pes, & omnia, ab his omnibus. Habere autem vocatiuum tam apud Græcos, quam apud Latinos inuenitur. Virgilius in primo Georgicon, Diique, deæque omnes: ſicut apud Græcos πᾶς, πᾶσα, πᾶν. Homerus, κέκλυτέ μου πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.

S. Hic. & hæc pulchrior, & hoc pulchrius, huius pulchrioris, huic pulchriori, hunc & hanc pulchriorē, & hoc pulchrius, o pulchrior, & o pulchri⁹, a pulchriore, & pulchriori. P. hi, & hæ pulchriores, & hæc pulchriora, horum & harum, & horū pulchriorum, his, & ab his pulchriorib⁹, hos, & has pulchriores, & hæc pulchriora, o pulchriores, & o pulchriora. Sic melior, maior, & cetera comparatiua.

S. Hic ſilueſter, hæc ſylueſtris, hoc ſilueſtre, huius ſilueſtris, huic ſilueſtri, hunc, & hanc ſilueſtrem, & hoc ſilueſtre, o ſilueſter, o ſilueſtris, & o ſilueſtre, a ſilueſtri. P. hi, & hæ ſilueſtres, & hæc ſilueſtria, horum, & harum, & horum ſilueſtrium, his, & ab his ſilueſtribus, hos, & has ſilueſtres, & hæc ſilueſtria, o ſilueſtres, & o ſilueſtria.

S. Hic & hæc Arpinas, & hoc arpinate, huius arpinatis, huic arpinati, hunc & hanc arpinatem, & hoc arpinate, o arpinas, & o arpinate, ab hoc, & ab hac, & ab hoc arpinate, & arpinati. P. hi & hæ arpinates, & hæc arpinatia, horum & harum & horum arpinatiū, his & ab his arpinatibus, hos & has arpinates, & hæc arpinatia, o arpinates, & o arpinatia.

S. Hic, & hæc, & hoc felix, huius felicis, huic felici, hūc & hanc felicem, & hoc felix, o felix, a felice, & felici. P. hi, & hæ felices, & hæc felicia, horum, & harum & horum felicium, his, & ab his felicibus, hos, & h felices, & hæc felicia, o felices, & o felicia.

S. Hic, & hæc, & hoc iens, huius euntis, huic eunti, & hanc euntem, & hoc iens, o iens, ab eunt & eunti. P. hi, & hæ euntes, & hæc euntia horum, & rum, & horum euntium, & euntum per ſyncopen: his

ROMA

& ab his euntibus,hos,& has euntes,& hæc euntia,o euntes & o euntia.

S.Hic,& hæc,& hoc amans,huius amantis,huic amanti,hunc,& hanc amantem,& hoc amans, o amans,ab hoc & ab hac,& ab hoc amante,vel amanti. P. hi,& hæ amantes,& hæc amantia,horum,& harum, & horum amantium ,& per conciſionem amantum,his amantibus,hos & has amantes , & hæc amantia , o amantes,& o amantia,ab his amãtibus.Sic declinabis legens,docens,audiens,& cetera participia in ns.

DE QVARTA DECLINATIONE.

Hæc manus,genitiuo huius manus,cuius declinationis? Quartæ. Quare? quia eius genitiuus ſingularis in us productum deſinit.

Hæc anus , huius anuis cuius declinationis ? Quartæ. Quare ? quia nomina quarti doclinatus, etiam in uis ſyllabas inueniuntur prolata in caſu patrio , vt ſupra eſt dictum.

Hoc cornu,huius cornu cuius declinationis ? Quartæ. Quare?quia eius genitiuus ſingularis in u productum deſinit.

S.Hic fructus,huius fructus,& fructuis , huic fructui, a genitiuo antiquo fructuis,& fructu a genitiuo fructus,hunc fructum,o fructus,ab hoc fructu.P.hi fructus,horum fructuũ,his fructibus,hos fructus, o fructus,ab his fructibus.

S.Hæc manus,huius manus,& manuis, huic manu , & manui,hanc manum,o manus,ab hac manu.P.hæ manus,harum manuum,his manibus,has manus,o manus,ab his manibus.

S.Hic artus,huius artus,huic artui,hunc artum,o artus, ab hoc artu.P.hi artus,horum artuum , his artubus, hos artus,o artus,ab his artubus.

Quæ ante bus u ſeruant? Hæc, quæ verſibus an-

notantur.

Ante bus u ſeruant,artusque,& partus,& arcus.
Et lacus,& quercus, tribubusque,acubus,ſpecubusq;,
Et ſpecibus,necnon partuſque,& queſtus:& hinc eſt,
Quod cecinit vates,Late loca queſtubus implet,
A queror:at quæſtus,pro lucro quæſtibus i dat.

S.Hæc quercus, huius quercus. P. hæ quercus, harum quercuum.

S.Hæc anus,huius anus,& anuis. Terentius. Eius anuis opinor cauſſa,quæ mortua eſt.

Domus ſecundæ declinationis quo modo declinatur?

S.Hæc domus,huius domi,hanc domum,ab hac domo. P.harum domorum,has domos, ceteris caſibus non vtimur.

Domus quartæ declinationis quo modo flectitur?

S.Hæc domus,huius domus,huic domui, hãc domum, o domus ſine ablatiuo. P. hæ domus, harum domuum,his domibus, has domus, o domus, ab his domibus.

S.Hoc cornu,huius cornu,huic cornu, hoc cornu,o cornu,ab hoc cornu. P.hæc cornua,horum cornuum,his cornibus,hæc cornua,o cornua,ab his cornibus.

S.Hoc tonitru,huius tonitru,huic tonitru,hoc tonitru,o tonitru,ab hoc tonitru. P.hæc tonitrua. horũ tonitruum,his tonitribus, hæc tonitrua, o tonitrua, ab his tonitribus.

S.Hoc veru,huius veru. P. hæc verua, horum veruum, his veribus.

S.Hoc gelu,huius gelu,huic gelu, hoc gelu, o gelu, ab hoc gelu,ſine plurali.

Quæ neutra in u admittunt numerum pluralem? perpauca his comprehenſa verſiculis.

Pluralem admittunt numerum,cornuque,veruque,
Atque ſpecu,tonitru,cum veribus genua.

Atque pecu.inuenies teſtuaque,& hæc pecua.

S.Hæc,huius, & o ficus:huic ficui, hanc ficum, ab hac ficu:P.hæ, has, & o ficus: harum ficuum, his & ab his ficibus.

Ficus cum ſecundæ eſt quo modo flectitur?

S.Hic ficus,huius fici,huic fico, hunc ficum, o fice, ab hoc fico.P.hi fici,horum ficorum,his ficis, hos ficos, o fici,ab his ficis.

S.Hæc ficus,huius fici,huic fico,hanc ficum, o fice, ab hac fico.P.hæ fici,harum ficorum,his ficis, has ficos, o fici,ab his ficis.

DE GENERE, ET DECLINATIONE FICVS

Ficus hic & fructus fici,eſtq; in corpore morbus.
Hæc ficus ci & cus,fructus & arbor erit.

Sed de ficus abunde multa dicemus in heteroclitis.

Quæ nomina poſſunt eſſe quarti,&ſecundi declinatus?

Quæ his verſibus annotantur.

Sunt pinus,cornus,ficus,quartæ,atque ſecundæ:
Laurusque,& quercus,quæ neat adde colum.
Adde domū,& longe plura his,quibus vſa vetuſtas,
Ceu penus,ornatus,ceu lacus,& monitus,
Atque alia,vt gemitus,quarti tantummodo flexus
Quæ nunc ſunt.teneris pauca notaſſe ſat eſt.

DE QVINTA DECLINATIONE.

Hic,vel hæc dies,huius diei,cuius declinationis?Quinctæ.Quare?quia eius genitiuus ſingularis in ei diuiſa ſyllaba deſinit,& ſic datiuus,vt hic, vel hæc dies, huius,& huic diei.

Dies huius dies,huius die,huius dii, cuius declinationis?Quinctę. Quare? quia quinctæ inflexionis nomina etiam in es,& in e,& in ii inueniūtur prolata in caſu patrio apud antiquos,vt oſtēdimus ſuperius,vbi

de genitiuo quinctæ declinationis ſcripſimus.

S.Hæc ſpecies.G.huius ſpeciei.D huic ſpeciei. A .hanc ſpeciē.V.o ſpecies. A.ab hoc ſpecie.P.N. hæ ſpecies. G.harum ſpecierum.D.his ſpeciebus.A.has ſpecies. V.o ſpecies. A.ab his ſpeciebus.

Declina antiquo more.S.Hæc ſpecies,huius ſpecies, & huius ſpecie,& huius ſpecii,huic ſpecie.

S.Hæc res.G.huius rei.D.huic rei.A.hanc rem.V.o res A.ab hac re.P.hæ res.G.harum rerum. D. his rebus. A.has res.V.o res.A.ab his rebus.

S.Hic vel hæc dies.G.huius diei .D. huic diei. A. hunc vel hanc diem.V.o Dies.A.ab hoc,vel ab hac die. P. hi dies maſculini tantum generis.G.horum dierum. D.his diebus.A.hos dies.V.o dies. A.ab his diebus.

S.Hæc ſpes,huius ſpei,huic ſpei, hanc ſpem, o ſpes,ab hac ſpe.P.hæ ſpes, & o ſpes,ceteris vacat.

S.Hæc ſcabies,huius ſcabiei,huic ſcabiei,hanc ſcabiem o ſcabies,ab hac ſcabie. ſine plurali.

Quę nomina quinctæ declinationis habent numerum pluralem?Hæc fere,

Res,ſpeciesque,dies,facies,ſpes,progeniesque.

Plinius lib. 11.Innumeræ in mari præcipue,ac plerunque confuſis monſtrificæ digenerantur effigies.

DE NOMINIBVS COMPOSITIS.

Quot modis nomina componuntur? Tribus. Ex duobus rectis, vt reſpublica,& vterque rectus inflectitur. ex recto,& obliquo, vt paterfamilias, & rectus tantū inclinatur.ex duobus obliquis,vt huiuſmodi, aliuſmodi,& neuter declinatur.

S.Hæc reſpublica,huius reipublicæ, huic reipublicæ, hanc rempublicam,o reſpublica,ab hac republica. P. hæ reſpublicæ, harum rerumpublicarum, his rebuſpublicis, has reſpublicas,o reſpublicæ, ab his rebuſpublicis.

S.Hic iuriſconſultus,huius iuriſconſulti,huic iuriſconſulto,hunc iuriſconſultum,o iuriſconſulte,ab hoc iuriſcōſulto.P.hi iuriſconſulti,horum iuriſconſultorū, his iuriſconſultis,hos iuriſconſultos,o iuriſconſulti, ab his iuriſconſultis.

S.Hic paterfamilias,hui⁹ patriſfamilias, huic patriſfamilias,hunc patremfamilias,o paterfamilias,ab hoc patrefamilias.P.hi patreſfamilias,horum patrumfamilias,his patribusfamilias,hos patreſfamilias, o patres familias,ab his patribusfamilias.

S.Alteruter,alterutra,alterutrum.G.Alterutrius.ſed de hoc in Pronominibus.

S.Hic tribunuſplebis,huius tribuniplebis:ſic hic magiſterequitum , huius magiſtri equitum.

S.Hic,& hæc,& hoc huiuſmodi,& huiuſcemodi.G.huius huiuſmodi.D.huic huiuſmodi. A.hunc , & hanc &hoc huiuſmodi. V. o huiuſmodi.A.ab huiuſmodi.P.hi,& hæ,&hæc huiuſmodi,horū,& harum, & horum huiuſmodi,his huiuſmodi,hos,& has,&hæc huiuſmodi,o huiuſmodi,ab his huiuſmodi.ſic iſtiuſmodi,aliuſmodi,alteriuſmodi.

DE NOMINVM NVMERALIVM INFLEXIONE.

Quattuor cuius declinationis? Nullius . Quare?quia omnia nomina numerorū a quattuor vſque ad cētū, ſunt oīs generis,numeri pluralis , & indeclinabilia.

S.N.vnus,vna.vnum.G.vnius.D.vni.A.vnum , vnam, vnum.V.o vne,o vna,o vnum.A.ab vno,ab vna,ab vno.P.vni,vnæ,vna.G.vnorum,vnarum,vnorum .D. vnis.A.vnos,vnas,vna.V.o vni,o vnæ,o vna.A.ab vnis.Dicimus.n.vnas litteras,vna arma,vnis nuptiis.

P.N.hi duo,hæ duæ,& hæc duo:& reliqua vt in ſecunda declinatione.

P.N.hi , & hæ tres,& hæc tria.G.horum,& harum, & horū trium.D.his,& ab his tribus.A.hos,& has tres & hæc tria.V.o tres,& o tria.Et notādum,accuſatiuū pluralem huiuſmodi nominum,quæ in ium faciunt

genitiuũ;in *as* tantum deſinere per *ai* diphthongum?
P.N.hi,& hæ,& hæc quattuor. G.horum,& harum, & horum quattuor. D.his quatuor. A.hos;& has,& hæc quattuor. V.o quatuor. A.ab his quatuor. Et ſic P. N. hi,& hæ,& hæc quinque,ſex,ſeptem,octo,nouem,& reliqua vſque ad centum indeclinabilia.
P.N.hi,& hæ,& hæc centum. G.horum, & harum, & horum centum. D.his cẽtum. A.hos,& has & hæc cẽtum. V.o centum. A.ab his cẽtum,ſic biſcentum,tercẽtum quatercentum,decieſcentum,& ſimilia.
P.N.ducenti,ducentæ,ducenta. G.Ducentorum, ducentarum,ducentorum. D.ducentis. A.ducentos, ducentas,ducenta. V.o ducenti,o ducentæ, o ducenta. A. a ducentis. Sic trecenti,trecentæ,trecenta,quadringenti,quadringentæ,quadringenta,quingenti, quingentæ,quingenta,ſexcenti,ſexcẽtæ,ſexcenta,ſeptingenti, ſeptingentæ,ſeptingẽta,octingenti,octingentæ,octingenta,noningenti,noningentæ,noningenta.
Mille adiectiuum quo modo flectitur?
P.hi,& hæ,& hæc mille,horum, & harum, & horum mille,his mille,hos,& has & hæc mille,o mille,ab his mille. & ſic dicimus, Mille meæ Siculis errant in mõtibus agnæ.
Declina mille ſuſtantiuum.
S.Hoc mille,huius mille,huic mille,hoc mille, o mille, ab hoc milli. P.hæc millia,horum millium, his millibus,hæc millia,o millia,ab his millibus. & ſic dicimus mille agnarum,mille hominum moritur, duo millia nummum.
Quod mille faciat ab hoc milli per i,hæc Gellius. aperteq; oſtendit mille & vocabulum eſſe,& ſingulari numero dici,& caſum etiam capere ablatiuum,nec ceteros caſus requiri oportere.
DE GRADIBVS COMPARATIONIS.
Quot ſunt gradus comparationis? Tres, poſitiuus, comparatiuus, ſuperlatiuus. Da poſitiuum? doctus,

pulcher, prope. Da comparatiuum doctior, pulchrior, propior. Da ſuperlatiuum. doctiſſimus, pulcherrimus, proximus.

Dic aliquot poſitiua cum comparatiuo, & ſuperlatiuo. Doctus, doctior, doctiſſimus, docta, doctior, doctiſſima, doctum, doctius, doctiſſimum. Et in aduerbio, docte, doctius, doctiſſime.

Pulcher, pulchrior, pulcherrimus, pulchra, pulchrior, pulcherrima, pulchrum, pulchrius, pulcherrimũ. Et in aduerbio, pulchre, pulchrius, pulcherrime.

Prope, propior, proximus, prope, propior, proxima, prope, propius, proximũ. Et in aduerbio, prope, propius, proxime.

Perpulcher, longe pulchrior, quam pulcherrimus: perpulchra, longe pulchrior, quam pulcherrima: perpulpulchrum, longe pulchrius, quam pulcherrimum. Et in aduerbio, perpulchre, longe pulchrius, quam pulcherrime. nec dicas perpulchrior, perpulcherrimus.

Magnus, maior, maximus, magna, maior, maxima, magnum, maius, maximum. Et in aduerbio eſſet dicendum per regulam magne, quod non dicimus, ſed pro eo magnopere, vel valde, vel multum, & ſimilibus vtimur. quis enim diceret, magne erras, magne potes, pro eo quod eſt magnopere erras, multum potes? Itẽ maius potuit Cæſar, quam Pompeius, nemo diceret Latine: ſed, vel plus, vel magis Cæſar potuit, quam Pompeius. Dicamus igitur & in aduerbio, magnopere, magis, maxime.

Paruus, minor, minimus, parua, minor, minima, paruum, minus, minimum. Et in aduerbio, parue, minus minime.

Bonus, melior, optimus, bona, melior, optima, bonum, melius, optimum. Et in aduerbio, bene, melius, optimæ. nec dicas bone per o.

Malus, peior, peſſimus, mala, peior, peſſima, malum, peius, peſſimum. Et in aduerbio, male, peius, peſſime.

Multus,

Multus,ſine comparatiuo, plurimus.multa,ſine comparatiuo,plurima.multum,plus,plurimum.Et in aduerbio,multum,plus,plurimum.

DE NOMINIBVS HETEROCLITIS.

QVoniam ſunt quędam nomina, quæ varie declinantur,quæ propterea Græci ἑτερόκλιτα vocant,& nos Gręco nomine,quia Latinum non habemus,heteroclita appellamus: operæpretium hoc loco videtur, de heteroclitis ſcribere, ſi prius præſcripſerim nominum quædam eſſe aptota, quæ per omnes caſus vniformiter currunt,vt frugi,nequã & ſimilia,& numerorum nomina a quattuor vſque ad centũ. Quædam monoptota,quæ vnum dumtaxat caſum habẽt, vt ſua ſponte. Quædam diptota,quæ duos tantum diuerſos caſus habent,vt fors forte,tabi tabo,verua veribus.nam veruum non eſt in vſu. Quædã triptota, quæ tres tantum caſus diuerſos habent, qualia ſunt neutra in ſingulari,vt templum,templi,templo:& in plurali neutra omnia,vt templa,templorum,tẽplis,ſidera,ſiderum,ſideribus. Quædã tetraptota,quę quattuor tãtum diuerſos caſus habent,qualia ſunt in r deſinentia ſecundæ declinationis,vt puer, vir. Quædã pentaptota,quę quinque caſus tantum diuerſos habent,qualia ſunt maſculina,& feminina ſecundæ declinationis,vt doctus,Priamus,populus,fagus, Virgilius. Quædã hexaptota,quæ ſex caſus varios hñt,qualia ſunt vnus,totus,ſolus, vt vnus,vnius, vni,vnum,o vne,ab vno.Latine Diomedes appellat ſimplicẽ vnicam,bipartitam,ternariam,quaternariam, quinariã, ſenariam,vt ſupra eſt dictum.

Maſculina, in plurali neutra. auernus auerna, balteus baltea, carbaſus carbaſa, cetus cete, quod Græcum

ſeſt, τὰ κάτεα κάτη. Dindymus Dindyma, euentus euenta, Gargarus Gargara, Hiſmarus Hiſmara, iocus ioca, iuſſus iuſſa, locus loca, maſſicus maſſica, Mænalus Mænala, pileus pilea, permiſſus permiſſa, ſibilus ſibila, ſupparus, ſuppara, Tartarus Tartara, Tænarus Tęnara, taygetus taygeta. Dicimus etiam hi baltei, hi euentus, hi ioci, maſſici, ſuppari, ſibili. Cetus autem nuſquam lectum eſſe ait Seruius. aliqui hoc cetus dicunt: quia Græce τὸ κῆτος. Carbaſus Priſcianus femininum eſſe dicit, Phocas maſculinum, Probus, & Caper incerti generis. Legitur & hoc iuſſum, euentum, pileum, ſupparū. Infernus, & inferna ſubſtantiua nō memini legere apud approbatos auctores.

Feminina, in plurali neutra. arbutus arbuta. quanquam hæc. arbutus, hæ arbuti, arbor eſt: hoc arbutum vero, hęc arbuta pomum, altilis altilia, Bucolica Bucolicę, Bucolica Bucolicorum: ſic Georgica, Grammatica, Rhetorica, Topica, Ethica, &, ſiqua ſunt alia. Intybus intyba, pergamus pergama, ſupellex ſupellectilia, Zizania zizaniæ, & zizania zizaniorum. Dicimus & hi intybi. Plinius & hoc intybum dicit. Altilis magis adiectiuum videtur, vt reptilis.

Neutra, in plurali maſculina. Argos Argi, cælum cæli, capiſtrum capiſtri, elyſium elyſii, filum fili, frenum freni, porrum porri, raſtrum raſtri. Dicimus & hæc capiſtra, fila, frena, raſtra, porra.

Neutra, in plurali feminina. amygdalum, amygdalæ, & hæc amygdala. amygdalus autem arbor eſt, ſicut hæc amygdala apud Plinium. balneum balneæ, & balnea, cepe hæ cepæ, delicium deliciæ, epulum epulæ, nundinum nundinæ.

Maſculina ſingularia. Aer, æther, ceſtus Veneris, fimus fumus, limus, mundus, muſcus, penus, pontus, puluis, ſal. dicimus & hoc ſal. ſanguis, ſol, veſper, nemo. Inuenies tamen fumos, ſoles, mundos, pulueres, & alia.

aſculina pluralia, antes, ambo, annales, cancelli, cani, carceres, caſſes, cælites, codicilli, faſces, faſti, fori, furfures, inferi, lares, liberi pro filiis, lemures, loculi, maiores, minores, manes, natales pro generis nobilitate, optimates, penates, primates, proceres, poſteri, pugillares, quirites, ſales pro vrbanitate quadam dicendi, ſentes, ſuperi, vepres. Adde etiam Fabii, Locri, Luceres, Quinctilij, Tatiẽſes, & ſimilia. Itẽ multa ludorum, & feſtorum nomina, vt Apollinares, Quinquatres, Circenſes. Legimus & quiritem, & cælitis, & ceteros huius nominis obliquos ſingulares. Item optimatem, procerem, pugillarem, legitur & pugillaria, ab hoc vepre.

Feminina ſingularia. auaritia, amentia, bilis, cholera, caries, diligentia, dementia, eloquẽtia, fama, fames, fides, fuga, gloria, humus, indoles, inſania, iuuenta, iuuentus, labes, lues, lux, memoria, mors, pax, pix, paupertas, parſimonia, penus, pernicies, proles, proſapia, rabies, ſalus, ſanies, ſapientia, ſitis, ſenecta, ſenectus, ſoboles, ſecordia, ſtrues, ſtultitia, tabes, tuſſis, vita, veſpera, vecordia. Inuenies ſapientias, memorias, vitas, labes, luces, paces, mortes, & alia nonnulla.

Feminina pluralia. ambages, antiæ, ædes pro domo, argutiæ, ambę, blanditię, bigæ, Kalendæ, cantes, cunæ, crates, deliciæ, diuitiæ, diræ, excubiæ, exuuiæ, exequiæ, faleræ, facetię, feriæ, fidiculæ pro inſtrumento tortorio, fruges, gades, grates, gratiæ, deæ, idus, indutiæ, inferiæ, inſidiæ, infitiæ, illecebræ, inimicitiæ, lactes, latebræ, litteræ pro epiſtola, manubię, minæ, nonæ, nuptiæ, nugæ; nũdinæ, opes, primitiæ, preces, præſtigiæ, quiſquiliæ, quadrigæ, reliquię, ſeiugæ, ſcalæ, ſcopæ, ſordes, ſuppetię, tenebrę, thermæ, tricæ, valuæ. Ex his multa inuenies in ſingulari, vt ſcala, ſcopa, precis, preci, prece, valua, biga, quadriga, lactis, latebra, blanditia, ambage, gratia, inimicitia, illecebra, legitur etiam nundinum, & trinundinum.

Neutra ſingularia. ador,alec,barathrum, cœnum,crocum,fas,gelu,ir,iuſtitium,lac, lethum,lutum, manna,mane,macellum,mammona,nitrum,nil, nihil,nihilũ,nefas,neceſſe,paſcha,penum,pus,ſalum, ſeniũ, ſpicum,ver,veſper,veſperum,virtus,viſcũ, vulgus. Sunt qui & purem maſculine dicunt,& pura pluraliter. Accedũt ad hæc metallorum nomina, vt aurum, præter æs, & oricalchum, & electrum: Et liquidorum,vt ius,phlegma:Et aridorum humi naſcentium cuiuſcunque generis,quæ ad menſuram pondusue referuntur,vt triticum,far,cicer,piper,milium,fenũ, oriza,orobus:Item herbarum,& fruticum, vt apiũ, petroſelinum,ſanſucum, mentaſtrum, abrotanũ,cuminum, roſmarinum, nepeta, mentha,& id genus alia. Multa tamen leges in plurali, vt aquas,vndas, latices,lymphas,æquora,freta,maria,mella,vina,pocula,ſtagna,fontes,fluuios,flumina,lacunas,lacus,puteos, paludes,acetis, ordea,lentes, frumenta, fabas, melõnes, pepõnes, farra, piſa,lupinos, fraga,rutas, muſta,lolijs.

Neutra pluralia.arma,ambo,artaxata,bactra,carcheſia, caſtra,cythera,ceraunia,crepundia,cunabula, exta, effata,flabra,iuſta,magalia, mapalia, mœnia, palearia, pondo, præcordia,roſtra nauiũ, feria,ſponſalia, teſqua,vinacea. Adde his feſtorum, & ludorum nomina,vt Orgia, Vulcanalia, Floralia, Bacchanalia, Saturnalia,Compitalia,Terminalia,parentalia,Neptunalia,Palilia,& huiuſmodi.

Nominatiuo & vocatiuo ſingulari carent hæc. huius dapis,ditionis,frugis, frondis, feminis,remigis precis,necis,lateris,viſceris,uerberis. Hæc tamen inueniuntur etiam in nominatiuo daps,ſemen,frons,nex, remex.

Quæ ſunt per diuerſos caſus defectiua? Hæc ſpes habet ſpes in tribus caſibus ĩ numero plurali. Iuuenalis. Poſt dãnum temporis, & ſpes deceptas. Expes ab eo

compoſitum,habet nominatiuum, & vocatiuū.Fors & forte tantum dices, vt Fors ſi qua tuliſſet,& forte ſua Libycis.Dices etiam precis,& preci,& prece, Frugi,frugem,&fruge,quæ ſunt triptota ſecundum Priſcianum in ſingulari numero. Sponte monoptotum eſt,vt ſponte ſua,& laterem,inuenitur latere,et lateres apud Plautum,& Satias nominatiuus ſolus,et Flamine pro ſpiritu ablatiuus,& Natu, teſte Seruio, ſic Aſtū,& Prōptu.Præterea inuenies hi aſti,hos &o aſtus:inuenies ſpontis apud Columellam.Lucilius ſatiate dixit. Macte vocatiuus eſt ſolus. interpretatur autem magis aucte.Virgil.Macte puer virtute noua, ſic itur ad aſtra.veteres etiam Mactus & macti dicebant. Vis, inquit Priſcianus, habet omnes caſus in vtroque numero.Ador aptotum eſt propter duas regulas inter ſe contrarias.nam ſi genitiuus eſt adoris, penultima aut longa erit,aut breuis.ſi longa,cum ſit neutrum,debuit corripere,vt æquor,æquŏris, marmor marmŏris.ſi breuis,cum deriuetur ab adoro(vt ſenſit Priſcianus,nam Feſtus ab edendo, vel adurendo dicit deriuatum)debuit producere, vt honor honōris,decor decōris,labor labōris,ab honoro, decoro,laboro:& propterea remanſit indeclinabile.Os habet oris, & ore in ſingulari: in plurali vero tantum ora, & oribus.Os vero oſſis integrum eſt vtrobique. Iupiter quaſi iuuans pater,habet nominatiuum & vocatiuum tantum. Iouis enim, nomen eſt per ſe:& in nominatiuo veteres hic Iouis dicebant. ſimiliter & Dieſpiter,hoc eſt diei pater. Tabi & Tabo,Vicem & vice:cuius pluralis integer eſt, raro vicis inuenies. Ditionem,& ditione,Repetūdarū,& repetūdis, Inficiæ,& inficias,Suppetiæ,& ſuppetias,Dicā &dicas. Cicero vſus eſt dica in Verrinis, Scribitur Heraclio dica,quod Græce ἡ δίκη dicitur.diptota ſunt. Quidā addūt huius ditionis.nōnulli,ab hac ditione tm̄ dn̄t. Interrogatiua,vt quis, vter: relatiua,vt qui,quæ, quod,

dius in Heroidibus,

Quam legis,a rapta Briſeide littera venit. Idem

Iſta Mycenæa littera facta manu. Idem

Numquid vbi aſpecta eſt ſtudioſæ littera dextræ,

Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis?

Aedes in ſingulari ſignificat templum. in plurali & templa,& domum.

Quæ pluriſariam efferunt nominatiuum, & genus cũ voce variant? Hic euentus, & hoc euentum: hic baculus,& hoc baculum:hic ſenſus, & hoc ſenſum: hic punctus,& hoc punctum:hic tignus, & hoc tignum: hic ſinus,& hoc ſinum:hic tapes tapetis,hoc tapete, hoc tapetum:hic ſeſtertius,& hoc ſeſtertium:hic clypeus, & hoc clypeum:hic ſpicus,hæc ſpica,& hoc ſpicum:hic ſanguis, & hoc ſanguen : hæc cryſtallus,& hoc cryſtallum:hic gibbus,hic gibber,& hæc gibba: hic curriculus,& hoc curriculum:hoc ſinapi,& hæc ſinapis : hic tonitrus,& hoc tonitru. Lucanus. Seu tonitrus ac tela Iouis præſaga notauit. hic cornus,hoc cornu,& hoc cornum. Lucanus. Corni tibi cura ſiniſtri. Ouidius. Dextra tenet cornum. Idem. Flexile cornum. hic crater crateris, hæc cratera crateræ: hic panther,pantheris, hæc panthera pantheræ: hic,vel hæc lynx,lyncis, hęc lynca, lyncæ. vnde notandum ab accuſatiuo Græco quinctæ declinationis fieri nominatiuum latinum, vt ἡ κασσὶς, τῆς κασσίδος, τῇ κασσίδι, τὴν κασσίδα, hęc caſſida caſſidæ. ὁ κρατὴρ τοῦ κρατῆρος, τῷ κρατῆρι, τοὶ κρατῆρα, hęc cratera crateræ. & ſunt ſemper generis feminini huiuſmodi nominatiui. quare illud Horatii in ſecundo carminũ, Nec curat Orion leones, aut timidos agitare lyncas, nõ eſt à nominatiuo lynca, vt putauit Priſcianus, ſed eſt accuſatiuus Gręcus à nominatiuo lynx, ſic vt apud Vir. Crateras magnos ſtatuũt, et vina coronãt. crateras hic non eſt a nominatiuo cratera, ſed a nominatiuo ὁ κρατὴρ, hic crater. ſolent enim huiuſmodi nomina, ſi a

maſculinis deducuntur, mutare genus, vt ὁ δεκάπους, τοῦ δεκάποδος, τῷ δεκάποδι, τὸν δεκάποδα, hæc decempeda, decempedæ. ὁ αἰθήρ, τοῦ αἰθέρος, τῷ αἰθέρι, τὸν αἰθέρα, hæc æthera, ætheræ. ὁ πανθὴρ τοῦ πανθῆρος, τῷ πανθῆρι, τὸν πανθῆρα, hæc panthera pantheræ.

Quæ nomina variantur in nominatiuo, & ſeruant genus? Hæc caſſis & caſſida, apes, & apis, plebs, & plebes, ſcobs, & ſcobis, hic adeps & adipes, hęc ſtips & ſtipis, hic cometa & cometes, gobio & gobius, puluis & puluer, cucumis, & cucumer, cinis & ciner, vomis & vomer, pubis & puber, labor & labos, honor, & honos, odor & odos, arbor & arbos, vapor & vapos, clamor, & clamos, hoc genu & genus. Cicero in Arato. Ac propter leuum genus omni ex parte locatas Paruas vergilias tenui cum luce videbis. genus pro genu. Item hoc gelū & hoc gelum, hic Euādrus & Euāder, Leandrus & Leander, gongrus & gonger, iber iberis, & iberus iberi, hic Oedipus Oedipodis, & Oedipi, & Oedipodes, Oedipodæ. Terent. Dauus ſum, non Oedipus. Plautus. Oedipo coniectore opus eſt. Stat. Theb primo. Oedipodæ cōfuſa domus. hic Phorcyn & Phorcys, Eleuſin & Eleuſis, trachin, & trachis, arin, & aris, Arabs & Arabus, elephas & elephantus, delphin & delphinis, & delphinus. Vnde notandum a genitiuo Græco fieri nominatiuum Latinum, mutatione os in us, ut τιτὰν τιτᾶνος, hic Titan & Titanus. ſimiliter ἀπὸ τοῦ ἄβακος, hic abacus. ἀπὸ τοῦ ἐλέφαντος, hic elephantus: Item quæ apud Græcos in ρος deſinunt in nominatiuo, antecedente alia in eadem ſyllaba conſonante, mutare ρος in er apud Latinos, vt ὁ ἀλέξανδρος, hic Alexander: & in us, & in er aliquando, vt τεῦκρος, Teucer, & Teucrus, & quæ ſupra diximus.

Quæ ſunt confuſa in nominatiuo? Os oris, & oſſis, frōs frōtis, & frōdis, lens lentis, & lendis, glis glitis, gliris, & gliſſis, pecus pecudis, & pecoris, vas vaſis,

& vadis,& fides fidis,& fidei,caſſis caſſidis, & caſſis:
& multa huiuſmodi.

Quæ ſunt diuerſi generis? Hic penus, & hoc penus quartæ,& hoc Penus penoris,& hoc Penum peni: dicimus etiam hæc penus,& hoc penu. Lucilius. Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit. Terentius.Omnem penum congerebam clanculum. Plautus.Niſi mihi annuus penus hic ab amatoribus congeratur, cras populo proſtituam vos o puellæ, & hoc ſal,hic,& hæc,& hoc ſpecus:dicimus etiam ſpecum ſpeci,& ſpecu. hic,& hæc retis,& hoc rete. hic malus pro arbore nauis,& hæc malus, hic caſſis, & hæc caſſis,hic vel hoc ſexus,hic, vel hæc ſilex, finis, talpa,bubo,pāthera,ſerpens,grus,margo,dies,aluus, clūis,adeps,cortex,lynx,dama,turtur,ſardonix,pampinus,hic, vel hoc vulgus,guttur,iubar,& multa huiuſmodi.ſed a multis horum abſtinendum eſt,atque adhærendum frequentiori auctorum vſui.

Quæ ſunt quæ uariant declinationem? Deſinentia in a tertiæ declinationis,quæ datiuum,& ablatiuum pluralis numeri frequentius in is, quam in bus mittunt, vt hoc problema,cataplaſma,ænigma, his, & ab his problematis,cataplaſmatis,ænigmatis quæ aliqui volunt potius deriuari a nominibus hoc problematum, cataplaſmatum,ænigmatum,vt ſupra dictum eſt. Itē Vulcanalia,Saturnalia,& huiuſmodi in a feſtorū nomina genitiuum tam ſecundum formā ſecundæ, quā tertiæ declinationis habent,datiuum vero, & ablatiuum tertiæ duntaxat: vt horum Saturnalium, & Saturnaliorum,his,& ab his Saturnalibus,non etiam Saturnaliis.& ſic de ſimilibus. Iugerum in ſingulari ſecundæ eſt declinationis,in plurali vero tertiæ. Iuuen. Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Dicitur tamen & hoc iug⁹ iugeris. Tibullus. Vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Priſcianus etiam hæc iugera iugerorum dici exiſtimat, cum horum iugerum

pro iugerorum exponit. Impetus, dies, & nox faciunt ablatiuum ſingularē, & in u, & in e, vt impetu, & impete, die, & diu, nocte, & noctu. Oui. Impete nunc vano, pro impetu dixit tertio Metamorphoſeon. Priſcianus tamen & impes impetis ab impeto declinat, ſicut indiges indigetis, ab indigeo. Vas vaſis in ſingulari tertiæ, in plurali vero ſecundæ eſt declinationis, vt vaſa vaſorum vaſis. Cæſar lib. III. Commentariorū de bello ciuili. Et noctu neque cōclamatis vaſis flumen tranſit. Legimus etiam hoc vaſum apud Gelliū. dicit enim. Neque mihi ædificatio, neque vaſum, neque veſtimentum vllum eſt in manu precioſum, neque precioſus ſeruus, neque ancilla. Hic acer aceris teſte Seruio: quod tamen Priſcianus improbat. ait enim declinandum acer aceris, quod & verum, quoniam nulla dictio feminini generis in er deſinens, ſecundæ eſt declinationis, & ſciendum, quod, quando adiectiuum eſt, declinatur etiam acer, acra, acrum, teſtibus Capro, & Probo: & hic acer, hæc acris, & hoc acre: & hic, & hæc acris, & hoc acre, Priſciano auctore. ſic & alacer, & celeber, & equeſter, & pedeſter, & ſaluber, & campeſter declinantur, eodē Priſciano auctore. Antiqui etiā hic, & hæc acer, & hic, & hæc alacer declinabāt. Item dicimus ſequeſtre, ſequeſtri, & ſequeſtris & hæc ſequeſtra. Virgilius Et pace ſequeſtra.

Sunt præterea nonnulla adiectiua, quæ & ſecundæ, & tertiæ ſunt declinationis. Sincerus, ſincera, ſincerum: & hic, & hæc ſinceris, & hoc ſincere. Similiter inermus, & inermis, eneruus, & eneruis, biiugus, & biiugis, hilarus, & hilaris, imbecillus, & imbecillis, effrenus, & effrenis, magnanimus, & magnanimis, exanimus & exanimis, puſillanimus, & puſillanimis, vnanimus, & vnanimis, & ſimilia ab animo ſic cōpoſita. Limus, & limis, ſublimus, & ſublimis, accliuus & accliuis, procliuus, & procliuis inſomnus, & inſomnis: & pauca huiuſmodi. nec dicas etiam incolumus,

Sunt item aliqua ſecundæ,& quartæ declinationis com munia,vt hæc laurus,huius laurus,& lauri.quercus, pinus , cornus , colus , lacus , penus , domus , quod nomen cum quarti ordinis eſt,habet omnes caſus in vtroque numero,præter ablatiuum ſingularem: cum vero ſecundi,omnes item caſus habet,præter vocatiuum ſingularem,& datiuum,& ablatiuum plurales. declinatur etiam hæc domus, huius domuis, ſicuti hæc anus,huius anuis,quemadmodum ſupra,cum de genitiuo quartæ declinationis ſcriberemus, abunde tractauimus. Adde iſtis ficus,huius ficus,& fici,de cuius declinatione , & genere magna eſt controuerſia apud Grammaticos.qua propter quod ipſe de ficu ſententiam,quam breuiſſime potero,declarabo.

Ficus cum ſecundæ eſt declinationis , & maſculini generis eſt,& feminini:cum vero quartæ,feminini dumtaxat.nam maſculini generis in quarta,nondum legi niſi apud Priſcianum.Quando eſt generis maſculini & fructum ſignificat,& vitium corporis:cum vero feminini,cuiuſcunque ſit declinationis , tam arborem ſignificat,quam fructum.

Sed quod dicimus , oſtendemus exemplis approbatorum virorum.Plinius lib.XVI.naturalis hiſtoriæ, In ficis mirabiles ſunt & abortus,qui numquam matureſcunt,Varro in libro de re ruſtica.Fici, quem edimus granum,Lucilius(vt recitat Nonius Marc.)Sicuti cũ primos ficos propalam recentes protulit , pretio ingenti dat primitus paucos. ecce pro fructu ſecundæ declinationis eſt,& maſculini generis.Columella libro vltimo pro fructu in genere feminino protulit,cũ dixit:Alij pinguiſſimam quãque viridem ficorum eligunt,&arundine,vel digitis diuiſam dilitant.ſic etiã Macrobius libro tertio Saturnalium.ait enim. Admonent nos & fici aridæ . Cicero in Attico . Ex tantulo grano fici. Horatius. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi.Sed in his non poteſt cognoſci, maſculi-

ne,an feminine pronuncietur.Plinius lib. xvi. naturalis hiſtoriæ. Præſtantiores ficorum omnium frigidiſſimæ:pro fructu vero quartæ declinationis vſus eſt Seneca in ſecundo libro diuiſionum,vt ficus non eſſet,niſi mariſcam. Et Suetonius in vita Auguſti.Sic& piſciculos minutos & caſeum bubalum manu preſſũ, & ficus virides biferas maxime appetebat:pro arbore in ſecunda declinatione,Plinius libro xvi. Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putãt, quod coarguunt fici,quarum radices longiſſimæ ſunt & ſenectus ociſſima. Iuuen. Ad quæ diſcutienda valent ſterilis mala robora fici:pro arbore & quartæ declinationis, Cicero in dialogo de oratore. Vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu:pro morbo autem in genere maſculino & ſecunda declinatione videtur accepiſſe Martialis in illo epigrammate.

Cum dixi ficus, rides quaſi barbara verba.
Et dici ficos Cęciliane iubes.
Dicemus ficus,quas ſcimus in arbore naſci.
Dicemus ficos Cæciliane tuos.

Priſcianus tamen in vltimo verſiculo,quartæ declinationis eſſe ficum putat:quod non placet inauditum enim eſt,vt & Laurentius Valla diſſerit in elegantiis, ficum quartæ declinationis,& maſculini generis.nam quis crediderit,negare Martialem ficum pro fructu eſſe generis feminini,& ſecundæ declinationis? Præterea non ſatis intelligitur,pro morbo ne,an pro fructu Martialis acceperit. quandoquidem poteſt etiam ſic intelligi:Quia dixi o Cæciliane has ficus,tu rides ac ſic ſolœciſmum fecerim,& ficos dicendum iubes. ſed dicere poſſumus & has ficus ſicuti ego protuli,& tuos ficos,ſicut tu iubes.tuos dixit,quoniam Cæcilianus ficos tantum dici iubebat.ſimul etiam iocãdo notat Cæcilianum tamquam ficoſum.Et ſciendum ficũ nõ podicis vitiũ eſſe peculiare, ſed capitis. vnde Paulus Aegineta, φύεται δὲ ταῦτα (ideſt τὰ σῦκα) τὸ μὲν

πλεῖστον ἐν κεφαλῇ:hoc eſt,naſcuntur hæ plerunque in capite.nam nemo veterum anum, & podicem a fico infeſtari ſcribit: apud iuniores tamen legitur. Iuvenalis.

Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

Martialis.

Ficoſa eſt vxor,ficoſus & ipſe maritus,
Filia ficoſa eſt,& gener,atque ſocer.
Nec diſpenſator,nec villicus vlcere turpi,
Nec rigidus foſſor,ſed nec arator eget.
Cum ſint ficoſi pariter iuuenesq; ſenesq;,
Res mira eſt,ficos non habet vnus ager.

Idem alibi.

Vt pueros emeret,Labienus vendidit hortos.
Nil,niſi ficetum nunc Labienus habent.

Quod etiam Celſus confirmat his verbis. In ſede vlcus ſimile fungo naſci ſolere, quod vel cærato tollitur,vel medicamentis vehemẽtioribus,vel ferro adurendum eſt,quẽ fungum medici quidã putant eũ eſſe quẽ iuniores ficũ appellauere:ſed de ficu hactenus. Illud tamen non præterierim,ficum pro arbore in maſculino genere inueniri apud Catonem C.VIII.

Quæ nomnia ſunt primæ & tertiæ declinationis? Nonnulla propria, quæ formam habent patronymicorum Priſciano teſte,vt Thucydides, huius Thucydidæ,& Thucydidis:Tigranes, huius Tigranæ, & Tigranis:Timarchides,huiusTimarchidæ,& Tymarchidis:Herodes,huius Herodæ,& Herodis:Orontes, huius Orontæ, & Orontis: Xerxes, huius Xerxæ, & Xerxis: Hippoclides,huiusHippoclidæ,&Hippoclidis,& huiuſmodi:quæ apud Græcos primæ tantũ ſũt declinationis. θουκυδίδης θουκυδίδου, τιγράνης τιγράνου, τιμαρχίδης τιμαρχίδου, ἡρώδης ἡρώδου ὀρόντης ὀρόντου ξέρξης ξέρξου, ἱπποκλείδης ἱπποκλείδου.

Quæ genitiuum in tis, & in is, ſine t mittunt? Quæ in τος terminant genitiuum Græcum, vt Priſcianus

ait, vt χρέμης, χρέμητος. Chremes, Chremetis, & Chremis, μένδης μένδητος, mēdes, mēdetis, & mendis. ῥάμνης, ῥάμνητος, Rhamnes, Rhānetis, & Rhamnis, λάχης, λάχητος, Laches, Lachetis, & Lachis. Nec mirum, cum apud Græcos quoque multa inueniuntur huiuſmodi ancipitē habētia declinationem, vt γύγης, γύγου, & γύγητος, κώμης κώμου, & κώμητος, μήκης, μήκου, & μήκητος, θάλης, θάλου, & θάλητος, δάρης, δάρου, & δάρητος, πόλης, πόλου, & πόλητος. vnde Vir.. duplicē accuſatiuū protulit hunc Dareta, & Daren, δάρητος, καὶ δάρην.

In quot declinationibus vtimur Græcorum nominum caſibus? In tribus: in prima, ſecunda, & tertia. nam in quarta, & quinćta non memini unquam legere.

Quibus caſibus vtimur in prima declinatione? Nominatiuo, genitiuo, accuſatiuo, vocatiuo ſingularibus. nominatiuo in as vt, hic Aeneas: in a, vt hæc Hypermneſtra. in es, vt hic Anchiſes: in e, vt hæc Libye: quæ paſſim leges. Vir. Sum pius Aeneas. Idem. Et pater Anchiſes. Ouidius. Mittit Hypermneſtra. Idem. Hāc tua Penelope. Genitiuo in es, vt huius Libyes. Lucanus. Finibus extremis Libyes vbi feruida tellus. Accuſatiuo in an, vt hunc Aenean, hanc Aeginan. Vir. Aenean, alacris palmas vtraſque tetendit. Statius. Nanque ferunt raptam patriis Aeginan ab vndis. Ouidius. Neſcio quam dicunt Iphigenian iter. & in en: vt hunc Laerten, hunc Daren, hanc Helenen. Ouid. Reſpice Laerten, vt iam ſua lumina claudas. Vir. Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto. Idē. Aut Atho aut Rhodopen. Ouidius. Redde Parin nobis, Helenē Menelaus habebit. Idē Dindymon, & Cybelen, & amœnā fontib⁹ Iden. Vocatiuo in a, a nominatiuo in as, abiećtione s κοινῶς, vt hic Aeneas, o Aenea. Virg. Vigilas ne deum gens Aenea? in e, vt hic Anchiſes o Anchiſe, hic Vlyſſes, o Vlyſſe, Achilles, o Achille. Virgil. Coniugio Anchiſe Veneris dignate ſuperbo. Ouid. Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſe.

ſe. Idem. Pugnas ne reddar Achille. Idem. Nos te poteremur Achille.

Achilles, & Vlyſſes nonne ſunt declinationis tertiæ? Non, cum in e vocatiuum emittunt, ſed primæ potius, vt Anchiſes, Laertes. veniunt enim a Græcis in εὺς, mutatione εὺς in ης per ἦτα, vt Ἀχιλλεύς, Ἀχίλλης Ὀδυσσεύς, Ὀδύσσης. qua in re ſequuntur Dores, qui pro Ὀρφεὺς, Ὀρφῆς pro Τυδεὺς, Τυδῆς dicunt: quorum vocatiuus κοινῶς eſt ὦ Ἀχίλλη, ὦ Ὀρφῆ, ὦ Τιδίδη, ſicut. ὦ Ἀγχίση, ὦ Λαέρτη. Vnde nos o Achille, o Vlyſſe dicimus.

Quibus caſibus vtimur in ſecunda declinatione? Nominatiuo, genitiuo, datiuo, accuſatiuo, & vocatiuo, ſingularibus: nominatiuo, genitiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus. Nominatiuo ſingulari in εὺς, in ως longum ἀττικῶς, in ος breue, in ον, vt hic Orpheus hic Athos, hæc Ilios, hoc Ilion. Virgilius. Orpheus in ſiluis, inter delphinas Orion. Iuuenalis. Velificatus Athos. Ouid. Ilios, & murus quod fuit ante ſolum. quod quidam legunt Ilion, vt ſit quale eſt Præneſte ſub ipſa, & in Eunuchum ſuam, & Centauro vehitur magna. Genitiuo in os, vt huius Theſeos, huius Tereos. in o, vt huius Nicoleo, huius Androgeo. Martialis. Flet Philomela nefas inceſti Tereos. Virgil. In foribus lethum Androgeo. Datiuo in ει per ει diphthongum vt huic Orphei. Virgi. Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. etſi Priſcianus dicit. Cum ſit datiuus Græcus, pro ει diphthongo, i longam habuit more ſcripturæ noſtræ. Accuſatiuo in on, in o magnum, in a, vt hunc Dindymon, hanc Pylon, hunc Atho, hunc Theſea, hunc Ilionea. Ouid. Dindymon & Cybelen. Idem. Nos Pylon antiqui neleia Neſtoris arua. Virg. Aut Atho, aut Rhodopen. Oui. Theſea deuoui. Virgil. Et amicum Cretea muſis Cretea muſarum comitem. Idem. Ilionea petit dextra.

Quare huiuſmodi accuſatiuos in a penultima mo-

do correpta, modo producta poetæ noſtri protulerũt? quia hoc & Græci faciunt. nam in εύς deſinentia accuſatiuos κοινῶς per εα faciunt, ἰωνικῶς δὲ per ηα, vt ὁ θησεύς, τὸν θησέα κοινῶς καὶ τὸν θησῆα ἰωνικῶς. ſimiliter τὸν Ἀχιλλέα, καὶ Ἀχιλλῆα, τὸν Ἰλιονέα καὶ Ἰλιονῆα.

Quare hic Athos facit hunc Atho, & non hunc Athon? vt cetera apud Græcos in ως, vt ὁ μενέλεως τὸν μενέλεων. Quia quatuor annotantur apud illos accuſatiui abſque ν, τὸν ἄθω, τὴν κῶ, τὴν τέω, τὸν λαγώ. ſic enim Theodorus Gaza in ſecundo τῶν εἰς τέσσαρα. σεσημειώσθω ἐπὶ τῶν τεταρτοκλίτων ἄθω, κῶ, τέω, λαγὼ ἀτιατικολογούμενα ἄνευ τοῦ ν ἀττικῶς. Genitiuo plurali in on per o magnum, vt horum Bucolicon, Georgicon, Grammaticon, Rhetoricon, cum circumflexo in fine. Nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo pluralibus in a, vt hæc Bucolica, Rhetorica, Grammatica & ſimilia.

Quibus caſibus vtimur tertiæ declinationis? Omnibus, tam ſingularis, quam pluralis numeri: præter datiuũ pluralem. Nominatiuo ſingulari in a, vt poema: in o, per o magnum, vt Dido: in an, vt Titan: in in, vt delphin: in on, vt Corydon: in ar, vt epar: in yr, vt martyr: in or, vt Neſtor: in as, vt Arcas: in is, vt poeſis: in ys, vt Erinnys. in os, per o magnum, vt heros: in o, per o paruum, vt epos: in us per ου, vt Oedipus: in ax, vt thorax: in yx, vt ſtyx, in abs, vt Arabs: in ops, vt Cyclops. exẽpla, qui volet, ipſe ſibi inueniat. Genitiuo ſingulari in os, in us, vt huius Aeneidos, huius Sapphus. Ouid. Attamen ille tuæ felix Aeneidos auctor. Idẽ. Auctoris nomina Sapphus. Virgil. Fatidicę Mantus. Datiuo in i, vt huic Palladi. Stati⁹. Palladi littoreæ. Accuſatiuo in a. Virg. Phyllida mitte mihi: in o. Oui. Miſeramq; relinquere Dido. Idem. Spectabat ad Io, Ante oculos Io, quãuis auerſus habebat: in in. Martialis. Tu licet & noſtrũ dixit Alexin ames. Vocatiuo in i. Vir.

Te

Te Corydon o Alexi.Ouid. Tu pari ſemper ama. Item quot modis definit nominatiuus. Nominatiuo plurali in es.Virgil.Soli cantare periti Arcades. Genitiuo plurali in on.Martialis. Argutis epigrammaton libellis.Nominatiuo,accuſatiuo,& vocatiuo pluralibus in a.Iuuenalis.Stemmata quid faciunt? Accuſatiuo plurali in as.Virg.permiſtos Heroas,& ipſe videbitur illis.Idem.Pleiadas,hyadas.in as,vt alpas, Syrtas.Virg.Sæuiſq; vadis immittite ſyrtas.

Licetne nomina in o, vt Dido,Sappho,Latine declinare,vt Iuno? Licet ſecundum Priſcianum, qui antiquos huiuſmodi declinatione vſos oſtendit. Actius, Cuſtodem aſſiduum Ioni appoſuit.Ennius. Pœnos Didone oriundos.Plautus.Vidit Argum, quem quõdam Ioni Iuno cuſtodem appoſuit.Qua ratione declinandi etiam C. Cæſar ſecutus antiquos vſus eſt, quod indicat tetraſtichon hoc in Romulo.

Vatibus Auſoniis Tyriam dat Græcia Dido.
Fecit Didonem Romula vox Taciti.
At Calypſonem Latiis das inclyte Cæſar,
Quodq; decor patitur Quinctiliane iubes.

Sed errant, ait Foca grammaticus, qui Didonis, aut Mantonis genitiuum dicunt,cum & vocis aſperitas, & veterum auctoritas huiuſmodi declinationem repudiet.nam translata in Latinam linguam,nihilominus Græce declinantur,ſic Dido,didois,didoi,didoem,didoe.Idem ſentire videtur Quinctil. his verbis.Nunc recentiores inſtituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare. quod tamen ipſum non ſemper fieri poteſt.mihi autem placet Latinam rationem ſequi,quouſque Patitur decor. neq; enim iam Calypſonem dixerim,vt Iunonem.

DE PRONOMINE.

QVid eſt pronomen? Pars orationis declinabilis, quæ pro vniuſcuiuſque nomine accipitur, perſonasq; finitas recipit.

Quare dicitur pronomen? Quia pro nomine, hoc eſt loco nominis ponitur, ſicut proconſul, quia loco conſulis: & proprætor quia prætoris loco funguntur, appellati ſunt.

Pronomini quot accidũt? Sex, Species, genus, numerus, figura, perſona, & caſus.

Quot ſunt pronomina de quibus nulla dubitatio eſt apud Latinos? Quindecim, Ego tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, & is, meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter, noſtras, et veſtras.

Quot ſunt ſpecies pronominum? Duæ, primitiua, vt ego: deriuatiua, vt meus.

Quot ſunt primitiua? Octo, Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, & is.

Quot ex primitiuis pronominibus ſunt tantum demonſtratiua? Quattuor, Ego, tu, hic, & iſte.

Quot ſunt tantum relatiua? Tria. Quæ? ſui, is, & ipſe.

Quot ſunt modo demonſtratiua, modo relatiua? Vnũ, ille.

Quot ſunt deriuatiua pronomina? Septem, Meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter, noſtras, & veſtras.

Vnde deriuantur? A genitiuis primitiuorũ, ego, tu, ſui.

Quomodo? A genitiuo mei, meus: a genitiuo tui, tuus, a genitiuo ſui, ſuus: a genitiuo noſtrum, vel noſtri, noſter, & noſtras: a genitiuo veſtrum, vel veſtri, veſter, & veſtras.

Quot ex deriuatiuis ſunt poſſeſſiua? Quinque, Quæ? Meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter.

Quot ſunt gentilia, ſeu patria? Duo. Quæ? Noſtras, & veſtras.

Quot ſunt genera pronominum? Quinque. Quæ? Maſculinum,vt meus:femininum,vt mea: neutrum, vt meum:commune duum generum, vt hic, & hæc noſtras,& veſtras:commune trium generum,vt ego tu,ſui.

Quot ſunt numeri pronominum?Duo. Qui? Singularis,vt ego:pluralis,vt nos.

Quot ſunt figuræ pronominum? Duæ tantum. Quæ Simplex,vt ego,is:compoſita,vt egomet,idem.

Quot ſunt pronomina, quæ per nominatiuos componuntur?Duo ſecum,iſte, & hic:vt iſtic,iſtæc,iſtoc:in quibus, quia non ponitur aſpiratio, ſunt qui magis metaplaſmum,quam compoſitionem putent. vnũ is, cum aduerbio demum,vt idem,quod eſt is demum, hoc eſt is iterum. Iſte,& hic componuntur ne per omnes caſus?Minime,ſed per eos tantum,qui in c deſinunt,præter datiuum huic.

Cum quot orationis partibus pronomina componuntur? Cum tribus, cum nominibus, vt huiuſmodi: cum aduerbiis,vt eccum eccam,eccos,eccas,ellum ellam,ellos ellas,pro ecce eum eam,eos eas, illum illã, illos illas:cum præpoſitione,vt mecum, tecum,ſecũ, nobiſcum,& vobiſcum.ſed in his potius eſt prępoſitio cum pronomine per anaſtrophen, vt in quicum, pro cũ quo:quibuſcum,pro cum quibus.

Quot ſunt ſyllabicæ adiectiones? Quattuor. Quæ? Met,te,ce,pte.

Met quibus adiungitur? Omnibus caſibus vtriuſque numeri tam primæ quam ſecũdæ perſonæ,præter tu, ne verbum putetur tumet:pro quo tute,&tutemet dicimus,vt egomet,id eſt ego,& non alius:tutemet, id eſt,tu ipſe per te,& non per alium.

Te quibus adiungitur?Tu & te:vt tute & tete,ſicut meme,ſeſe.

Ce quibus adiungitur?Pronomini,hic, hæc, hoc, apud antiquos per omnes caſus. vt hicce, hæcce, hocce,

apud neotericos vero per eos tantum qui in s litteris deſinunt, vt huiuſce, hiſce, hoſce, haſce, nec nō his genitiuis, iſtius, illius, vt iſtiuſce, illiuſce. Antiqui etiā illicce pro illic proferebant, illucce, iſtucce. Terentius. Illanccine mulierem dixit.

Pte quibus adiungitur? Quinque ablatiuis, mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra: vt meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, & veſtrapte.

Quot ſunt perſonæ pronominum? Tres. Quæ? Prima, vt ego: ſecunda, vt tu: tertia, vt ille.

Quot ſunt caſus pronominum? Sex. Qui? Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, vocatiuus, ablatiuus.

Quot pronomina habent vocatiuum caſum? Quattuor. Quæ hoc diſticho connumerantur.

Tu, meus, & noſter, noſtras, pronomina, quinctum
Quattuor admittunt: cetera cuncta carent.

Quare vocatiuo carent cetera pronomina? Quia ſermo ad ea non dirigitur.

Quot ſunt declinationes, ſeu modi pronominum? Quattuor. Primus in i, vel in is: ſecundus in ius: tertius in i, & in æ, & in i, quartus in is tantum.

INTERROGATIONES DE PRONOMINE.

Ego quæ pars orationis eſt? Pronomen. Quare? Quia ponitur loco proprii nominis, & certam ſignificat perſonam.

Poniturne ſemper pronomē loco nominis proprii? Maxime. Ergo cum dicimus, ego magiſter, tu diſcipulus, nonne ponuntur loco appellatiuorum nominū, magiſtri ſcilicet, & diſcipuli, quæ ſunt appellatiua? Non. Quoniam omne appellatiuum nomen tranſit in proprium iūctum pronomini, vt meus liber, tuus filius, ille homo.

Ego cuius ſpeciei? Primitiuæ. Quare? Quia a nullo deriuatur.

Meus cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Quare? Quia deriuatur a genitiuo mei.

Ego cuius generis? Communis triū generum. Quare? Quia ſic eſt ſicut cui adhæret, vt ego Aldus, ego Maria, ego mancipium.

Meus cuius generis? maſculini. Mea? feminini. Meum? neutri. Quare? Quia prima vox pronominis eſt generis maſculini, ſecunda feminini, tertia neutri.

Noſtras cuius generis? Communis duum generum. Quare? quia præponuntur ei in declinatione duo articularia pronomina hic, & hæc.

Ego cuius numeri? Singularis. Quare? quia ſingulariter profertur.

Nos cuius numeri? Pluralis. Quare? quia pluraliter profertur.

Ego cuius perſonæ? primæ. Tu? ſecundæ. Ille? tertiæ. Quare? quia omnia nomina, & pronomina ſunt tertiæ perſonæ, exceptis ego quod eſt primæ, & tu ſecundæ, & vocatiuis caſibus, qui ſunt ſemper perſonæ ſecundæ.

Ego cuius caſus? Nominatiui. Quare? quia in eo caſu declinando reperitur.

Ego cuius modi pronominis? Primi. Quare? quia eius genitiuus ſingularis in i, vel in is, & datiuus in i, deſinit, vt ego, mei, vel mis, mihi: tu, tui, vel tis, tibi: ſui, ſibi.

Quare ſui non habet in nominatiuo ſi, & in genitiuo ſis? Cauſſa differentiæ ſi coniunctionis, & ſis verbi.

Quot ſunt pronomina primi modi? Tria, Ego, tu, ſui. quæ ſic declinantur.

S. N. ego. G. mei, vel mis. D. mihi. A. me. A. a me. Pluraliter nominatiuo nos. G. noſtrum, vel noſtri. D. nobis. A. nos. A. a nobis.

S. N. tu. G. tui, vel tis. D. tibi. A. te. V. o tu. A. a te. P. N. vos. G. veſtrum, vel veſtri. D. vobis. A. vos. V. o vos. A. a vobis.

S.G.ſui.D.ſibi.A.ſe.A.a ſe.P.G.ſui. D. ſibi. Accuſatiuo ſe.A.a ſe.

Ille cuius modi pronominis?Secundi.Quare?quia eius genitiuus ſingularis in ius, & datiuus in i deſinit,vt ille,illius,illi:ipſe,ipſius, ipſi:iſte, iſtius,iſti:is,eius, ei:hic,huius,huic.

Quare hic non facit in datiuo hui ſine c? Ad differentiam hui interiectionis.

Quot ſunt pronomina ſecundi modi?Quinque. quæ? Ille,ipſe,iſte, hic, & is:quorum genitiuus deſinit in ius,& datiuus in i.ſic etiam octo nomina declinantur,quæ ſunt vnus,totus,ſolus,alius,alter,vllus,vter, quis,vel qui,cum ſuis compoſitis:quorum vnus, totus,ſolus,habent vocatiuum. Quæ nomina,& pronomina ſic declinantur.

S.N.Ille,illa,illud.G.illius.D.illi.A. illum, illam,illud. A.ab illo,ab illa,ab illo.P.N.illi,illæ,illa.G.illorũ,illarum,illorum.D.illis.A.illos,illas,illa.A.ab illis.

S.N.ipſe,ipſa,ipſum.G.ipſius.D. ipſi. A. ipſum,ipſam, ipſum.A.ab ipſo,ab ipſa,ab ipſo.P.N.ipſi,ipſę, ipſa. G.ipſorum,ipſarum,ipſorum D.ipſis.A.ipſos,ipſas, ipſa.A.ab ipſis.

S.N. iſte, iſta,iſtud. G. iſtius. D. iſti. A.iſtum, iſtam, iſtud. A. ab iſto,ab iſta,ab iſto.P.N. iſti,iſtæ,iſta.G. iſtorũ,iſtarum,iſtorum. D.iſtis.A.iſtos, iſtas,iſta. A, ab iſtis.

S.N.hic,hæc,hoc.G.huius. D. huic.A. hunc,hanc,hoc, A.ab hoc,ab hac,ab hoc.P.N.hi,hæ,hæc.G. horum, harum,horum.D.his.A.hos,has,hæc.Ab his.

S.N.is,ea,id.G.eius.D.ei. A.eum,eam, id.A.ab eo,ab ea,ab eo.P.N.ii per geminum i,ſine aſpiratione, eæ, ea.G.eorum,earum,eorum.D.eis,vel iis. A.eos,eas, ea.A.ab eis,vel iis.

Quare ipſe non facit in neutro genere ipſud,ſicut iſte, iſtud,& ille, illud?Quia apud antiquos declinabať ipſus,ipſa,ipſum, mutata eſt prima vox, & remãſit

tertia. quanquam Priſcianus lib. 14. id non probat.
S.N. idem eadem idem. G. eiuſdem. D. eidem. A. eundem, eandem, idem. A. ab eodem, eadem, eodem. P. N iidem, eędem, eadem. G eorundem, earundem, eorundem. D. eiſdem, vel iiſdem. A. eoſdem, eaſdem, eadem. A. ab eiſdem, vel iiſdem. Et nota idē maſculinū producere primam, idem vero neutrum corripere.
S.N. vnus, vna, vnum. G. vnius. D. vni. A. vnum, vnam, vnum. V. o vne, o vna, o vnum. A. ab vno, ab vna, ab vno. P. N. vni, vnæ, vna. G. vnorum, vnarum, vnorū. D. vnis. A. vnos, vnas, vna. V. o vni, o vnæ, o vna. A. ab vnis.
S.N. totus, tota, totum. G. totius. D. toti.
S.N. ſolus, ſola, ſolum. G. ſolius. D. ſoli.
S.N. alius, alia, aliud. G. alius. D. alii.
S.N. alter, altera, alterum. G. alterius. D. alteri.
S.N. vllus, vlla, vllum. G. vllius. D. vlli.
S.N. vter, vtra, vtrum. G. vtrius. D. vtri. cetera declina vt bonus, bona, bonum.
S.N. quis, vel qui, quæ, quod, vel quid. G. cuius. D. cui. A. quem, quam, quod, vel quid. A. a quo, vel a qui, a qua, vel a qui, a quo, vel a qui. P. N. qui, quę, quę. G. quorum, quarum, quorū. D. quis, vel quibus. A. quos, quas, quæ. A. a quis, vel a quibus.
S.N. alteruter, alterutra, alterutrum. G. alterutrius. D. alterutri. A. alterutrum, alterutram, alterutrum. A. ab alterutro, alterutra, alterutro. P. N. alterutri, alterutræ, alterutra. G. alterutrorū, alterutrarum, alterutrorum. D. alterutris. A. alterutros, alterutras, alterutra. A. ab alterutris. Et ſignificat alterutrum ex duobus. Cicero pro Marco Marcello. Quod ſi in alterutro peccandum ſit, malim ego timidus, quam parum prudens videri. Valerius. Quia neceſſe eſſet eos alterutro facto crimine temeritatis, aut periurii teneri. Quare non dixiſti altera vtra, alterum vtrum. G. alterius vtrius? Quia ex parte tantum exteriore inflecti

tur: etſi quæ ex duobus rectis componuntur, ex vtraque parte inflecti debeant.

S.N. vterque, vtraque, vtrunque. G. vtriuſque. D. vtriq;. A. vtrunque, vtranque, vtrunque. A. ab vtroque, vtraque, vtroque. P. vtrique, vtræque, vtraque. G. vtrorunque, vtrarunque, vtrorunque. D. vtriſq;. A. vtroſque, vtraſque, vtraque. A. ab vtriſque.

A QVIS ET QVI COMPOSITA.

Quæ cum quis, vel qui poſſunt componier, hæc ſunt.
Si, que, putas, ali, quam, nam, ne, nun, enque, piáque,
Necnon quis cum qui poteris componere: ſed dam,
Vis que, & cunque, libet, quis recto adiungere debes.

S.N. ſiquis, ſiqua, ſiquod, vel ſiquid. G. ſicuius. D. ſicui. A. ſiquem, ſiquam, ſiquod, vel ſiquid. A. a ſiquo, a ſiqua, a ſiquo. P.N. Siqui, ſiquæ, ſiqua. G. ſiquorum, ſiquarum, ſiquorum. D. ſiquibus. A. ſiquos, ſiquas, ſiqua. A. a ſiquibus.

S.N. quiſque, quæque, quodque, vel quidque. G. cuiuſq;. D. cuique. A. quenque, quanque, quodque, vel quidque. A. a quoque, a quaque, a quoque. P.N. quique, quæque, quæque. G. quorunque, quarunque, quorunque. D. quibuſque. A. quoſque, quaſque, quæque. A. a quibuſque.

S.N. quiſputas, quæputas, quodputas, vel quidputas, & ſic per omnes caſus addendo putas.

S.N. aliquis, aliqua, aliquod, vel aliquid. G. alicuius, D. alicui. A. aliquem, aliquam, aliquod, vel aliquid. A. ab aliquo, ab aliqua, ab aliquo. P. N. aliqui, aliquæ, aliqua. G. Aliquorum, aliquarum, aliquorum. D. Aliquibus. A. aliquos, aliquas, aliqua. A. ab aliquibus.

S.N. quiſquam, quæquam, quodquam, vel quidquam. G. Cuiuſquam. D. cuiquam. & ſic in ceteris addendo quam. ipſe tamen non vterer omnibus. nam ſicut dicerem, non credo quenquam M. Tullio magis eloquentem: ita hoc euitarem dicendi genus. Aiunt nō fuiſſe feminam quanquam pulchriorem Thaide.

S.N.quiſnam,quænam,quodnam,vel quidnam. & deinceps,addendo ne.
S.N.nequis,nequa,nequod,vel nequid,& deinceps,præponendo ne.
S.N.Nunquis,nunqua, nunquod,vel nunquid, & ſic in ceteris præponendo nun.Sed ne his quidem vtimur omnibus. ſed vt ſe exerceant,flectant pueri per omnes caſus. Vtamur vero necne, diligens poſtea præceptor oſtendat. quis enim diceret, nunqua, & nunquod?
S.N.Enquis,enqua,enquod,vel enquid,& ſic in ceteris præponendo en.
S.N.Quiſpiam,quæpiam,quodpiam,vel quidpiam, & deinceps,addendo piam.
S.N.Quidam quædam,quoddã,vel quiddam. G. cuiuſdam.D.cuidam.A. quendam, quandam, quoddam, vel quiddam. A. a quodam, a quadam, a quodam. P.N.quidam, quædam, quædam. G. quorundam, quarundam, quorundam. & mutatur m in n,quia m ante d eſſe non poteſt,ſicut nec ante q &c & t & ſ. Datiuo quibuſdam.A.quoſdam,quaſdam,quædã. A. quibuſdam.Et nota,quidam maſculinum ſcribi debere vnico d:neutrum vero quiddam, & quoddam, duplici.
S.N.Quiuis,quæuis,quoduis,vel quiduis,& ſic in reliquis,addendo uis.
S.N.Quicunque,quæcunque,quodcunque.G.cuiuſcunque. D. cuicunque. A. quencunque, quancunque. quodcunq; P.N. quicunque,quæcunque,quæcunque. quorũcũque,quarumcunque,quorumcunque.D.quibuſcunque.A.quoſcunque,quaſcunque, quæcunque. A.a quibuſcunque.
S.N.Quilibet,quælibet,quodlibet,vel quidlibet, & deinceps,addendo libet.
S. N. quiſquis, & quidquid. A. quidquid. A. a quo-

quo, a quaqua, a quoquo. ceteris vacat.

S. N. Neuter, neutra, neutrum. G. neutri, neutræ, neutri, & neutrius apud antiquos. D. neutro, neutræ, neutro, & reliqua: vt bonus, bona, bonum.

S. N. Iſtic, iſtæc, iſtoc, vel iſtuc. A. iſtunc, iſtanc, iſtoc, vel iſtuc. A. ab iſtoc, iſtac, iſtoc. P. N. & A. in neutro tantum genere iſtæc. & ſic inflecte illic, illæc, illoc, vel illuc, quibus vtebantur antiqui, nunc autem exoleuerunt.

Meus, mea, meum cuius modi pronominis? Tertii. Quare? Quia per omnes ſuos caſus declinatur ad ſimilitudinem nominum primæ, & ſecundę declinationis, hoc eſt, vt bonus, bona, bonum, præter mi vocatiuum, a vocatiuo mee, vbi e geminum, ac breue, in i longum commutatum eſt, vt o mi pater, o mi fili, pro mee pater, mee fili.

Tertii modi pronomina ſunt quinque: meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter, quæ ſic declinantur.

S. N. meus, mea meum. G. mei, meæ, mei. D. meo, meæ, meo. A. meum, meam, meum. V. o mi, o mea, o meũ; A. a meo, a mea, a meo. P. N. mei, meæ, mea. G. meorum, mearum, meorum. D. meis. A. meos, meas, mea. A. a meis.

S. N. tuus, tua, tuum. G. tui, tuæ, tui. D. tuo, tuæ, tuo. A. tuum, tuam, tuum. A. a tuo, a tua, a tuo. P. N. tui, tuæ, tua. G. tuorum, tuarum, tuorum. D. tuis. A. tuos, tuas, tua. A. a tuis.

S. N. noſter, noſtra, noſtrũ. G. noſtri, noſtræ, noſtri. D. noſtro, noſtræ, noſtro. A. noſtrum, noſtram, noſtrum. V. o o noſter, o noſtra, o noſtrum. A. a noſtro, a noſtra, a noſtro. P. N. noſtri, noſtræ, noſtra. G. noſtrorum, noſtrarum, noſtrorum. D. noſtris. A. noſtros, noſtras, noſtra. V. o noſtri, o noſtræ, o noſtra. A. a noſtris.

S. N. ſuus, ſua, ſuum. G. ſui, ſuæ, ſui. D. ſuo, ſuæ, ſuo. A. ſuum, ſuam, ſuum. A. a ſuo, a ſua, a ſuo. P. N. ſui, ſuæ, ſua. G. ſuorum, ſuarum, ſuorum. D. ſuis. A. ſuos, ſuas,

ſua. A. a ſuis.

S.N. Veſter, veſtra, veſtrum. G. Veſtri: veſtræ, veſtri. D. veſtro, veſtræ, veſtro. A. ueſtrum, veſtram, veſtrum. A. a veſtro, veſtra, veſtro. Plura. N. veſtri, veſtræ, veſtra. G. veſtrorum, veſtrarum, veſtrorum. D. veſtris. A. vr̄os, veſtras, veſtra. A. a veſtris.

Noſtras cuius modi pronominis? Quarti. Quare? quia per omnes ſuos caſus declinatur ad ſimilitudinem nominum tertiæ declinationis, hoc eſt, ſicut hic, & hæc Arpinas, & hoc Arpinate. & nota huiuſmodi in as, & nomina, & pronomina, circumflexo tono eſſe pronuncianda, quia ſunt per apocopen ab integris in tis, abiectione ti.

S.N. hic, & hæc noſtras, & hoc noſtrate. G. huius noſtratis. D. huic noſtrati. A. hunc, & hanc noſtratem, & hoc noſtrate. V. o noſtras, & o noſtrate. A. a noſtrate & noſtrati. P. N. hi, & hæ noſtrates, & hæc noſtratia. G. horum, & harum, & horum, noſtratium. D. his noſtratibus. A. hos, & has noſtrates, & hæc noſtratia. V. o noſtrates, & o noſtratia. A. a noſtratibus.

S.N. hic, & veſtras, & hoc veſtrate. G. huius veſtratis. D. huic veſtrati. A. hunc, & hanc veſtratem, & hoc veſtrate. A. a veſtrate, & veſtrati. P. N. hi, & hæ veſtrates, & hæc veſtratia. G. horum, & harum, & horum veſtratium. D. his, & ab his veſtratibus. A. hos, & ha veſtrates, & hæc veſtratia. A. a veſtratibus.

ALDI MANVTII PII ROMANI INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM LIBER II.

DE VERBO.

QVID eſt uerbum? Pars orationis declinabilis, vel agendi, vel patiendi, vel vtriuſque ſignificatiua, cum modis, & temporibus, ſine caſu.

Verbo quot accidũt? Octo, genus, tempus, modus, ſpecies, figura, ꝑſona, numerus, & cõiugatio.

Quot ſunt genera verborum? Quinque, actiuum, vt amo, paſſiuum, vt amor, neutrum, vt ſeruio, commune vt largior, deponens, vt ſequor.

Quot ſunt tempora verborum? Quinque, Præſens, pręteritum imperfectum, perfectum, pluſquamperfectum, & futurum: ut amo, amabam, amaui, amaueram, amabo.

Quot ſunt modi verborum? Quinque, indicatiuus, vt amo, imperatiuus, vt ama, optatiuus, vt vtinam amarem, ſubiunctiuus, vt cum amem, infinitiuus, vt amare.

Indicatiuus quot tempora habet? Quinque ſeparata, præſens, vt amo, imperfectum, vt amabam, perfectum, vt amaui, pluſquamperfectum, vt amaueram, futurum, vt amabo.

Imperatiuus quot tempora habet? Duo, præſens, vt ama, futurum, vt amato.

Optatiuus quot tempora habet? Quinque, Præſens, & præteritum imperfectum ſimul, vt vtinam amarem, præteritum perfectum, & pluſquamperfectum ſimul, vt vtinam amauiſſem, futurum per ſe, vt

vtinam amem.

Subiunctiuus quot tempora habet? Quinque ſeparata, quemadmodum indicatiuus, præſens, vt cum amem, imperfectum, vt cum amarem, perfectum, vt cum amauerim, pluſquamperfectum, vt cum amauiſſem, futurum, vt cum amauero.

Infinitiuus quot tempora habet? Quinque, præſens, & imperfectum ſimul, vt amare, perfectum, & pluſquamperfectum ſimul, vt amauiſſe, futurum, vt amatum ire, vel amaturum eſſe.

Quot ſunt ſpecies verborum? Duæ, primitiua, vt amo, deriuatiua, vt amaſco.

Quot ſunt ſpecies deriuatiuorum verborum? Quinq;, inchoatiua, meditatiua, diminutiua, frequentatiua, deſideratiua.

Quot ſunt inchoatiua? Quæ in ſe deſinunt, & ſunt tertiæ coniugationis, vt viſo viſis, faceſſo, faceſſis, arceſſo arceſſis, ideſt eo ad videndum, eo ad faciendum, eo ad vocandum: vſurpantur etiam pro primitiuis, vt laceſſo, pro lacero.

Quomodo formantur inchoatiua? Non habent certam formationem, nec a verbis omnibus proficiſcuntur.

Quæ ſunt meditatiua? Quæ in ſco deſinunt, & meditationem, hoc eſt exercitationem ſignificant, vt caleſco, ideſt meditor, & exerceor, vt caleam: vnde etiam meditatiua appellantur. nam meditari eſt etiam exerceri.

Habent ne præteritũ hæc verba? Quidni? Atque id quod ſua primitiua, vt pingueo pingui, & pingueſco pingui: macreo macrui, & macreſco macrui. ſed differunt. nam primitiua ſignificant pinguis fui, macer fui: deriuatiua vero, pinguis factus ſum, macer factus ſum. nã ſi ita cuipiam dixeris, Hui tam cito macruiſti? non erit a macreo, ſed a macreſco preteritum, quia non macer fuiſti, ſed macer factus es, inter

Quomodo formantur meditatiua? A ſecunda perſona præſentis indicatiui modi,cuiuſcunque ſint coniugationis,addita co,vt labo, labas,labaſco:ferueo,ferues,ferueſco:contremo,contremis,contremiſco:edormio,edormis,edormiſco.

Quæ ſunt frequentatiua? Quæ aſſiduam in agendo uim habent: dicuntur etiam iteratiua: quoniam frequenter agendi iterāt affectum,vt merſo,merſas,hoc eſt,ſæpius mergo.

Vnde formantur frequentatiua? Ab extremo ſupino mutatione u in o, vt domitu domito, curſu curſo, amplexu amplexo,a ſecutu tamen ſector, & non ſecutor. Sed notandum,quod quæ habent a in penultima, illud in i breue conuertunt, vt volatu volito, rogatu rogito. Item quæ præteritum in gi faciunt formāt frequentatiua a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, vt lego,legis,legito: fugio, fugis, fugito. notantur quęrito, a quæro: & ſcitor, & ſciſcitor,a ſcio & noſcito, & noto,a noſco: & ægreſco,& ægroto,ab ægreo:ſed ægreſco meditatiuum eſt. inueniuntur etiam frequentatiua a frequentatiuis,vt dictito, a dicto,quod a dico deriuatur,pulto,a pulſo,quod a pello deducitur.

Cuius coniugationis ſunt frequentatiua? Primæ, vt curſo curſas,ſector,ſectaris. viſo quod iteratiuum eſſe dicit Diomedes, & ſolum excipit a regula, quod non ſit primæ coniugationis. Ego Vallæ accedens, puto eſſe inchoatiuum potius,vt ſupra oſtendimus.

Quæ ſunt deſideratiua? Quæ in rio deſinunt, & affectum ſignificant. parturire enim nō eſt meditari partum,ſed deſiderare. Cicero. Aliquando populus Roman⁹ pariat,quod diu parturit. ſimiliter eſurio,eſt,eſſe cupio,ideſt comeſſe, Quinctil. Pater filios eſurit.

Item cenaturio,cupio cenare. Martialis.

In omnibus Vacerra quod conclauibus

Conſumit horas,& die toto ſedet,

Cenaturit Vacerra, non cacaturit:ideſt cenare cupit Vacerra, & non cacare.

Vnde formantur deſideratiua? Ab extremo ſupino, aſſumendo rio, vt a cenatu, cenaturio: a mictu, micturio: ab eſu, eſurio.

Cuius coniugationis ſunt deſideratiua? Quartæ, vt parturio, parturis, parturire.

Quæ ſunt diminutiua? Quæ in lo deſinunt, vt a ſorbeo, ſorbillo, ſorbillas: & non habent certã formationem, ſũtq; in vſu a paucis verbis. Hæc non ſcripſimus de ſpeciebus deriuatiuorum, ſecuti Laurentium Vallam. quæ quoniam a memoria facile effluunt, comprehendi his verſiculis.

Inchoat arceſſo, & viſo: meditatur amaſco.
Sorbillo minuit: legitoq; & curſo frequentant.
Parturit eſt partum deſiderat, eſurit eſſe.

Notandum autem, in quibuſdam magis in vſu eſſe frequentatiua a frequentatiuis, quam a primitiuis, vt lectito, a lecto lectas, quod non eſt in vſu, ſicut nec legito: ſcriptito a ſcripto ſcriptas, quod itē non eſt in vſu. ab edo præterea eſo eſas ἀχρηστον, a ſupino eſu. at ab eſo, in vſu eſito. In quibuſdam vero & a primitiuis & a frequentatiuis in vſu frequentatiua, vt a dico, dicto, a quo dictito. Hęc Gellius nō a ſupino, vt Priſcianus, ſed a præterito paſſiuo format libro VIII. cap. VI. cui non accedo.

DE FIGVRIS VERBORVM.

Quot ſunt figuræ verborum? Tres, ſimplex, vt taceo, curro, compoſita, vt conticeo, concurro, decompoſita, vt conticeſco, recurſo.

DE PERSONIS VERBORVM.

Quot ſunt figuræ verborum? Tres, prima, vt amo, ſecunda, vt amas, tertia, vt amat. & ſimiliter in plurali, prima, vt amamus, ſecunda, vt amatis, tertia, vt amant.

Quare imperatiuus modus non habet primam per-

ſonam in numero ſingulari? Quia naturaliter imperans, ab eo cui imperat diuiditur. cum ergo prima pſona eſt, quæ loquitur, ipſa, ſibi imperare nõ ſolet, niſi aliis imperans, ſe quoque immiſceat. & hinc eſt quod in plurali numero imperatiuus modus primam habet perſonam, vt Moriamur, & in media arma ruamus. quamquam tunc nõ imperatiua, ſed ſuppoſitiua & hortatiua vocantur, quæ Græci ὑποθετικὰ, & παρακλευτικὰ vocant, qui melius quam nos, hanc pluralis numeri perſonam ab imperatiuis ſeparant.

DE NVMERO VERBORVM.

Quot ſunt numeri verborum? Duo, ſingularis, vt amo: pluralis, vt amamus.

DE CONIVGATIONE VERBORVM.

Quot ſunt coniugationes verborum? Quatuor, Prima, quæ in ſecunda perſona indicatiui modi vel habet as, vt amo amas: vel aris, vt amor amaris. Secunda, quæ in ſecũda perſona præſentis indicatiui modi, vel habet es, vt doceo doces, vel eris penultima longa, vt doceor doceris. Tertia, quæ in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi vel habet is breuem, vt lego legis: vel eris penultima breui, vt legor legeris. Quarta, quæ in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi vel habet is longam, vt audio audis, vel iris penultima longa, vt audior audiris.

Sed facilius cognoſcent pueri verba tertiæ coniugationis a verbis quartæ differre, in Imperatiuo & Infinitiuo. nam tertiæ cõiugationis verba faciunt in Imperatiuo in e, in ſecũda pſona ſingulari: in infinitiuo vero in ere penultima breui, ut lego legis, lege legere: aſpicio aſpicis, aſpice aſpicere. Quartę vero coniugationis verba habẽt i in ſecunda perſona ſingularis Imperatiui modi: in infinitiuo vero ire penultima longa, vt audio audis, audi, audire: tuſſio, tuſſis, tuſſi, tuſſire.

Illud etiam notandum, verba primæ coniugationis are, & ari, & arem, & arer, & eris, vel ere producere in penultima

penultima, vt amare, amari, amarem, amarer, ameris. vel amere. Scundæ vero, ere & eri & erem & erer, & aris vel are, vt docere, doceri, docerem, docerer, docearis, vel doceare. Quartæ autem ire, & iri, & irem, & irer, & aris, vel are: vt audire, audiri, audirē, audirer, audiaris, vel audiare. ſed aris, vel are producitur in oī verbo. Tertiæ vero coniugationis ite, ere, Infinitiui tantū ere, erem, eres, eret, erent: erer etiam primā perſonam tantum optatiui, & eris, vel ere ſecūdā indicatiui paſſiui corripere: vt legite, legere, legerē, legeres, legeret, legerent, legerer, legeris, vel legere. erunt autem, & ere præteriti perfecti indicatiui modi in omni coniugatione producunt e, vt amauerunt, vel amauere, docuerunt, vel docuere, legerunt, vel legere, audiuerunt, vel audiuere.

DE PRAETERITIS.

Primæ coniugationis præterita, quot regulas habent? Quinque.

Quæ eſt prima?

Omnia verba primæ coniugationis a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi abiecta s & addita vi faciunt præteritum, vt amo amas amaui: præter duodecim, quæ per vi ſyllabas faciunt præteritum. & do dedi, ſto ſteti, lauo laui, iuuo iuui. vt oſtēdūt hi verſus.

Cum domo iunge mico, cubat, & neco, cum frico, plico.
Et tonat, atque ſonat, ſecat, & crepo, nexo, vetoque,
Doque, dedi, & laui lauo, ſto ſteti, & iuuo iuui.

Quæ eſt ſecunda?

Plico, & mico cum præpoſitione compoſita, per ui ſyllabas faciunt præteritū, vt applicui, dimicui. Inueniuntur etiam in aui, ſed raro. Cum nomine autē cōpoſita, in aui faciunt, vt multiplicaui, duplicaui.

Quæ eſt tertia?

A cubo compoſita tam primæ, quam tertiæ coniugationis inueniuntur, vt accubo, accubas, & accumbo,

accumbis:incubo,incubas, & incumbo, incũbis. Habent tamẽ commune præteritum,accubui, incubui. Quæ primæ coniugationis ſunt in præſenti ſine m: tertiæ vero habent m ante b.

Quæ eſt quarta?

Do monoſyllabis compoſitum tranſit in tertiam coniugationem,& præteritum geminat, vt reddo, reddidi.Cum diſſyllabis vero,eſt primæ coniugationis,vt vænundo,vænundas,vænundedi,circundo,circũdas, circundedi,peſſundo,peſſundas,peſſundedi.

DE PRAETERITIS SECVNDAE CONIVGATIONIS.

Omnia verba ſecundæ coniugationis quacunq; antecedente conſonante,eo in vi ſyllabas conuerſa,faciunt præteritum, vt doceo, docui, egeo,egui:præter quæ excipiuntur,quæ quinq; comprehenduntur regulis.

Quæ eſt prima?

Iubeo,iuſſi facit. Sorbeo, quod & ſorbo dicitur,ſorpſi, vel ſorbui. Mulceo,mulſi,maneo, manſi, neo,neui, quieo,quieui,hæreo,hæſi,luceo,luxi,pelluceo,pelluxi. Cieo, cies, quod & cio,cis dicitur,ciui,vel cii. Torqueo,torſi,cum compoſitis.nam compoſita, ſimplicium formationem plerunque ſequuntur.

Quæ eſt ſecunda?

In veo deſinentia,mutant eo in i,vt moueo,moui.Conniueo tamen,& conniui,& connixi facit.

Quæ eſt tertia?

In deo,ſi habent vocalem longam, vel ar ante deo,mutant deo in ſi, vt rideo riſi, ardeo, arſi: præter ſtrideo ſtridi.ſi vero i vel e breuem,eo in i conuertunt, vt video vidi,ſedeo ſedi.ſi au diphthongum, præteritum paſſiuæ declinationis habent, vt audeo auſus ſum,gaudeo gauiſus ſum. ſunt quæ præteritum geminant, vt mordeo, momordi, pendeo, pependi,

ſpondeo,ſpopondi,tondeo,totondi.
Sed ſciendum geminantia præterita, in compoſitione non geminari,vt remordeo,remordi,reſpondeo, reſpondi:præter quæ a do,ſto, diſco, poſco componuntur,vt condo,condidi,conſto,conſtiti,dediſco,dedidici,repoſco,repopoſci. A curro tamen compoſita,vtroque modo eſt inuenire,vt decurri,& decucurri.a repungo etiam repupugi legimus.

Quæ eſt quarta?

In geo,l vel r præcedente, in ſi,vocali vero longa, in xi faciunt,vt algeo alſi,turgeo turſi, lũgeo luxi.mulgeo tamen,mulxi habet differentiæ cauſſa.

Quæ eſt quincta?

In leo,alia antecedente conſonante in eadem ſyllaba, & ab oleo,& leo compoſita,per vi ſyllabam faciunt præteritum,vt impleo,impleui,exoleo exoleui, releo releui,oleo & oleui & olui facit, & ſic redoleo. Soleo tamen,ſolitus ſum,& ſolui.

DE PRAETERITIS TERTIAE CONIVGATIONIS.

Tertiæ coniugationis præterita quot regulis comprehẽduntur?Vndeuiginti.

Quæ eſt prima?

In bo,vocali longa antecedente,in pſi faciunt,vt ſcribo, ſcripſi.Cetera vero in bi,vt bibo,bibi:præter incumbo,incubui,& alia à cubo compoſita.

Quæ eſt ſecunda?

In co,antecedente n, illa abiecta, o in i conuertunt,vt vinco,vici, s vero antecedẽte,mutant ſco in ui ſyllabam,vt paſco,paui,conſueſco, & cõſueui,& conſuetus ſum facit.præter diſco,didici,compeſco, compeſcui,poſco,popoſci,conquiniſco,conquexi.Vocali autem longa antecedẽte,co in xi cõuertũt,vt dico,dixi. Ico tamẽ,cuius penultima modo correpta,modo producta reperitur,ici facit,& parco,peperci,& parſi.

Quæ eſt tertia?

In do, vocali longa præcedente, do in ſi vertunt, vt ludo, luſi. Cedo, ceſſi geminat ſſ. Excipiuntur cædo, cecīdi penultima producta, vnde occīdi pro interemi. nam cecĭdi penultima breui, a cado eſt, vnde occĭdi, pro interii. Pedo, pepedi, cudo, cudi, & cuſi, ſtrido, ſtridi. n vero antecedente, o in i commutant: ſed n tria abiiciunt, fundo, fudi, findo, fidi, ſcindo, ſcidi. cetera vero ſeruant, vt pando, pandi, accendo, accendi, ſcando, ſcandi: præter tūdo, quod & abiicit n, et tutudi facit. Pendo etiam, & tendo geminant primām, vt pependi, tetendi. Fido fidi olim, nunc fiſus ſum facit: & diuido, diuiſi. A do compoſita gemināt, vt trado, tradidi, condo, condidi, vnde abſcondo, abſcondidi.

Quæ eſt quarta?

In go, r antecedente, go in ſi conuertunt: vt mergo, merſi: cetera vero in go, vel guo, in xi faciunt præteritū, vt ango, anxi, tingo, vel tinguo, tinxi, rego, rexi. Præter pango, pepigi, & pegi, & panxi: tango, tetigi, pungo, pupugi, vel punxi: frango, fregi: ago, egi: lego, legi, cum compoſitis. notantur neglexi, dilexi, intellexi, a lego compoſita.

Quæ eſt quincta?

In ho, in xi faciunt, vt veho, vexi, traho, traxi.

Quæ eſt ſexta?

In lo, præteritum faciunt in lui, vt alo alui: præter vello, velli, vel vulſi, fallo, falli, pſallo, pſalli, percello, perculi, excello, exculi, & excellui, quod tamen magis ab excelleo formatur. Excipiuntur etiam geminātia, vt pello, pepuli, fallo, fefelli, tollo, tetuli, pro quo ſuſtuli dicimus.

Quę eſt ſeptima?

In mo, vocali longa præcedente, o in pſi conuertunt, vt dēmo, dempſi: cetera vero in vi ſyllabas, vt tremo, tremui, prętet emo, emi, premo preſſi.

Quæ eſt octaua?

In no,antecedēte o vel g, in vi ſyllabas faciunt præteritum,vt pono poſui,gigno genui. ſimiliter & a cano compoſita,vt concino, concinui & concini: cetera vero faciūt in vi ſyllabam,vt ſino,ſiui,ſterno, ſtraui,ſperno,ſpreui,lino,& lini.nam leui,& releui magis ſunt a leo quod non eſt in vſu:excipiuntur temno tempſi,cano cecini.

quæ eſt nona?

In po,e breui antecedente,in vi ſyllabas faciunt,vt ſtrepo, ſtrepui: cetera vero in pſi, vt carpo,carpſi:preter rumpo,rupi.

quæ eſt decima?

In ro, per vi ſyllabam terminant: vt tero, triui, quęro, quæſiui,ſero ſeui,cuius compoſita etiam per vi ſyllabas faciunt,ſed mutata ſignificatione,vt deſero, deſerui.Excipiuntur gero,geſſi,vro vſſi,verro,verſi, & verri,curro,cucurri.

quæ eſt vndecima?

In ſo,in vi ſyllabā faciunt, vt laceſſo,laceſſiui,& laceſſi accerſo,accerſiui:demuntur faceſſo, faceſſis, faceſſi, capeſſo,capeſſis,capeſſi,viſo,viſi,quæſo,quæſi,&quæſiui,pinſo,pinſui.

quæ eſt duodecima?

In to,c præcedente,quattuor inueniuntur,flecto,necto, plecto,pecto,quæ faciunt flexi,plexi,nexi,vel nexui, pexi,vel pexui, & pectui. Præcedente vero e breui, duo,vt peto,petiui,meto,meſſui. r ſimiliter,duo,uerto,verti,ſterto,ſtertui. tt geminato,vnum mitto,miſi,& vnū item in ſto,vt ſiſto, quod cū ſignificationē actiuā habet,caret præterito:cum vero abſolutā facit ſteti,ſicut ſto,cum ſuis compoſitis,vt deſiſto, deſtiti.

quæ eſt tertiadecima?

In xo duo inueniuntur,texo,& nexo,quæ in ui ſyllabas faciunt,vt texui,nexui.ſed nexo eſt primæ.

quæ eſt quartadecima?

In cio,ſi a præceſſerit, a in e verſa, & o remota, faciũt præteritum,vt facio,feci,iacio,ieci.ſin vero præceſſerit i,illo in everſo,in xi faciunt,vt aſpicio,aſpexi.icio tamen ici facit,& elicio elicui.

Quæ eſt quinctadecima?

In dio & in gio,o remota,faciunt præteritum, vt fodio fodi,fugio fugi.

Quæ eſt ſextadecima?

In fio vnum eſt,fio,fis, factus ſum. vnum item in io,ut meio ſine præterito, & ſupino. & vnum in quio,inquio:quod inquit tantum habet. vnum etiam in rio, pario peperi.

Quæ eſt decimaſeptima?

In pio,ca præcedẽte,mutant a in e,& abiecta o, faciunt præteritum,vt capio, cepi. cu vero, o in ui ſyllabam conuertunt,vt cupio,cupiui,quod non puto eſſe etiã quartæ,vt Priſcianus ait.nam illud Lucretii ſic legẽdum, Naturę primus terrarum clauſtra cuperet. vt ſit verſus miurus, quo ſæpe Lucretius vtitur, de quo verſu nos abunde infra tractabimus in libro de metris.Rapio,rapui facit.Sapio,& ſapui,& ſapiui:vnde reſipui,& reſipiui. Cæpio, quod in vſu non eſt,cæpi. Terentius tamen in Adelphis,a cæpio, cæperet vſus eſt, Sinerem ego illum? aut non ſex totis menſibus prius olfeciſſem quam ille quidquam cæperet?

Quæ eſt decimaoctaua?

In tio,in ſi faciunt geminato ſſ,vt concutio, concuſſi: quatio,quaſſi.

Quæ decimanona?

In uo ſyllabam,l antecedente, o in i vertunt, vt ſoluo, ſolui.vocali vero,in xi:viuo,uixi.in uo aũt ſyllabas, mutãt o in i,vt acuo,acui:præter coquo,coxi,linquo, liqui:pluo,pluui:ſtruo,ſtruxi.

DE PRAETERITIS QVARTAE CONIVGATIONIS.

Verba quartæ coniugationis quo modo faciunt præ-

teritum? In ui ſyllabam,& ii excluſa u per conciſionem, vt audio, audiui, & audii, ſalio, ſaliui, & ſalii tã de ſale, quam de ſaltatione. demuntur in cio pluriũ ſyllabarum duabus, quę ſi n hñt añ cio, faciunt in in xi, vt vincio, vinxi, ſancio, ſanxi, & ſanciui olim: ſin vero minime, in ſi: vt raucio, rauſi, farcio, farſi. Item aio, ai, cambio, cãpſi, haurio, hauſi, ſepio, ſepſi, ſentio, ſenſi, venio, veni. & a pario, & ſalio compoſita, vt operio operui; aſſilio aſſilui. quia ſalio etiam ſalui facit. ſed comperio comperi facit, & reperio repperi, pp geminato in carmine.

DE PRAETERITIS VERBORVM IN OR.

In or deſinentia quomodo faciunt præteritum? Non habent. quia in or omnia carent præterito, & iis quæ ab illo deriuantur. aſſumunt autem participiũ præteriti perfecti, & pluſquam perfecti, & ſubſtantiuũ verbum, & vſum præteritorum complent, vt amor, amatus ſum, & amatus fui, & ſic in omnibus.

DE SVPINIS.

Supinorum regulæ quot ſunt? Septem.

Quæ eſt prima?

In vi ſyllabam, commutant ui in tum, vt amaui, amatum, petiui, petitum. Demũtur abolitum, adultum, agnitum, cautum, cognitum, conſitum, fautum, inſitum, lautum, & lotum, paſtum, potum, ſaltum. nã ſalitum per ſimplex l, ſeruat. ſatum, ſolutum, ſepultum, vænum. In or primæ, in atum, vt moratũ, auxiliatũ.

Quæ eſt ſecunda?

In ui ſyllabas commutant eas in itum, vt domui, domitum: præter altum. nam alitum ſeruat. Item apertũ, caſſum nam caritum ſeruat. cenſum, cultum, conſultum, concentum cum ceteris a cano, doctum, excelſum, frictum, indutum, meſſum, miſtum, nectum, occultum, paſſum, piſtum, raptum cum compoſitis, correptum, ſurreptum, ſectum, ſtatum, tentum, textum, toſtum. In or ſecundæ in itum, vt veritũ. Præter con

feſſum, faſſum, miſertum, ratum, tutum, & tuitum.

Quæ eſt tertia?

In ci, gi, qui, xi, commutant eas in ctum, vt vici, victum, legi lectum, dereliqui derelictum, dixi dictum. præter fixum, flexum, fluxum, fugitum, fictum, mictum, pictum, rictum, ſtrictum, quæ abiiciunt n. Peperci ſine ſupino. In gor etiam, & ſcor, & in uor ſyllabas, in ctum faciunt, vt fungor, functum, proficiſcor profectum, fruor fructum, & fretum, olim etiam fruitum. præter adeptum, commentum, feſſum, vnde defeſſũ, iratum, natum, oblitum, paſtum, ultum.

Quę eſt quarta?

In mi, pi, pſi, in ptum, vt ſcripſi ſcriptum, rupi ruptum, emi emptum. præter campſi, campſum.

Quę eſt quincta?

In di, li, ri, ſi, ti, in ſum vt momordi morſum, tutudi, tunſum, & tuſum, fefelli falſum, ſali ſalſum, verri verſum, quod eſt etiam a uerti. ſenſi ſenſum, pandi paſſum geminat ſſ, quod a patior, & pateo idem eſt. demũtur geſtum, hauſtum, indultum, latum, mulctum: nam mulſum ſeruat. piſtum, partum, ſtatum, tẽtum: nam tenſum ſeruat. tortum, uſtum. Item compoſita a do, vt inditum. ab abſcondo, tam abſconſum, quam abſconditum: ſed abſconditum, melius, inquit Diomedes. Quartæ etiam coniugationis verba habentia l, vel r ante ſi, vt fartum, ſartum, fultum. In dior item, & tior, & tor, in ſum faciunt, vt menſum, orſũ, aſſenſum, vſum: præter amplexum, mentitum, partitum, potitum, ſortitum.

Quæ eſt ſexta?

In bor, in pſum, vt labor lapſum. & in quor, & in rior, in tum, vt loquor locutum, orior ortum. & in ror, in ſtum faciunt, vt queror queſtum. morior tamen mortuum, vnde mortuus.

Quę eſt ſeptima?

Largior, largitum habet, & molior, molitum.

Quæ actiua ſupinum non habent?
Compeſco,cerno,renuoque,& reſpuo,lingo.
Sugo,refello,timet,lamboque,atque vrgeo,caluo,
Viſoq; cum metuo,poſco,linquo,arceo,diſco,
Ambigoq; annumeres:quæ ſunt ſine cuncta ſupinis.

Quæ neutra ſupinis deficiunt?
Strideo,ſterto,rudo,ſtridit,micat,æſtuo,parco,
Et conquiniſco,pſalloque,& obedio,dego.
Et ſcalpo,& ſcando,ſcabit,& pauet,horreo,mando.
Adiice gliſco,tremo,nec non ſatagoque,luo que.
Et furit,atque volo,lucet,polluceo,fulget.
Eſurio,horreſco,ferueſco,& talia cuncta,
Et quæ præteritum per ui dant verba ſecundæ.
Vt caleo calui,pauca hæc tamen excipe:ſicut
Torret,olet,valeo,paretque,doletque,latetque:
Et placeo,& noceo,& libeo,pateoque:
Quanquam ſunt per ui,retinent tamen iſta ſupinum.

DE VERBIS DEFECTIVIS.

Quæ ſunt verba defectiua? Quæ deficiunt numeris, modis,temporibus,& perſonis,non tamen omnibus.
Forem,fores,foret,forent.Infinitiuo fore.
Meio,meiis.Impatiuo meie,meiat,meiamus,meiite.
Futuro,meiito.Infinitiuo meiere.
Infit,infiunt,& infio antiquum.
Quæſo,quæſimus,quæſere.nec dicas quæſumus per u.
Faxo,faxis,faxit,faxunt,& faxint.
Inquio,ſeu inquam.ſed hanc vocem futuri temporis eſſe vult Priſcianus,inquis,inquit,inquiet,inque.
Auſim,auſis,auſit,& auſint.
Cedo,id eſt dic.
Aio,ais,ait,aiunt,aiebam cum toto imperfecto.ait,aies, Imperatiuo,ai.in plurali,aiamus.Futuro optatiui, aiat:in plurali,aiatis,àiant.
Imperatiuo aue,in plurali auete. Futuro aueto. Infinitiuo auere. Eodem modo ſalue, & vale: ſed vale, a

vaſeo eſt.quare non eſt defectiuum.

Furis,daris,faris,prima poſitione deficiunt.

Ouat,ouans habet participium.cuius tamen verbi declinatio per multas etiam voces inuenitur.

Apage, apagete: apageſis, pro apage ſi uis: ſicut ſodes, pro ſi audes,quod eſt blandientis:ſicut amabo:& capſis,pro cape ſi uis,& ſis pro ſi uis.

Odi,noui, cœpi,memini,præteritum perfectum tãtum habent,& quæ a præterito deriuantur.Memini habet etiam memento,& mementote.

Volo,& malo imperatiuo, & ſupinis deficiunt. malo etiam futuro indicatiui.ſed de his in declinatione verborum cumulatiſſime dicemus.

DE ANOMALIS.

Quæ ſunt anomala? Quæ aliorum verborum inclinatum non ſequuntur.nec dicendum anormala cum r, poſt o,ſed ſine r,quia Græcum eſt τὸ ἀνώμαλον. quod ſignificat aſperum,varium,& ſine planitie.

Anomala autem ſunt hæc.

Sum,es,eſt: volo vis vult, fero fers fert:edo es eſt, cum compoſitis:de quibus abunde dicemus in declinatione verborum.

Quæ ſunt quæ in imperatiuo per apocopen proferuntur? Dic,duc,fac,fer,pro dice,duce,face,fere.

Quæ aliorum præteritis,& ſupinis vtuntur.

Arguor, a conuincor, conuictus ſum. habet & argutus ſum:cerno,a creſco ,creui cretum:caleſco,a caleo calui,cum ſimilibus in ſco :ferio, & percutio, percuſſi percuſſum:fero,a tulo,tuli,latum:furo,ab inſanio,inſaniui,ſine ſupino. liquor, liquefio, liquefactus ſum: medeor,a medicor,medicatus ſum:poſcor, a poſtulor,poſtulatus ſum:quatio,a concutio,concuſſi, concuſſum.nam quaſſi non eſt in vſu:reminiſcor,a recordor, recordatus ſum: ſido, a ſedi, ſeſſum: ſiſto, a ſto,ſteti,ſtatum. ſunt qui rectius ſtatui,ſtatutum habere dicant: tollor, a ſuffero, ſublatus ſum: veſcor,

a paſcor,paſtus ſum.

Quæ perfecta ſunt a diuerſis inſtantibus?

Acui,ab aceo,& acuo:creui,a creſco, & cerno: frixi, a frigeo,& frigo:luxi,a luceo,& lugeo:minxi,a me io, & mingo:paſſus ſum,a pandor,& patior:paui, a paſco,& paueo:pependi,a pendeo,& pendo: tuli,a tulo,& fero:verſus ſum,a vertor,& verror.

Quæ ſunt in prima perſona confuſa.

Appello,appellas,& appellis:dico,dicas,& dicis,fundo, fundas,& fundis:lauo,lauas,& lauis:lēgo,lēgas, prima longa,& lego,legis,prima breui: mando, mandas,& mandis:prædico prædicas, penultima correpta,& prædico,prædicis,penultima longa:pinſo,pinſas,& pinſis:fero,feras,& feris:ſono, ſonas, & ſonis: volo,volas,& vis.

Quæ in indicatiuo dupliciter efferuntur?

Caueo,& cauo,conniueo,& conniuo.denſeo, & denſo. dureo,& duro.excelleo,& excello. ferueo,& feruo. frigeo,& frigo.fulgeo,& fulgo.lenteo,& lento oleo, & olo.ſorbeo,& ſorbo.ſtrideo,& ſtrido.tergeo,& tergo.vnio,& vno.

Quæ habent duplicem coniugationem?

Morior ,orior,potior,quæ & tertiæ,& quartæ coniugationis inueniuntur.in infinitiuo tamen mori tãtum dicimus ſecundum tertiam,& oriri,& potiri ſecundum quartam.apud vetuſtiſſimos etiam pario,& cupio & tertiæ,& quartæ inueniuntur.

Quæ habent duo,aut tria præterita?

Cudo,cuſſi,& cudi.explico;explicui,& explicaui. pango,pepigi,& panxi,& pegi.pungo,pupugi,& punxi. ſino,ſiui,& ſiui.tundo,tutudi,& tunſi.

Quæ ancipiti terminatione in eadem ſignificatione leguntur?

Aſſentio,& aſſentior.labo,& labor.mereo, & mereor. reuerto, & reuertor. & alia plurima apud Priſcianum.

INTERROGATIONES
DE VERBO.

Amo quæ pars orationis eſt? Verbum. Quare? quia cum modis, & temporibus eſt ſignificatiuum agendi.

Amor quæ pars orationis eſt? Verbum. Quare? quia cum modis, & temporibus eſt ſignificatiuum patiendi.

Largior quæ pars orationis eſt? Verbum. Quare? quia cum modis & temporibus eſt & agendi, & patiendi ſignificatiuum.

Amo cuius generis? Actiui. Quare? quia in o deſinens poteſt facere tranſitionem ad aliquod rationale animal, vnde poſſit fieri cõuerſa locutio in prima, vel in in ſecunda perſona, vel ſaltem in ſecunda per aſſumptionem r, vt amas me, ego amor a te: Plato amabat Socratem, Socrates amabatur a Platone: Ego amo te, tu amaris a me.

Amor cuius generis? Paſſiui. Quare? quia in or deſinẽs, venit ab actiuo per aſſumptionem r, quod eſt amo, ſicut doceor, a doceo: legor, a lego.

Aro cuius generis? Neutri. Quare? quia in o deſinens non poteſt facere tranſitionem ad aliquod rationale animal, vnde poſſit fieri conuerſa locutio in prima, vel in ſecunda perſona, vel ſaltem in ſecunda per aſſumptionem r, hoc eſt non poteſt habere accuſatiuum ſignificantem hominem. non enim dici poteſt aro Socratem, ſicut amo Socratem.

Amplector, cuius generis? Communis. Quare? quia in or deſinens vtrauque habere poteſt ſignificationem, hoc eſt & actiuam, & paſſiuam: actiuam ſic, ego amplector te, paſſiuam ſic, ego amplector a te.

Auxilior cuius generis? Deponentis. Quare? quia deponit alteram ſignificationem, hoc eſt vel actiuam vel paſſiuam. ſed auxilior deponit paſſiuam, vt auxilior tibi: lætor vero actiuam, vt lætor virtute.

Amo cuius temporis? Præſentis. Quare? quia præ-

ſens tẽpus deſignat circa actionem, vel paſſionẽ. ſed amo circa actionem, amor vero circa paſſionem.

Amabam cuius temporis? Præteriti imperfecti. Quare? Quia rem cœptam, ſed nondũ perfectam oſtendit.

Amaui cuius temporis? Præteriti perfecti. Quare? quia rem perfectam eſſe ſignificat.

Amaueram cuius temporis? Præteriti pluſquam perfecti. Quare? quia oſtendit aliquid iam pridem eſſe perfectum.

Amabo cuius temporis? Futuri. Quare? quia rem aliquam fore, hoc eſt futuram eſſe demonſtrat.

Amo cuius modi? Indicatiui. Quare? quia indicat rem eſſe.

Amabam, amaui, amaueram cuius modi? Indicatiui. Quare? quia indicat rem fuiſſe.

Amabo cuius modi? Indicatiui. Quare? quia indicat rem fore.

Ama cuius modi? Imperatiui. Quare? quia imperat rem eſſe.

Amato cuius modi? Imperatiui. Quare? quia imperat rem futuram eſſe.

Quare non dixiſti etiam fuiſſe? Quia in imperatiuo non eſt præteritum. non enim quod factum eſt, vt in fectum ſit, imperare quiſquam poteſt, neque vt factũ ſit, quod factum non fuerit.

Vtinam amarem cuius modi? Optatiui. Quare? quia eget aduerbio optandi, vt perfectum ſignificet ſenſum.

Cum amarem cuius modi? Subiunctiui. Quare? quia ſubiungit ſibi aliud verbum, vel ſubiungitur alteri verbo, vt perfectum ſignificet ſenſum.

Amare cuius modi? Infinitiui. Quare? quia nec numeros, nec perſonas definit. ſed eget ſola alterius verbi coniunctione.

Amo cuius ſpeciei? Primitiuæ. Quare? quia a nullo deriuatur.

Amaſco cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Quare? quia deriuatur ab amo.

Amo cuius figuræ? Simplicis. Quare? quia ſimpliciter profertur.

Deamo cuius figuræ? compoſitæ. Quomodo componitur? Ex de & amor

Contremiſco cuius figuræ? Decompoſitæ. Quare? quia non per ſe componitur, ſed a compoſito deriuatur, quod eſt contremo, contremis.

Amo cuius perſonæ? Primæ. Quare? quia eſt prima vox verbi, vel quia cum loquitur de ſe, ipſa pronunciat.

Amas cuius perſonæ? Secundæ. Quare? quia eſt ſecunda vox verbi, vel quia ad eam prima loquitur directo ſermone.

Amat cuius perſonæ? Tertiæ. Quare? quia eſt tertia vox verbi, vel quia de ea prima loquitur ad ſecundam, extra ſe & illam poſita, ad quam dirigit ſermonem. quod quia videtur obſcurum, ſic clarius. Tertia perſona eſt de qua poſita extra primam, & ſecundam prima loquitur ad ſecundam.

Amare cuius perſonæ, & numeri? Nullius. Quare? quia omnia infinita, imperſonalia, gerundia, ſupina numeris, & perſonis deficiunt.

Amo cuius numeri? Singularis. Quare? quia ſingulariter profertur.

Amamus, cuius numeri? Pluralis. Quare? quia pluraliter profertur.

Amo, amas cuius coniugationis? Primæ. Quare? quia in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, habet ā productum ante s, vt amo, amās: & in prima, & ſecunda perſona pluralis numeri idipſum a productum ante mus, & ante tis, vt amāmus, amātis, & in infinitiuo ante re, vt amāre.

Amor, amāris cuius coniugationis? Primæ. Quare? quia in ſecunda perſona præſentis, indicatiui modi, habet ā productum ante ris, vt amor, amāris.

Doceo doces cuius coniugationis? Secundæ. Quare? quia in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, habet ē productam ante s, vt doceo docēs: & in prima, & ſecunda perſona pluralis numeri idipſum ē productum ante mus, & ante tis, vt docēmus, & docetis, & in infinitiuo ante re, vt docēre.

Doceor, docēris cuius coniugationis? Secundæ. Quare? quia in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, habet ē productum ante ris, vt doceor docēris.

Lego, legis cuius coniugationis? Tertiæ. Quare? quia in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, habet i correptum ante s, vt lego: & in prima, & ſecunda perſona pluralis numeri idipſum i correptum ante mus, & ante tis, vt legimus, legitis: in infinitiuo vero, e correptum ante re, vt legere.

Legor, legeris cuius coniugationis? Tertiæ. Quare? quia in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, habet eris penultima breui, vt legor, legeris.

Audio audis, cuius coniugationis? Quartę. Quare? quia in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, habet i productũ ante s, vt audio audīs: & in prima, & ſecunda perſona pluralis numeri idipſum ī productum ante mus, & ante tis, vt audimus, auditis: & in infinitiuo antę re, vt audire.

Audior, audīris, cuius coniugationis? Quartæ. Quare? quia in ſecunda perſona pręſentis indicatiui modi habet ī productum ante ris, vt audior audīris.

Declina amo amas.

Indicatiuo modo, tempore præſenti, ſingulariter. Ego amo, tu amas, ille amat. Pluraliter, nos amamus, vos amatis, illi amant. Præterito imperfecto, S. ego amabam, tu amabas, ille amabat. P. nos amabamus, vos amabatis, illi amabant. Et per infinitum ſic. S. ego amare, pro amabam: tu amare, pro amabas: ille amare, pro amabat. P. nos amare, pro amabamus: vos amare, pro amabatis: illi amare, pro amabant. Præterito

perfecto.S.ego amaui,tu amauiſti,ille amauit. P.nos amauimus,vos amauiſtis,illi amauerũt,vel amauere. ex quibus hæc per ſyncopen,tu amaſti pro amauiſti: vos amaſtis,pro amauiſtis:illi amarũt,pro amauerũt. Præterito pluſquamperfecto. S. ego amaueram, tu amaueras,ille amauerat.P. nos amaueramus,vos amaueratis,illi amauerãt.& per conciſionẽ.S.amaram,amaras,amarat.P.amaramus,amaratis,amarant. Futuro.S.ego amabo,tu amabis,ille amabit.P.nos amabimus,vos amabitis,illi amabunt.

Imperatiuo modo tempore præſenti, ad ſecundam, & tertiã perſonam.S.ama tu,amet ille. P. amate vos, ament illi.Futuro.S.amato tu,amato ille P. amatote vos,amanto illi.

Prima enim perſona pluralis numeri,quæ datur imperatiuis,hortandi eſt,non imperandi,vt Amemus virtutem o condiſcipuli.pugnemus o cõmilitones, moriamur,& in media arma ruamus.

Optatiuo modo tempore præſenti,& præterito imperfecto.S. vtinã ego amarem,tu amares,ille amaret.P. vtinam nos amaremus, vos amaretis, illi amarent. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto. S. vtinam ego amauiſſẽ,tu amauiſſes,ille amauiſſet.P.vtinam nos amauiſſem⁹, vos amauiſſetis,illi amauiſſẽt. & per ſyncopen.S. vtinam ego amaſſem, tu amaſſes, ille amaſſet.P.vtinam nos amaſſemus,vos amaſſetis, illi amaſſent.Futuro.S.vtinam ego amem,tu ames,ille amet.P.vtinam nos amemus,vos ametis,illi amẽt. Diomedes tamen ſeparatim declinat ſic,tẽpore præſenti vtinam amem,imperfecto vtinam amarem, perfecto vtinam amauerim, pluſquamperfecto vtinam amauiſſem, futuro vtinam amem. ſed de his in fragmentis plura.

Subiunctiuo modo tempore præſenti. S. cum ego amem,tu ames, ille amet. P. cum nos amemus, vos ametis,illi ament.Præterito imperfecto. S. cum ego

amarem,

amarem,tu amares,ille amaret.P.cũ nos amaremus, vos amaretis,ille amarent.Præterito perfecto.S.cum ego amauerim,tu amaueris, ille amauerit.P.cũ nos amauerimus,vos amaueritis,illi amauerint.& p ſyncopen.S.amarim,amaris,amarit.P.amarimus, amaritis,amarint.Præterito pluſquam perfecto.S.cũ ego amauiſſem,tu amauiſſes,ille amauiſſet.P.cũ nos amauiſſemus, vos amauiſſetis,illi amauiſſent, & p cõciſionẽ.S cũ ego amaſſem,tu amaſſes , ille amaſſet.P. cũ nos amaſſemus,vos amaſſetis,illi amaſſent.Futuro.S.cũ ego amauero,tu amaueris,ille amauerit.P.cũ nos amauerimus,uos amaueritis,illi amauerint.& p ſyncopen.S.cũ amaro,amaris,amarit.P.cũ amarimꝰ, amaritis,amarint.ſed nota,in ſecunda perſona ſingularis numeri præteriti perfecti ſubiunctiui modi,i añ ś corripi,& ſimiliter in prima, & ſecunda pluralis añ mus,& tis.vt,S.cũ amauerim , amaueris.P.cũ amauerimus amaueritis.In ſecũda vero pſona ſingularis numeri añ s,et in prima,&ſecũda pluralis futuri eiuſdẽ modi añ mus,et tis,produci.vt,S.cũ amauero,amauerīs.P.cũ amauerīmꝰamauerītis.hinc illud, Dederīs in carmine vires.&, vitã dederītis invndis.

Infinitiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto,amare. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto amauiſſe.& per cõciſionem amaſſe.Futuro,amatum ire,vel amaturum eſſe.

Gerundia,vel participialia nomina,amandi, amando, amandum. Supina.amatum,amatu.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? Duo. Quæ? Alterum præſentis, & præteriti imperfecti temporis in ns,quod eſt amans, id eſt qui amat, vel qui amabat.alterum futuri in rus,quod eſt amaturꝰ, id eſt qui amabit.

Amans vnde formatur? A prima perſona præteriti imperfecti,indicatiui modi,mutata bam in ns,vt amabam,bam in ns,fit amans.

Amaturus unde formatur? Ab Vltimo ſupino. Quomodo? Amatum, amatu, addita rus fit amaturus.
Quæ non faciunt præteritum perfectum in aui? Hæc quę his verſibus annotantur.
Dat, domat, atq; crepat, micat, & iuuat, & plicat, & ſtat:
His fricat, & vexat, ſonat, & necat adde, lauatque,
Et ſecat, atque cubat, tonat, hæc neu dice per aui.
Declina ſono, ſonas per primas perſonas ſingulares.
Sono, ſonabam, ſonui, ſonueram, ſonabo. in imperatiuo non ſunt. vtinam ſonarem, ſonuiſſem, ſonem. cum ſonem, ſonarem, ſonuerim, ſonuiſſem, ſonuero.
Quot tempora deriuantur a præterito perfecto indicatiui? Sex, quæ hoc diſticho comprehenduntur.
Præteritum de ſe ſex format tempora, ram, ſem,
Rim quoque, ſemq; iterum, poſtmodo, ro, ſe dabit.
Dic præteritum a lauo, & viuo cum deriuatis ab eis.
Laui, laueram, lauiſſem, lauerim, lauiſſem, lauero, lauiſſe. Iuui, iuueram, iuuiſſem, iuuerim, iuuiſſem, iuuero, iuuiſſe.
Dic præteritum a do, ſto, & deriuata ab eis.
Dedi, dederam, dediſſem, dederim, dediſſem, dedero, dediſſe. Steti, ſteteram, ſtetiſſem, ſteterim, ſtetiſſem, ſtetero, ſtetiſſe.
Inflecte amo per primas perſonas, hinc per ſecundas retrorſum, inde per tertias, donec declinaueris totũ verbum.
Amo, amabam, amaui, amaueram, amabo. vtinam amarem, amauiſſem, amem. cum amem, amarem, amauerim, amauiſſem, amauero. Retrorſum. Cum amaueris, amauiſſes, amaueris, amares, âmes. vtinam ames, amauiſſes, amares. amato tu, ama. Amabis amaueras, amauiſti, amabas, amas. Per tertias perſonas. Amat, amabat, amauit, amauerat, amabit, amet, amato ille. vtinam amaret, amauiſſet, amet. cũ amet, amaret, amauerit, amauiſſet, amauerit. Retrorſum ꝑ primas perſonas pluralis. Cũ amauerimus, amauiſſe

mus,amauerimus,amaremus, amemus. vtinā amemus,amauiſſemus,amaremus. amabimus,amaueramus,amauimus,amabam⁹, amamus. Per ſecūdas pſonas. amatis,amabatis,amauiſtis,amaueratis, amabitis,amate,amatote. vtinā amaretis,amauiſſetis, ametis. cū ametis,amaretis,amaueritis,amauiſſetis,amaueritis. Retrorſum ꝑ tertias. Cū amauerint, amauiſſent,amauerint,amarent, ament. vtinā ament,amauiſſent,amarent. amanto,amēt. amabunt,amauerant, amauerunt,vel amauere,amabant,amant.

Amor uerbum paſſiuum quomodo flectitur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti. S. Ego amor, tu amaris, vel amare, ille amatur. P. nos amamur,vos amamini,illi amantur. Præterito imperfecto. S. ego amabar,tu amabaris,vel amabare,ille amabat. P. nos amabamur,vos amabamini,illi amabātur. & per infinitum. S. ego amari,pro amabar:tu amari, pro amabaris:ille amari, pro amabatur. P. nos amari, pro amabamur:vos amari, ꝑ amabamini:illi amari, pro amabātur. Præterito perfecto. S. ego amatus ſum, vel fui, tu amatus es,vel fuiſti, ille amatus eſt, vel fuit. P. nos amati ſumus,vel fuimus,vos amati eſtis,vel fuiſtis,illi amati ſunt,fuerunt,vel fuere. In feminino genere. S. ego amata ſum, vel fui, tu amata es,vel fuiſti,illa amata eſt,vel fuit. P. nos amatæ ſumus,vel fuim⁹,vos amatæ eſtis,vel fuiſtis, illæ amatæ ſunt, fuerunt,vel fuere. In neutro genere. S. ego amatum ſum,vel fui, tu amatum es, vel fuiſti, illud amatum eſt, vel fuit. P. nos amata ſumus, vel fuimus, vos amata eſtis,vel fuiſtis,illa amata ſunt, fuerunt, vel fuere. Præterito pluſquam perfecto. S. ego amatus eram, vel fueram, tu amatus eras,vel fueras, ille amatus erat, vel fuerat. P. nos amati eramus,vel fueramus, vos amati eratis,vel fueratis,illi amati erāt,vel fuerāt. & in feminino,ego amata erā. & ī neutro,ego amatū erā. Futuro S. ego amabor,tu amaberis, vel amabere, ille amabi-

tur. P. nos amabimur, vos amabimini, illi amabũtur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam, & tertiam perſonam. S. amare tu, ametur ille. P. amamini vos, amentur illi. Futuro. S. amator tu, amator ille. P. amaminor vos, amantor illi. amemur nos, hortandi eſt, non imperandi.

Optatiuo modo, tẽpore præſenti, & præterito imperfecto. S. vtinam ego amarer, tu amareris, vel amarere, ille amaretur. P. vtinam nos amaremur, vos amaremini, illi amarẽtur. Præterito perfecto, & pluſquã perfecto. S. vtinam ego amatus eſſem, vel fuiſſem, tu amatus eſſes, vel fuiſſes, ille amatus eſſet, vel fuiſſet. P. vtinã nos amati eſſemus, vel fuiſſemus, vos amati eſſetis, vel fuiſſetis, illi amati eſſent, vel fuiſſent. Et in feminino, ego amata eſſẽ, vel fuiſſẽ. & in neutro, ego amatum eſſem, vel amatum fuiſſem. Futuro. S. vtinã ego amer, tu ameris, vel amere, ille ametur. P. utinã nos amemur, vos amemini, illi amentur.

Subiunctiuo modo, tẽpore præſenti. S. cum ego amer, tu ameris, vel amere, ille ametur. P. cũ nos nos amemur, vos amemini, illi amẽtur. Prçterito imperfecto: S. cũ ego amarer, tu amareris, vel amarere, ille amaretur. P. cũ nos amaremur, vos amaremini, illi amarẽt. Præterito perfecto. S. cũ ego amatus ſim, vel fuerim, tu amatus ſis, vel fueris, ille amatus ſit, vel fuerit. P. cũ nos amati ſimus, vel fuerimus, vos amati ſitis, vel fueritis, illi amati ſint, vel fuerint. Et ĩ feminino, ego amata ſim, vel fuerĩ. & in neutro, ego amatũ ſim, vel fuerim. Præterito pluſquã perfecto. S. cũ ego amatus eſſẽ, vel fuiſſẽ, tu amatus eſſes, vel fuiſſes, ille amatus eſſet, vel fuiſſet. P. cũ nos amati eſſemus, vel fuiſſem', vos amati eſſetis, vel fuiſſetis, illi amati eſſent, vel fuiſſent. & in feminino genere, ego amata eſſem, vel fuiſſem. & in neutro, ego amatũ eſſẽ, vel fuiſsẽ. Futuro. S. cũ ego amatus ero, vel fuero, tu amatus eris, vel fueris, ille amat' erit, vel fuerit. P. cũ nos amati

erimus, vel fuerimus, vos amati eritis, vel fueritis, illi amati erunt, vel fuerint. & in feminino genere, ego amata ero, uel fuero. & in neutro, ego amatum ero, vel fuero.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, amari. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, amatum eſſe uel fuiſſe. Futuro amatum iri.

Quot participia trahuntur ab hoc uerbo paſſiuo? Duo. Quæ? Alterum præteriti perfecti, & pluſquamperfecti in tus, quod eſt amatus, id eſt qui amatus eſt, uel fuit. alterum futuri in dus, quod eſt amandus, id eſt qui amabitur.

Amatus unde formatur? Ab ultimo ſupino. Quomodo? Amatum amatu, addita s fit amatus.

Amandus unde formatur? A genitiuo ſui præſentis participii. Quomodo? Amans, amantis, tis in dus, fit amandus.

Amatur imperſonale quomodo flectitur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, amatur. Præterito imperfecto, amabatur. Præterito perfecto amatum eſt, vel amatum fuit. Præterito pluſquamperfecto, amatum erat, uel amatum fuerat. Futuro, amabitur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ametur. Futuro amator.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, utinam amaretur. Præterito pfecto, & pluſquam perfecto, utinam amatum eſſet, uel amatum fuiſſet. Futuro, utinam ametur.

Subiūctiuo modo, tempore pręſenti, cum ametur. Præterito imperfecto, cum amaretur. Præterito perfecto, cum amatū ſit, uel fuerit. Præterito pluſquā perfecto, cum amatum eſſet, uel amatum fuiſſet. Futuro, cum amatum erit, uel amatum fuerit.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, amari. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, amatum eſſe, uel amatū fuiſſe. Futuro, amatū iri.

Doceo quomodo flectitur?

Indicatiuo modo tempore præſenti.S.ego doceo,tu doces,ille docet.P. nos docemus, vos docetis, illi docent.Præterito imperfecto.S. ego docebam,tu docebas,ille docebat.P.nos docebamus, vos docebatis,illi docebant.& per infinitum, ego docere, pro docebam,tu docere, pro docebas, ille docere, pro docebat.P.nos docere, pro docebamus, vos docere, pro docebatis,illi docere,pro docebant.Præterito perfecto.S.ego docui,tu docuiſti,ille docuit.P.nos docuimus,vos docuiſtis,illi docuerunt,vel docuere.Præterito pluſquamperfecto. S.ego docuerã, tu docueras, ille docuerat.P.nos docueramus,vos docueratis, illi docuerant.Futuro.S.ego docebo,tu docebis,ille docebit.P.nos docebimus,vos docebitis,illi docebunt.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam,& tertiam perſonam.S. doce tu, doceat ille. P. docete vos,doceant illi.Futuro. S.doceto tu, doceto ille. P. docetote vos,docento illi. Nam doceamus hortandi eſt magis.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto.S.vtinam ego docerem,tu doceres,ille doceret.P.vtinam nos doceremus,uos doceretis, illi docerent. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto. S. vtinam ego docuiſſem,tu docuiſſes, ille docuiſſet.P. vtinam nos docuiſſemus,vos docuiſſetis,illi docuiſſent.Futuro.S. vtinam ego doceam, tu doceas, ille doceat.Plura.vtinam nos doceamus,vos doceatis,illi doceant.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti. S. cum ego doceam,tu doceas,ille doceat.P.cum nos doceamus,vos doceatis, illi doceant.Præterito imperfecto. S. cum ego docerem,tu doceres,ille doceret.P. cũ nos doceremus,vos doceretis,illi docerẽt.Pręterito ꝑfecto,S. cũ ego docuerim,tu docueris,ille docuerit.P.cũ nos docuerimus,vos docueritis,illi docuerint. Præterito

pluſquamperfecto.S.cum ego docuiſſem, tu docuiſſes, ille docuiſſet. P.cum nos docuiſſemus, vos docuiſſetis, illi docuiſſent. Futuro. S. cum ego docuero, tu docueris, ille docuerit. P. cum nos docuerimus, vos docueritis, illi docuerint.

Infinitiuo modo, tempore præsẽti, & præterito imperfecto, docere. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, docuiſſe. Futuro. doctum ire, vel docturum eſſe.

Gerundia, vel participialia nomina. docendi, docendo, docendnm. Supina. doctum, doctu.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? Duo. Quę? Alterum præſentis, & præteriti imperfecti tẽporis in ns, quod eſt docens, id eſt qui docet, vel docebat: alterum futuri in rus, quod eſt docturus, id eſt qui docebit.

Docens unde formatur? A prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? Docebam, bã in ns, fit docens.

Docturus vnde formatur? Ab vltimo ſupino. Quomodo? doctum, doctu, addita rus, fit docturus.

Declina doceo per primas perſonas, ſingulares.

Doceo, docebam, docui, docueram, docebo. vtinam docerem, docuiſſem, doceam. cum doceam, docerem, docuerim, docuiſſem, docuero.

Declina per ſecundas.

Doces, docebas, docuiſti, docueras, docebis. doce tu, doceto tu, vtinam doceres, docuiſſes, doceas. cum doceas, doceres, docueris, docuiſſes, docueris. & ſic totum verbum: aliquando etiam retrorſum ſic, Cum docuero, docuiſſem, docuerim, docerem, doceam. vtinã doceam, docuiſſem, docerem. docebo, docueram, docui, docebam, doceo. ſed hoc non eſt faciendum, niſi ei, qui iam curſim uerba declinet.

Dic præteritum perfectum a mordeo, & deriuata ab eo.

Momordi,momorderã,momordiſſem , momorderim, momordiſſem,momordero,momordiſſe.

Dic præteritum a remordeo,& deriuata.

Remordi,remorderam,remordiſſem,remorderim,remordiſſem,remordero,remordiſſe.

Quare non dixiſti remomordi? Quia quæ geminant ſyllabam in præterito,ſi componantur,non etiam geminant,niſi a do,ſto,poſco,& diſco compoſita.

Dic prçteritum a pendeo,& deducta ab eo.

Pependi,pependeram , pependiſſem , pependerim,pependiſſem,pependero,pependiſſe.

Dic præteritum a ſpondeo,tondeo,reſpondeo, iubeo,algeo,lugeo,cum deriuatis.

Spopondi,ſpoponderam,ſpopondiſſem,ſpoponderim, ſpopondiſſem,ſpopondero,ſpopondiſſe.

Totondi,totonderam , totondiſſem,totonderim,totondiſſem,totondero,totondiſſe.

Reſpondi,reſponderam, reſpondiſſem,reſponderim,reſpondiſſem,reſpondero,reſpondiſſe.

Iuſſi , iuſſeram,iuſſiſſem , iuſſerim , iuſſiſſem , iuſſero, iuſſiſſe.

Alſi , alſeram , alſiſſem , alſerim , alſiſſem , alſero , alſiſſe.

Luxi , luxeram , luxiſſem , luxerim , luxiſſem, luxero, luxiſſe.

Doceor quomodo flectitur?

Indicatiuo modo , tempore prçſenti, S. ego doceor, tu doceris uel docere,ille docetur. P.nos docemur,uos docemini,illi docentur.Præterito imperfecto, S ego docebar,tu docebaris uel docebare , ille docebatur. P.nos docebamur.uos docebamini, illi docebantur. Præterito perfecto,S. ego doctus ſum uel fui, tu doctus es uel fuiſti,ille doctus uel fuit. P. nos docti ſumus uel fuimus , uos docti eſtis uel fuiſtis, illi docti ſunt,fuerunt,uel fuere.Et in feminino genere,S. ego docta ſum uel fui,tu docta es uel fuiſti, illa docta eſt

vel fuit. P. nos doctæ ſumus vel fuimus, vos doctæ eſtis uel fuiſtis, ille doctæ ſunt, fuerunt vel fuere. Et in neutro genere, S. ego doctum ſum vel fui, tu doctum es vel fuiſti, illud doctum eſt vel fuit. Plur. nos docta ſumus vel fuimus, vos docta eſtis vel fuiſtis, illa docta ſunt fuerunt vel fuere. Præterito pluſquamperfecto, S. ego doctus eram vel fueram, tu doctus eras vel fueras, ille doctus erat vel fuerat. P. nos docti eramus vel fueramus. vos docti eratis vel fueratis. illi docti erant vel fuerant. & in feminino genere, S. ego docta eram vel fueram, & in neutro genere, S. ego doctum eram vel fueram. Futuro, S. ego docebor, tu doceberis, vel docebere, ille docebitur. P. nos docebimur, vos docebimini, illi docebuntur.

Imperatiuo modo tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam, S. docere tu, doceatur ille. P. docemini vos, doceantur illi. Futuro, S. docetor tu, docetor ille. P. doceminor vos, docentor illi. Doceamur hortandi eſt.

Optatiuo modo tempore præſenti, & præterito imperfecto, S. vtinam ego docerer, tu docereris vel docerere, ille doceretur. P. nos doceremur, vos doceremini, illi docerentur. Præterito perfecto, & pluſquāperfecto. S. vtinam ego doctus eſſem vel fuiſſē, tu doctus eſſes vel fuiſſes, ille doctus eſſet vel fuiſſet. P. vtinā nos docti eſſemus vel fuiſſemus, vos docti eſſetis vel fuiſſetis, illi docti eſſent vel fuiſſent. & in feminino genere, vtinam ego docta eſſem vel fuiſſem. & in neutro, vtinam ego doctum eſſem vel fuiſſem. Futuro, S. vtinam ego docear, tu docearis vel doceare, ille doceatur. P. vtinam nos doceamur, uos doceamini, illi doceantur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum ego docear, tu docearis vel doceare, ille doceatur. P. cum nos doceamur, vos doceamiui, illi doceantur. Præterito imperfecto, S. cū ego docerer, tu docereris vel

doceremur, ille doceretur. P. cum nos doceremur, vos doceremini, illi docerentur. Præterito perfecto, S. cum ego doctus ſim vel fuerim, tu doctus ſis vel fueris, ille doctus ſit vel fuerit. P. cum nos docti ſimus vel fuerimus, vos docti ſitis vel fueritis, illi docti ſint vel fuerint. & in feminino genere, S. cum ego docta ſim vel fuerim. & in neutro, S. cum ego doctum ſim vel fuerim. Præterito plusquamperfecto, S. cum ego doctus eſſem vel fuiſſem, tu doctus eſſes vel fuiſſes, ille doctus eſſet vel fuiſſet. P. cum nos docti eſſemus vel fuiſſemus, vos docti eſſetis vel fuiſſetis, illi docti eſſent vel fuiſſent, & in feminino genere, S. cum ego docta eſſem vel fuiſſem. & in neutro, S. cũ ego doctũ eſſem vel fuiſſem. Futuro, S cum ego doctus ero vel fuero, tu doctus eris vel fueris, ille doctus erit vel fuerit P. cum nos docti erimus vel fuerimus, vos docti eritis vel fueritis, illi docti erunt vel fuerint, & in feminino genere, S. cum ego docta ero vel fuero. & in neutro, S. cum ego doctum ero vel fuero.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, doceri. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto doctum eſſe vel fuiſſe. Futuro doctum iri.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo paſſiuo? Duo. Quæ? alterum præteriti perfecti, & pluſquamperfecti temporis in ctus, quod eſt, doctus, ideſt, qui doctus eſt vel fuit. alterum futuri in dus, quod eſt docendus, id eſt qui docebitur.

Doctus vnde formatur? ab vltimo ſupino. Quomodo? Doctum doctu, addita s fit doctus.

Doctus vnde formatur? A genitiuo ſui præſentis participii. Quomodo docens, docentis, tis in dus fit docendus.

Docetur imperſonale quomodo flectitur?

Indicatiuo modo tempore præſenti, Docetur. Præterito imperfecto, docebatur. Præterito perfecto, doctum eſt vel fuit. Præterito pluſquamperfecto, doctum

erat vel fuerat. Futuro docebitur.
Imperatiuo modo, tempore præſenti, doceatur. Futuro, docetor.
Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, vtinam doceretur. Præterito perfecto & pluſquã perfecto, vtinam doctus eſſet vel fuiſſet. Futuro, vtinam doceatur.
Subiunctiuo modo, tempore præſenti, cum doceatur. Præterito imperfecto, cum doceretur. Præterito perfecto, cum doctum ſit vel fuerit. Præterito pluſquam perfecto. cum doctum eſſet vel fuiſſet. Futuro cum doctum erit uel fuerit.
Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, doceri. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, doctum eſſe, vel fuiſſe. Futuro doctum iri.

Lego quomodo inflectitur?

INdicatiuo modo, tempore præſenti, S. ego lego, tu legis, ille legit. P. nos legimus, vos legitis, illi legunt. Præterito imperfecto, S. ego legebam, tu legebas, ille legebat. P. nos legebamus, vos legebatis, illi legebant. Præterito perfecto, S. ego legi, tu legiſti, ille legit. P. nos legimus, vos legiſtis, illi legerunt vel legere. Præterito pluſquamperfecto, S. ego legeram, tu legeras, ille legerat. P. nos legeramus, vos legeratis, illi legerant. Futuro, S. ego legam, tu leges, ille leget. P. nos legemus, vos legetis, illi legent.
Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam, S. lege tu, legat ille. P. legite vos, legant illi. Futuro, S. legito tu, legito ille. P. legitote vos, legunto illi. Nam legamus, vt dictum eſt, hortandi eſt magis.
Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, S. vtinam ego legerem, tu legeres, ille legeret. P. vtinam nos legeremus, vos legeretis, illi legerent. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, S. vtinam ego legiſſem, tu legiſſes, ille legiſſet. P. vtinam nos le-

giſſemus,vos legiſſetis,illi legiſſent.Futuro,S. vtinã ego legam,tu legas,ille legat.P.vtinam nos legamus, vos legatis,illi legant.

Subiunctiuo modo, tempore pręſenti, S.cum ego legam,tu legas,ille legat.P.cum nos legamus,uos legatis,illi legant.Præterito imperfecto,S.cum ego legerem,tu legeres,ille legeret.P.cũ nos legeremus, vos legeretis,illi legerent.Præterito perfecto,S.cũ ego legerim,tu legeris,ille legerit.P. cum nos legerimus, vos legeritis,illi legerint.Præterito pluſquamperfecto,S.cum ego legiſſem,tu legiſſes,ille legiſſet.P.cũ nos legiſſem⁹,vos legiſſetis,illi legiſſent.Futuro,Singulariter cum ego legero,tu legeris,ille legerit.P.cũ nos legerimus,vos legeritis,illi legerint.

Infinitiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto,legere.Præterito perfecto, & pluſquamperfecto legiſſe Futuro,lectum ire,vel lecturum eſſe. Gerundia.vel participialia nomina,legendi,legendo,legendum.Supina,lectum,lectu.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? Duo. Quæ?Alterum præſentis&præteriti imperfecti temporis,in ns,quod eſt legens, ideſt qui legit,vel legebat.alterum futuri in rus, quod eſt lecturus, ideſt qui leget.

Legens vnde formatur? A prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi.Quomodo?legebam, bam in ns fit legens.

Lecturus vnde formatur; Ab vltimo ſupino.Quomodo? Lectum,lectu,addita rus fit lecturus.

Dic præteritum a cano,cado, cædo, & quæ a præterito deducta ſunt,& participia.

Cecini,cecineram,ceciniſſem,cecinerim, ceciniſſem, cecinero,ceciniſſe,canens,& canturus. Cecidi,cecideram, cecidiſſem,ceciderim,cecidiſſem,cecidero, cecidiſſe,cadens,& caſurus. Cecidi,cecideram,cecidiſſem,ceciderim,cecidiſſem,cecidero,cecidiſſe,cæ-

dens & cæſurus.
Dic præteritum a ludo, ſterno, impingo, cum deriuatis & participiis.
Luſi, luſeram, luſiſſem, luſerim, luſiſſem, luſero, luſiſſe, ludens, & luſurus.
Straui, ſtraueram, ſtrauiſſem, ſtrauerim, ſtrauiſſem, ſtrauero, ſtrauiſſe, ſternens, & ſtraturus.
Impegi, impegeram, impegiſſem, impegerim, impegiſſem, impegero, impegiſſe, impingens, & impacturus.
Legor quomodo flectitur?
Indicatiuo modo, tempore præſenti, S. ego legor, tu legeris vel legere, ille legitur. P. nos legimur, vos legimini, illi leguntur. Præterito imperfecto, S. ego legebar, tu legebaris vel legebare, ille legebatur. P. nos legebamur, vos legebamini, illi legebantur. Præterito perfecto, S. ego lectus ſum vel fui, tu lectus es vel fuiſti, ille lectus eſt vel fuit. P. nos lecti ſumus vel fuimus, vos lecti eſtis vel fuiſtis, illi lecti ſunt, fuerũt vel fuere. Præterito pluſquamperfecto, S. ego lectus eram vel fueram, tu lectus eras vel fueras, ille lectus erat vel fuerat. P. nos lecti eramus vel fueramus, vos lecti eratis vel fueratis, illi lecti erant vel fuerant. Futuro, S. ego legar, tu legeris, vel legere, ille legetur. P. nos legemur, vos legemini, illi legentur.
Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam, S. legere tu, legatur ille. P. legimini vos, legantur illi. Futuro, S. legitor tu, legitor ille. P. legiminor vos, leguntor illi. Legamur nos, hortandi potius.
Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, S. vtinam ego legerer, tu legereris vel legerere, ille legeretur. P. vtinam nos legeremur, vos legeremini, illi legerentur. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, S. vtinam ego lectus eſſem vel fuiſſem, tu lectus eſſes vel fuiſſes, ille lectus eſſet vel fuiſſet. P. vtinam nos lecti eſſemus vel fuiſſemus, vos lecti eſſetis,

rat,vel fuerat.Futuro,legetur.

Imperatiuo modo,tempore præſenti, legetur. Futuro, legitor.

Optatiuo modo, tempore præſenti,& præterito imperfecto vtinam legeretur. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto,vtinam lectum eſſet vel fuiſſet. Futuro,vtinam legatur.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti,cum legatur.Præterito imperfecto, cum legeretur. Præterito perfecto,cum lectum ſit vel fuerit.Præterito pluſquamperfecto,cum lectum eſſet vel fuiſſet. Futuro, cum lectum erit vel fuerit.

Infinitiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto,legi.Præterito perfecto & pluſquamperfecto, lectum eſſe vel fuiſſe.Futuro,lectum iri.

Audio quomodo declinatur?

Indicatiuo modo,tempore præſenti,S.ego audio,tu audis,ille audit. P. nos audimus, vos auditis, illi audiunt.Præterito imperfecto,S.ego audiebam, tu audiebas,ille audiebat.P.nos audiebamus, vos audiebatis, illi audiebant.Præterito perfecto,S.ego audiui, tu audiuiſti, ille audiuit. P. nos audiuimus, vos audiuiſtis, illi audiuerunt vel audiuere. & per ſyncopen, S. ego audii,tu audiiſti, ille audiit. P. nos audiimus,vos audiiſtis,illi audierunt vel audiere.Præterito pluſquamperfecto.S.ego audiueram,tu audiueras, ille audiuerat.P.nos audiueramus,vos audiueratis,illi audiuerãt.& per ſyncopen,S.ego audierã,tu audieras,ille audierat.P.nos audieramus,vos audieratis,illi audierant. Futuro,S.ego audiam,tu audies,ille audiet.P.nos audiemus,vos audietis,illi audient.

Imperatiuo modo,tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonã, S.audi tu,audiat ille.P.audite vos, audiant illi.Futuro,S.audito tu,audito ille. P. auditote uos,audiunto illi.Nam audiamus,hortandi eſt, non imperandi.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, S. vtinam ego audirem, tu audires, ille audiret. P. vtinam nos audiremus, vos audiretis, illi audirent. Præterito perfecto & pluſquamperfecto, S. vtinam ego audiuiſſem, tu audiuiſſes, ille audiuiſſet. P. vtinã nos audiuiſſemus, vos audiuiſſetis, illi audiuiſſẽt. & per conciſionem, S. vtinam ego audiiſſem, tu audiiſſes, ille audiiſſet. P. vtinã nos audiiſſem⁹, vos audiiſſetis, illi audiiſſent. & per ſynæreſin, S. vtinam ego audiſſem, tu audiſſes, ille audiſſet. P. vtinam nos audiſſemus, vos audiſſetis, illi audiſſẽt. Futuro, vtinam ego audiam, tu audias, ille audiat. P. vtinam nos audiamus, vos audiatis, illi audiant.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum ego audiam, tu audias, ille audiat. P. cum nos audiamus, vos audiatis, illi audiant. Præterito imperfecto. S. cũ ego audirem, tu audires, ille audiret. P. cũ nos audiremus, uos audiretis, illi audirent. Præterito perfecto, S. cum ego audiuerim, tu audiueris, ille audiuerit. P. cum nos audiuerimus, vos audiueritis, illi audiuerint. & p ſyncopen, S. cum audierim, tu audieris, ille audierit. P. cũ nos audierimus, vos audieritis, illi audierint. Præterito pluſquamperfecto, S. cum ego audiuiſſem, tu audiuiſſes, ille audiuiſſet. P. cum nos audiuiſſemus, vos audiuiſſetis, illi audiuiſſent. & per ſyncopen, S. cum ego audiiſſẽ. & per ſynæreſim, audiſſem. Futuro, S. cũ ego audiuero, tu audiueris, ille audiuerit. P. cum nos audiuerimus, vos audiueritis, illi audiuerint. & per conciſionem, S. cum audiero, audieris, audierit. P. cum audierimus, audieritis, audierint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto audire. Præterito perfecto & pluſquamperfecto audiuiſſe. & per conciſionem, audiiſſe. & per ſynæreſin, audiſſe. Futuro, auditũ ire vel auditurũ eſſe.

Gerundia vel participialia nomina, audiendi, audiendo audiendum. Supina, auditum auditu.

Quot

Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? Duo: Quæ? Alterum præſentis,& præteriti imperfecti tẽporis in ns,quod eſt audiens,id eſt qui audit vel audiebat:alterum futuri in rus, quod eſt auditurus, id eſt qui audiet.

Audiens vnde formatur? A prima perſona prꝗteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? Audiebam, bam in ns fit audiens.

Auditurus vnde formatur? Ab vltimo ſupino. Quomodo? Auditum auditu,addita rus fit auditurus.

Da præteritum a præſagio, cum deriuatis, & participiis.

Præſagiui.præſagiueram.præſagiuiſſem.præſagiuerim. præſagiuiſſem.præſagiuero.præſagiuiſſe.prꝗſagiens. præſagiturus. Et per conciſionem præſagii.præſagieram.præſagiiſſem.præſagierim.præſagiiſſem.præſagiero.præſagiiſſe.

Dic præteritum a ſalio tam pro ſale,quam pro ſaltatione,cum deriuatis,& participiis.

Salui.ſalueram. ſaliuiſſem, verim.viſſem. vero.viſſe. ſaliens,ſaliturus per ſimplex l,pro ſale.pro ſaltatione vero ſalui.ſaluerã.ſaluiſſem.ſaluerim.ſaluiſſem.ſaluero.ſaluiſſe.ſaliens,& ſalturus.

Dic præteritum a raucio,venio,&væneo, cum deriuatis & participiis.

Rauſi.rauſeram.rauſiſſem.rauſerim.rauſiſſem.rauſero. rauſiſſe.rauciens.& rauſurus.

Veni.veneram.veniſſem.venerim.veniſſem.venero.veniſſe.& veniens,& venturus.

Væniui.uænieram. væniuiſſem. væniuerim. vꝗniuiſſem.væniuero.væniuiſſe,væniẽs,væneuntis,&vænurꝰ regulariter faceret,ſed nõ legi a væneo participia.

Audior quomodo flectitur.

Indicatiuo modo,tempore præſenti. S. ego audior,tu audiris vel audire, ille auditur. P. nos audimur,vos audimini,illi audiuntur. Præterito imperfecto, S.ego

audiebar, tu audiebaris vel audiebare, ille audiebatur. P. nos audiebamur, vos audiebamini, illi audiebantur. Præterito perfecto, Sing. in maſculino genere. ego auditus ſum vel fui, tu auditus es vel fuiſti, ille auditus eſt vel fuit. P. nos auditi ſumus vel fuimus, vos auditi eſtis vel fuiſtis, illi auditi ſunt fuerũt vel fuere. In feminino genere, ego audita ſum vel fui, tu audita es vel fuiſti, illa audita eſt vel fuit. Pluraliter nos auditæ ſumus vel fuimus, vos auditæ eſtis vel fuiſtis, illæ auditæ ſunt, fuerunt vel fuere. In neutro genere ego auditum ſum vel fui, tu auditum es vel fuiſti, illud auditum eſt vel fuit. P. nos audita ſumus vel fuimus, vos audita eſtis vel fuiſtis, illa audita ſunt fuerunt vel fuere. præterito pluſquamperfecto, S. in maſculino, ego auditus eram vel fueram, tu auditus eras vel fueras, ille auditus erat vel fuerat. plural. nos auditi eramus vel fueramus, uos auditi eratis vel fueratis, illi auditi erant vel fuerant. In feminino, ego audita eram vel fueram. In neutro, ego auditum erã vel fueram. Futuro, S. ego audiar, tu audieris vel audiere, ille audietur. P. nos audiemur, vos audiemini, illi audientur.

Imperatido modo, tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam, Sing. audire tu, audiatur ille. P. audimini vos, audiantur illi. Futuro, S. auditor tu, auditor ille. P. audiminor uos, audiuntor illi. Audiamur hortandi eſt, non imperandi.

Optatiuo modo, tempore pręſenti, & præterito imperfecto, S. vtinam ego audirer, tu audireris vel audirere, ille audiretur. P. vtinam nos audiremur, vos audiremini, illi audirentur. præterito perfecto, & pluſquamperfecto in maſculino genere, S. vtinam ego auditus eſſem vel fuiſſem, tu audit⁹ eſſes vel fuiſſes, ille auditus eſſet vel fuiſſet. Plu. vtinam nos auditi eſſem⁹ vel fuiſſemus, vos auditi eſſetis vel fuiſſetis, illi auditi eſſent vel fuiſſent. In feminino vtinã ego audita eſſẽ

vel fuiſſem.In neutro,vtinam ego auditum eſſem vel fuiſſem Futuro,S.vtinam ego audiar,tu audiaris,vel audiare,ille audiatur. P. vtinam nos audiamur,vos audiamini,illi audiantur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum ego audiar,tu audiaris vel audiare,ille audiatur.P.cum nos audiamur,vos audiamini,illi audiãtur. Præterito imperfecto,S.cum ego audirer,tu audireris vel audirere,ille audiretur.P. cum nos audiremur, vos audiremini,illi audirentur.Præterito perfecto, in maſculino genere,S.cũ ego auditus ſim vel fuerim,tu audit⁹ ſis vel fueris,ille auditus ſit vel fuerit.P.cũ nos auditi ſimus vel fuerimus, vos auditi ſitis vel fueritis, illi auditi ſint vel fuerint. Et in feminino,cũ ego audita ſim vel fuerim. Et in neutro, cũ ego auditũ ſim, vel fuerim.Præterito pluſquamperfecto,in maſculino genere,S.cũ ego auditus eſſem vel fuiſſem,tu auditus eſſes vel fuiſſes,ille auditus eſſet uel fuiſſet.P.cum nos auditi eſſemus uel fuiſſemus, uos auditi eſſetis uel fuiſſetis,illi auditi eſſent uel fuiſſent.In feminino,cũ ego audita eſſem vel fuiſſem,tu audita eſſes uel fuiſſes,illa audita eſſet uel fuiſset.P.cum nos auditæ eſſemus uel fuiſsemus,vos auditæ eſsetis uel fuiſsetis, illæ auditę eſsent uel fuiſsent. In neutro,cũ ego auditũ eſsem uel fuiſsem,tu auditum eſses uel fuiſses, illud auditum eſset uel fuiſset.P.cum nos audita eſsemus uel fuiſsemus,vos audita eſsetis uel fuiſsetis, illa audita eſsent uel fuiſsent.Futuro in maſculino genere, S.cũ ego auditus ero vel fuero,tu auditus eris vel fueris,ille auditus erit vel fuerit.P.cũ nos auditi erimus uel fuerimus,uos auditi eritis uel fueritis, illi auditi erunt uel fuerint. In feminino, cum ego audita ero uel fuero.In neutro cum ego auditum ero uel fuero.

Infinitiuo modo,tẽpore præſenti,& præterito imperfecto,audiri.Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, auditum eſſe uel fuiſſe. Futuro auditum iri.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo paſſiuo? Duo:alterum præteriti perfecti,& pluſquamperfecti temporis in tus,quod eſt auditus . id eſt qui auditus eſt vel fuit,vel qui auditus erat vel fuerat.alterum futuri in dus,quod eſt audiendus,qui audietur.

Auditus vnde formatur? Ab vltimo ſupino. Quomodo? Auditum auditu,addita s,fit auditus.

Audiendus vnde formatur? A genitiuo ſui præſentis participii. Quomodo? Audiens audientis,tis in dus, fit audiendus.

Auditur imperſonale quomodo flectitur?

Indicatiuo modo,tempore præſenti, auditur. Præterito imperfecto,audiebatur. Præterito perfecto,auditum eſt vel fuit. Pręterito pluſquamperfecto auditum erat vel fuerat. Futuro,audietur.

Imperatiuo modo tempore præſenti, audiatur. Futuro auditor.

Optatiuo modo,tempore præſenti, vtinam audiretur. Præterito perfecto,& pluſquamperfecto, vtinam auditum eſſet, vel fuiſſet. Futuro, vtinam audiatur.

Subiunctiuo modo, tempore pręſenti, cum audiatur. Præterito imperfecto,cum audiretur. Præterito perfecto,cum auditum ſit, vel fuerit. Pręterito pluſquam perfecto,cum auditum eſſet, vel fuiſſet. Futuro,cum auditum erit vel fuerit.

Infinitiuo modo,tẽpore præſenti,& præterito imperfecto,audiri. Præterito perfecto,& pluſquamperfecto, auditum eſſe vel fuiſſe. Futuro,auditum iri.

Sum es eſt quomodo flectitur?

Indicatiuo modo ,tempore præſenti, S. ego ſum, tu es, ille eſt. P. nos ſumus, vos eſtis, illi ſunt. Præterito imperfecto, S. ego eram, tu eras, ille erat. P. nos eramus, vos eratis, illi erant. Præterito perfecto, S. ego fui, tu fuiſti, ille fuit. P. nos fuimus, vos fuiſtis, illi fuerũt vel fuere. Præterito pluſquamperfecto, S. ego fueram, tu fueras, ille fuerat. Plu. nos fueramus, uos fue-

ratis,illi fuerant. Futuro, S. ego ero,tu eris, ille erit. P.nos erimus,vos eritis,illi erunt.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam, S. ſis vel es tu, ſit ille. P.eſte vos, ſint illi. Futuro, S. eſto tu,eſto ille. Pluraliter eſtote vos,ſunto illi.Simus nos,hortandi eſt,non imperandi.

Optatiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto,S. vtinam ego eſſem,tu eſſes, ille eſſet. Plurali. vtinam nos eſſemus, vos eſſetis, illi eſſent. Præterito perfecto,& pluſquamperfecto, S. vtinam ego fuiſſē, tu fuiſſes,ille fuiſſet. P. vtinam nos fuiſſemus,vos fuiſſetis,illi fuiſſent. Futuro,S. vtinam ego ſim,tu ſis, ille ſit. P. vtinam nos ſimus,vos ſitis,illi ſint.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S.cum ego ſim, tu ſis,ille ſit. P.cum nos ſimus,vos ſitis,illi ſint. Præterito imperfecto, S. cum ego eſſem, tu eſſes, ille eſſet. P.cum nos eſſemus, vos eſſetis,illi eſſent. Præterito perfecto, S. cum ego fuerim, tu fueris, ille fuerit. P.cum nos fuerimus,vos fueritis,illi fuerint. Præterito pluſquamperfecto, S. cum ego fuiſſem, tu fuiſſes, ille fuiſſet. P.cum nos fuiſſemus, vos fuiſſetis, illi fuiſſent. Futuro,S.cum ego fuero,tu fueris,ille fuerit. P. cum nos fuerimus,vos fueritis,illi fuerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & pręterito imperfecto,eſſe Præterito perfecto,& pluſquam perfecto,fuiſſe Futuro caret,ſed pro eo vtimur fore, & futurum eſſe Gerundiis,& ſupinis caret.

Quot participia aſſignantur huic uerbo? Duo, alterum pręſentis & præteriti imperfecti temporis in ns, quod eſt ens,id eſt qui eſt,vel qui erat, alterum futuri in rus,quod eſt futurus,id eſt qui erit.

Ens vnde formatur? A prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? Eram ram in ns,fit ens. Futurus unde formatur? Ab futu antiquo ſupino,adiectione rus. Et ut ſum,declinabis protum, præ

ſum,adſum,abſum,obſum,interſum,deſum,& cetera.quæ a ſum componuntur:præter poſſum, quod facit præteritum potui.a præſum,præſens:& ab abſum abſens ſunt participia.cetera inſtantis participia non habent.

Adſum quomodo flectitur?

Indicatiuo modo,tépore præſenti,S.adſum ades adeſt. P.adſumus adeſtis adſunt. præterito imperfecto,S.aderam aderas aderat.Plu. aderamus aderatis aderát. præterito perfecto,Sing.affui affuiſti affuit.Plu.affuimus affuiſtis affuerunt uel affuere.præterito pluſquã perfecto,Sing. affueram affueras affuerat. Plu. affueramus affueratis affuerant. Futuro,Sing.adero aderis aderit.Plu.aderimus aderitis aderunt.

Imperatiuo modo, tempore præſenti,ad ſecundam,& tertiam perſonam,S.adſis vel ades,adſit.P.adeſte adſint.Futuro,S.adeſto tu, adeſto ille.P.adeſtote adſint. Adſimus,hortandi eſt.

Optatiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto.S. vtinam adeſsem adeſses adeſset. P utinam adeſsemus adeſsetis adeſsent. præterito perfecto, & pluſquamperfecto,Sing. vtinam affuiſſem affuiſſes affuiſset.Plur.vtinam affuiſsemus affuiſsetis affuiſſent.Futuro,Sing. vtinam adſim adſis adſit. Plurali. utinam adſimus adſitis adſint.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti,S.cum adſim adſis adſit.P.cum adſimus adſitis adſint. præterito imperfecto,S.cum adeſſem adeſses adeſset.P.cum adeſſemus adeſsetis adeſsent. præterito perfecto, S. cum affuerim affueris affuerit.P.cum affuerimus affueritis affuerint.præterito pluſquamperfecto,S.cũ affuiſſem affuiſses affuiſset.P. cum affuiſsemus affuiſsetis affuiſſent.Futuro,S.cum affuero affueris affuerit.P. cum affuerimus affueritis affuerint.

Indicatiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto,adeſse. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto,affuiſse. Futuro caret,ſed pro eo vtimur affore, & affuturum eſse Gerundiis,& ſupinis caret. Habet vnum participium,affuturus.

Poſſum quomodo flectitur?

Indicatiuo modo,tempore præſenti,S. poſsum potes poteſt. P. poſsumus poteſtis poſsunt. Imperfecto,S. poteram poteras poterat. Pluraliter poteramus poteratis poterant. Perfecto, ſingulariter potui potuiſti potuit. Pluraliter potuimus potuiſtis potuerunt uel potuere. Pluſquamperfecto, S. potueram potueras potuerat. P. potueramus potueratis potuerant. Futuro,S. potero poteris poterit. Pluraliter poterimus poteritis poterunt.

Imperatiuo modo,tempore præſenti, Singulariter poſſis,poſsit Plu. poteſte,poſsint. Futuro,S. poteſto poteſto. P. poteſtote poſsunto. Poſsimus,hortandi eſt nō imperandi.

Optatiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto,S. vtinam poſsem poſses poſset. P. vtinam poſſemus poſsetis poſsent. Præterito perfecto & pluſquā perfecto,Singulariter vtinam potuiſsem potuiſses potuiſset. Pluraliter vtinam potuiſsemus potuiſsetis potuiſsent. Futuro,S. vtinam poſsim poſsis poſsit. Pluraliter vtinam poſsimus poſsitis poſsint.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum poſsim poſsis poſsit. P. cum poſsimus poſsitis poſsint. Imperfecto,S. cum poſsem poſses poſset. P. cum poſsemus poſsetis poſsent. Perfecto, S. cum potuerim potueris potuerit. P. cum potuerimus potueritis potuerint. Pluſquamperfecto, S. cum potuiſsem potuiſses potuiſset. P. cum potuiſsemus potuiſsetis potuiſsēt. Futuro,S. cum potuero potueris potuerit. P. cum potuerimus potueritis potuerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & imperfecto,

poſſe,perfecto,& pluſquamperfecto, potuiſſe.ſine fu turo,& ceteris.Potens melius eſt nomen.

Volo vis vult quomodo flectitur?

Indicatiuo modo,tempore præſenti,S. ego volo, tu vis, ille vult.P.nos volumus, vos vultis, illi volunt.Præterito imperfecto,S.ego volebam,tu volebas,ille volebat.P.nos volebamus, vos volebatis,illi volebant. Pręterito perfecto, S. ego volui, tu voluiſti, ille voluit.P.nos voluimus,vos voluiſtis,illi voluerunt,vel voluere.Pluſquamperfecto,S.ego volueram,tu uolueras,ille uoluerat.plural.nos uolueramus, uos uolueratis,illi voluerant.Futuro,S.ego volam,tu voles,ille uolet.P.nos volemus,vos uoletis,illi volent.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam,& tertiam perſonam,S.uelis tu,uelit ille.P.velitis uos, uelint illi.Futuro,S.velito tu, uelito ille. P. velitote vos,velint illi.Velimus nos,hortandi eſt.

Optatiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto, S. vtinam ego vellem, tu uelles, ille vellet.P. utinam nos uellemus,uos uelletis,illi uellent. Præterito perfecto & pluſquamperfecto,S.vtinam ego uoluiſſem,tu uoluiſſes,ille uoluiſſet.P.utinam nos uoluiſſemus,uos uoluiſſetis, illi uoluiſſent. Futuro,S. utinam ego velim,tu uelis,ille uelit.P.utinam nos velimus,vos uelitis,illi uelint.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum ego velim, tu uelis, ille uelit P.cum nos uelimus,uos uelitis,illi velint. præterito perfecto. S. cum ego uellem,tu uelles,ille vellet.P.cũ nos uellemus,uos velletis,illi vellent.præterito perfecto, S. cum ego uoluerim,tu uolueris,ille uoluerit.P.cum nos voluerimus, uos uolueritis,illi uoluerint.Præterito pluſquamperfecto,S.cũ ego voluiſſem,tu uoluiſſes, ille voluiſſet, P.cũ nos voluiſſemus,uos uoluiſſetis, illi voluiſſent. Futuro,S.cum ego voluero,tu uolueris,illi uoluerit. P.cum nos voluerimns,uos volueritis,illi uoluerint.

Infinitiuo modo tempore præſenti,& præterito imperfecto, velle. Præterito perfecto & pluſquamperfecto, voluiſſe ſine futuro.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo neutro? Vnũ, volens.

Volens vnde formatur? A prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? Volebam, bam, in ns fit volens,

Malo, mauis, quomodo flectitur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, S. Malo, mauis, mauult. P. malumus, mauultis, malunt. Præterito imperfecto, S. malebam, malebas, malebat. P. malebamus, malebatis, malebãt. Perfecto, S. malui, maluiſti maluit. P. maluimus, maluiſtis, maluerunt, vel maluere. Pluſquamperfecto. S. malueram, malueras, maluerat. P. malueramus, malueratis, maluerant. Futuro, S. magis volam, voles, volet. P. magis volemus, voletis, volent.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam & tertiã perſonam, S. malis tu, malit ille. P. malitis vos, malint illi. Futuro, S. malito tu, malito ille. P. malitote vos, malint illi. Malimus nos, hortandi eſt.

Optatiuo modo, tempore præſenti,& præterito imperfecto, vtinam ego mallem, malles, mallet. P. vtinam mallemus, malletis, mallẽt. Præterito perfecto,& pluſquamperfecto, S. vtinam maluiſſem, maluiſſes, maluiſſet. P. vtinam maluiſſemus, maluiſſetis, maluiſſent. Futuro, S. vtinam malim, malis, malit. P. vtinam malimus, malitis, malint.

Subiunctiuo modo tempore præſenti, Singu. cum malim, malis, malit. P. cum malimus, malitis, malint. Præterito imperfecto, S. cum mallem, malles, mallet. P. cum mallemus, malletis, mallent. Præterito perfecto, S. cum maluerim, malueris, maluerit. P. cũ maluerimus, malueritis, maluerint. Præterito pluſquam perfecto, S. cum maluiſſem, maluiſſes, maluiſſet. P. cũ

maluiſſemus, maluiſſetis, maluiſſent. Futuro, S. cum maluero, malueris, maluerit. P. cum maluerimus, malueritis, maluerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & imperfecto. malle. Perfecto, & pluſquamperfecto, maluiſſe. ceteris caret.

Nolo quomodo flectitur.

Indicatiuo modo, tempore præſenti, S. nolo, non vis, non vult. Plur. nolumus, non vultis, nolunt. Imperfecto, nolebam. Perfecto, nolui. Pluſquamperfecto, nolueram. Futuro, non volam, & nolam. Marcus Tullius lib. 11. epiſt. Sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. A. Gellius lib. xii. cap. 11. Hoc qui nolet diutius apud ſe quærere.

Imperatiuo, S. noli, nolit. P. nolite, nolint. Futuro, nolito tu, nolito ille. P. nolitote, nolint. Nolimus, hortandi eſt.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & imperfecto S. utinam nollem. Perfecto, & pluſquamperfecto, vtinam noluiſſem. Futuro, vtinam nolim.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum nolim. Imperfecto, cum nollem. perfecto cum noluerim, pluſquamperfecto, cum noluiſſē. Futuro, cũ noluero.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & imperfecto, nolle. perfecto & pluſquamperfecto, noluiſſe. ſine futuro, cum vno participio nolens.

Fero quomodo declinatur.

Indicatiuo modo, tempore præſenti, S. ego fero, tu fers, ille fert. P. nos ferimus, vos fertis, illi ferunt. Præterito imperfecto, S. ego ferebam, tu ferebas, ille ferebat. pluraliter nos ferebamus, vos ferebatis, illi ferebant. præterito perfecto, S. ego tuli, tu tuliſti, ille tulit. plur. nos tulimus, vos tuliſtis, illi tulerunt, vel tulere. præterito pluſquamperfecto, S. ego tuleram, tu tuleras, ille tulerat. P. nos tulera-

mus, vos tuleratis, illi tulerant. Futuro, S. ego ferã, tu feres; ille feret. P. nos feremus, vos feretis, illi ferent.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam, & tertiam perſonam, S. fer tu, ferat ille. P. ferte vos, ferant illi. Futuro, S. ferto tu, ferto ille. P. fertote uos, ferunto illi. Feramus nos hortandi eſt.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto. S. vtinam ego ferrem, tu ferres, ille ferret. pluraliter utinam nos ferremus, vos ferretis illi ferrent, præterito perfecto, & pluſquamperfecto, S. utinam ego tuliſſem, tu tuliſſes, ille tuliſſet. plu. utinam nos tuliſſemus, vos tuliſſetis, illi tuliſſent. Futuro, S. utinã ego feram, tu feras, ille ferat. plur. utinam nos feramus, uos feratis, illi ferant.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum ego feram, tu feras, ille ferat. P. cum nos feramus, uos feratis, illi ferant. præterito perfecto, S. cum ego ferrem, tu ferres, ille ferret. pluraliter cum nos ferremus, uos ferretis, illi ferrent. præterito perfecto, S. cum ego tulerim, tu tuleris, ille tulerit. P. cum nos tulerimus, vos tuleritis, illi tulerint. præterito pluſquamperfecto, S. cum ego tuliſſem, tu tuliſſes, ille tuliſſet. plu. cum nos tuliſſemus, uos tuliſſetis, illi tuliſſent. Futuro, S. cum ego tulero, tu tuleris, ille tulerit. P. cum nos tulerimus, uos tuleritis, illi tulerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto ferre. præterito perfecto & pluſquamperfecto, tuliſſe. Futuro latum ire, uel laturum eſſe.

Gerundia uel participialia nomina, ferendi, ferendo, ferendum. Supina, latum latu.

Quot participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo, Duo. Quæ? Fèrens, & laturus.

Ferens unde formatur? A prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo? Ferebam, bam in ens, fit ferens.

Laturus vnde formatur? Ab vltimo ſupino. Quo-

modo? Latum, latu, addita rus fit laturus.

Feror quomodo declinatur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, S. ego feror, tu feris, vel ferre, ille fertur. P. nos ferimur, vos ferimini, illi feruntur. Præterito imperfecto, S ego ferebar, tu ferebaris, vel ferebaṙ, ille ferebatur. P. nos ferebamur, vos ferebamini, illi ferebãtur. Præterito perfecto in maſculino genere, S. ego latus ſum, vel fui, tu latus es, vel fuiſti, ille latus eſt, vel fuit. P. nos lati ſumus, vel fuimus, vos lati eſtis, vel fuiſtis, illi lati ſunt, fuerunt vel fuere. In feminino, S. ego lata ſum, vel fui. In neutro, S. ego latum ſum, vel fui. Præterito pluſquamperfecto, S. ego latus eram, vel fueram, tu latus eras, vel fueras, ille latus erat, vel fuerat. P. nos lati eramus, vel fueramus, vos lati eratis, vel fueratis, illi lati erãt, vel fuerant. Futuro, S. ego ferar, tu fereris, vel ferere, ille feretur. P. nos feremur, vos feremini, illi ferentur.

Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam, S. ferre tu, feratur ille. P. ferimini uos, ferantur illi. Futuro, S. fertor tu, fertor ille. P. feriminor vos, feruntor illi. Feramur nos, hortandi eſt, non imperandi.

Optatiuo modo tempore præſenti, & præterito imperfecto, S, vtinam ego ferrer, tu ferreris vel ferrere, ille ferretur. P. vtinam nos ferremur, vos ferremini, illi ferrentur. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, S. vtinam ego latus eſſem, vel fuiſſem, tu latus eſſes, vel fuiſſes, ille latus eſſet, vel fuiſſet. P. vtinam nos lati eſſemus, vel fuiſſemus, vos lati eſſetis, vel fuiſſetis, illi lati eſſent, vel fuiſſent. Futuro, S. vtinam ego ferar, tu feraris, vel ferare, ille feratur. P. vtinam nos feramur, uos feramini, illi ferantur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum ego ferar, tu feraris, vel ferare, ille feratur. P. cum nos feramur, vos feramini, illi ferantur. Præterito imperfecto, S. cum ego ferrer, tu ferreris, vel ferrere, ille ferretur,

P. cum nos ferremur, vos ferremini, illi ferrentur. Præterito perfecto, S. cum ego latus ſim, vel fuerim, tu latus ſis, vel fueris, ille latus ſit, vel fuerit. plur. cum nos lati ſimus vel fuerimus, vos lati ſitis, vel fueritis, illi lati ſint, vel fuerint. Prçterito imperfecto. S. cum ego latus eſſem, vel fuiſſem, tu latus eſſes, vel fuiſſes, ille latus eſſet, vel fuiſſet. plur. cum nos lati eſſemus, vel fuiſſemus, vos lati eſſetis, vel fuiſſetis, illi lati eſſent, vel fuiſſent. Futuro, S. cũ ego latus ero vel fuero, tu latus eris vel fueris, ille latus erit, vel fuerit. p. cum nos lati erimus, vel fuerimus, vos lati eritis, vel fueritis, illi lati erunt, vel fuerint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ferri. præterito perfecto, & pluſquamperfecto, latum eſſe, uel fuiſſe. Futuro, latum iri.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo paſſiuo? Duo. Quæ? Alterum præteriti perfecti, & pluſquam perfecti in rus, quod eſt latus, id eſt qui latus eſt, vel fuit, & qui latus erat, vel fuerat. alterum futuri in dus quod eſt ferendus, id eſt qui feretur.

Latus, vnde formatur? Ab ultimo ſupino. Quomodo? Latum latu, addita s fit latus.

Ferendus, unde formatur? A genitiuo ſui prçſentis participii. Quomodo? Ferens ferentis, tis in dus fit ferendus.

Fertur imperſonale quomodo declinatur.

Indicatiuo modo, tempore præſenti, fertur. præterito imperfecto, ferebatur, præterito perfecto, latum eſt, vel fuit. prçterito pluſquamperfecto, latum erat, uel fuerat. Futuro, feretur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, feratur. Futuro, fertor.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, utinã ferretur. præterito perfecto, & pluſquamperfecto, utinam latum eſſet, uel fuiſſet. Futuro, utinam feratur.

Subiunctiuo modo tempore præſenti, cum feratur. præterito imperfecto, cum ferretur. præterito perfecto, cum latum ſit, vel fuerit. præterito pluſquamperfecto cum latum eſſet, uel fuiſſet. Futuro, cum latum erit, vel fuerit.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ferri. Perfecto, & pluſquamperfecto, latum eſſe, uel fuiſſe. Futuro, latum iri.

Edo anomalum quomodo flectitur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, S. ego edo, tu es, ille eſt. P. nos edimus, uos editis, illi edunt. præterito, imperfecto, S. ego edebam, tu edebas, ille edebat. P. nos edebamus, vos edebatis, illi edebant. præterito perfecto, S. ego edi, tu ediſti, ille edit. P. nos edimus, uos ediſtis, illi ederunt, vel edere. præterito pluſquam perfecto, S. ego ederam, tu ederas, ille ederat. P. nos ederamus, uos ederatis, illi ederant. Futuro, S. ego edã. tu edes, ille edet. P. nos edemus, uos edetis, illi edent.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam, & tertiam perſonam, S. es tu, edat ille. plu. eſte uos, edant illi. Futuro, S. eſto tu, eſto ille. P. eſtote uos, edunto illi. Edamus nos hortandi eſt.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, S. utinam ego eſſem, tu eſſes, ille eſſet. P. utinam nos eſſemus, uos eſsetis, illi eſsent. præterito perfecto, & pluſquamperfecto, S. utinam ego ediſsẽ, tu ediſſes, ille ediſſet. P. utinam nos ediſſemus, uos ediſſetis, illi ediſſent. Futuro, S. utinam ego edam, tu edas, ille edat. P. utinam nos edamus, uos edatis, illi edant.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum ego edam, tu edas, ille edat. plur. cum nos edamus, vos edatis, illi edant. præterito imperfecto, S. cum ego eſsem, tu eſses, ille eſset. P. cum nos eſsemus, uos eſsetis, illi eſsent. præterito perfecto, S. cum ego ederim, tu ederis, ille ederit. p. cum nos ederimus, vos ederitis,

illi ederint. præterito pluſquamperfecto, s. cum ego ediſſem, tu ediſſes, ille ediſſet. p. cum nos ediſſemus, vos ediſſetis, illi ediſſent. Futuro, s. cum ego edero, tu ederis, ille ederit. p. cum nos ederimus, uos ederitis, illi ederint.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, eſſe. præterito perfecto, & pluſquamperfecto, ediſſe. Futuro, eſum ire, uel eſurum eſſe. Gerundia, uel participialia nomina, edendi, edendo, edendum. supina, eſum, eſu.

Quot participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo? Duo. Alterum præſentis, & præteriti imperfecti temporis in ns, quod eſt edens, ideſt, qui eſt, uel edebat. alterum futuri in rus, quod eſt eſurus, ideſt, qui edet.

Edens unde formatur? A prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi. Quomodo, Edebam, bam in ns fit edens.

Eſurus unde formatur? Ab ultimo ſupino. Quomodo? Eſum, eſu, addita rus fit eſurus.

Quod autem edo, es, eſt poſſimus dicere, Virgilius. Eſt mollis flamma medullas. Valerius de Diogene. Idem syracuſis cum holera ei lauanti Ariſtippus dixiſſet: ſi Dionyſio adulari velles, iſta non eſſes: Immo inquit, ſi tu iſta eſſe uelles, Dionyſio non adulareris. Idem quod a doctis dicitur, Eſſe decet, uiuas: uiuere non vt edas.

Edo recte, & antique quomodo flectitur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, s. edo, edis, edit. p. edimus, editis, edunt. Imperfecto, edebam. perfecto, edi pluſquamperfecto, ederam. Futuro, edam. Imperatiuo, ede, edat. Edite, edant. Futuro, edito tu, edito ille.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & imperfecto, s. utinam ederem. perfecto, & pluſquamperfecto, ediſſem. Futuro, edam.

subiunctiuo modo tempore præſenti, cum edam. Im-

perfecto,cum ederem.Perfecto.cum ederim.Pluſquã perfecto,cum ediſſem. Futuro,cum edero.

Infinitiuo modo,tempore præſenti,edere. Prӕterito perfecto,& pluſquam perfecto,ediſſe. Futuro, eſum ire uel eſurum eſſe.

Gerundia,edendi,edendo,edendum.Supina.eſum, eſu. Participia,edens,& eſurus.

Quod edo, edis dixerint antiquiſſimi, Neuius, ut refert Priſcianus,Ipſe aſta,quando edit.Plautus. Qui peredit cibũ. Lucilius. Qui edit ſe,hic comedit me.

Edo habet ne paſſiuum?Maxime.nam uoro, deuoro, edo,comedo paſſiuum habere reperiuntur apud doctos.Plinius libro xx.cap. ix. Et in Aegypto, propter amaritudinem non eſtur.Diomedes ſic inquit,paſſiui imperfecto edebar.Ouidius,Deuorer ante precor ſubito telluris hiatu.& hoc quia poſſent facere tranſitionem ad aliquod rationale animal, ut lupi deuorabunt te. Virgilius.

Nec te tantus edat tacitam dolor. Ennius.

Vulturis in ſiluis miſerum mandebat homonem.

Heu quam crudeli condebat membra ſepulcro.

EDor etſi in tertiis tantum perſonis nunc in flectamus, ut eſtur uel editur, & eduntur, ſicut aratur, & arantur, bibitur, & bibuntur, quomodo flectitur.

Indicatiuo modo,tempore præſenti,S ego edor, tu ederis,uel edere,ille eſtur,uel editur.P.nos edimur,uos edimini,illi eduntur.Præterito imperfecto,S. ego edebar,tu edebaris,uel edebare,ille edebatur.Plur.nos edebamur,uos edebamini,illi edebantur.Præterito perfecto,S.eſus ſum,uel fui,tu eſus es,uel fuiſti,ille eſus eſt,uel fuit,P.nos eſi ſumus,uel fuimus, uos eſi eſtis, uel fuiſtis,illi eſi ſunt, fuerunt, uel fuere. Præterito pluſquamperfecto,S ego eſus eram uel fuerã, tu eſus eras,uel fueras,ille eſus erat,uel fuerat.P.nos eſi eramus,uel fueramus,uos eſi eratis,uel fueratis,illi eſi erant,

rant,vel fuerant. Futuro,S.ego edar,tu ederis,vel edere,ille edet. P.nos edemur,vos edemini,illi edentur.

Imperatiuo modo,tempore præſenti, ad ſecundam,& tertiam perſonam.edere tu,edatur ille. Plur.edimini vos,edantur illi. Futuro,S.editor tu,editor ille. P.ediminor vos, eduntor illi. Edamur nos, hortandi eſt, non imperandi.

Optatiuo modo,tempore præſenti,& pręterito imperfecto,S. vtinam ego ederer,tu edereris, vel ederere, ille ederetur. Plura. vtinam nos ederemur,vos ederemini,illi ederentur. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto,S. vtinã ego eſus eſſem, vel fuiſſem, tu eſus eſſes,vel fuiſſes, ille eſus eſſet vel fuiſſet. Plu. vtinam nos eſi eſſemus vel fuiſſemus,vos eſi eſſetis,vel fuiſſetis,illi eſi eſſent,vel fuiſſent. Futuro, S. vtinam ego edar,tu edaris,vel edare,ille edatur. P. vtinã nos edamur,vos edamini,illi edantur.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti,S.cum ego edar, tu edaris,vel edare,ille edatur. P. cum nos edamur, vos edamini,illi edantur. Præterito imperfecto, S. cum ego ederer,tu edereris,vel ederere, ille ederetur. P.cum nos ederemur,vos ederemini,illi ederentur. Præterito perfecto, S. cum ego eſus ſim, vel fuerim,tu eſus ſis,vel fueris,ille eſus ſit,vel fuerit. P.cũ nos eſi ſimus,vel fuerimus,vos eſi ſitis,vel fueritis,illi eſi ſint,vel fuerint. Præterito pluſquãperfecto, Sin. cum ego eſus eſſem,vel fuiſſem,tu eſus eſſes, vel fuiſſes,ille eſus eſſet, vel fuiſſet. P.cum nos eſi eſſemus, vel fuiſſemus,vos eſi eſſetis,vel fuiſſetis,illi eſi eſsẽt, vel fuiſſent. Futuro,S.cum ego eſus ero,vel fuero,tu eſus eris,vel fueris,ille eſus erit, vel fuerit. P.cũ nos eſi erimus,vel fuerimus,vos eſi eritis,vel fueritis,illi eſi erunt,vel fuerint.

Infinitiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto,edi. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, eſum eſſe vel fuiſſe. Futuro,eſum iri.

Participia, eſus, & edendus. vnde comeſus, & ambeſus magis quam comeſtus, licet uſi quidam fuerint.

Eſtur, vel editur imperſonale quomodo declinatur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, eſtur, vel editur. imperfecto, edebatur. perfecto, eſum eſt vel fuit. pluſquamperfecto, eſum erat, vel fuerat. Futuro, edetur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, edatur. Futuro, editor.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, vtinam ederetur. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, vtinam eſum eſſet vel fuiſſet. Futuro, vtinam edatur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, cum edatur. imperfecto, cum ederetur. perfecto, cum eſum ſit, vel fuerit. pluſquamperfecto, cum eſum eſſet, vel fuiſſet. Futuro, cum eſum erit, vel fuerit.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, edi. Perfecto, & pluſquamperfecto, eſum eſſe, vel fuiſſe. Futuro, eſum iri.

Dic paſſiuum ab aro, per tertias perſonas in vtroque numero.

Indicatiuo modo, tempore præſenti, Sing. aratur. Plura. arantur. Imperfecto, Singu. arabatur. Plura. arabantur. Perfecto, Sing. aratus eſt, vel fuit. P. arati ſunt, fuerunt, vel fuere. Pluſquamperfecto, Sing. aratus erat, vel fuerat. Plu. arati erant, vel fuerant. Futuro, Singu. arabitur. P. arabuntur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, S. aratur. P. arentur. Futuro, S. arator. P. arantor.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, Sing. vtinam areretur. P. vtinam ararentur. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, Singula. vtinam aratus eſſet, vel fuiſſet. Plura. vtinam arati eſſent, vel fuiſſent. Futuro, Sing. vtinam aretur. Plura. utinam arentur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum aretur.

P.cum arentur. Imperfecto,S.cum araretur. Plu.cum ararentur. Perfecto,S.cum aratus ſit,vel fuerit. Plur. cum arati ſint,vel fuerint. Pluſquamperfecto,S. cũ aratus eſſet,vel fuiſſet. Plur. cum arati eſſent, vel fuiſſent. Futuro,S.cum aratus erit, vel fuerit. P.cum arati erunt,uel fuerint.

Infinitiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto arari. Perfecto, & pluſquamperfecto,aratum eſſe,uel fuiſſe. Futuro, aratum iri. Participia,aratus & arandus.

Eo quomodo flectitur?

INdicatiuo modo,tempore præſenti,S. eo is it. Pluraliter imus itis eunt. Prꝗterito imperfecto, S. ibam, ibas,ibat. P.ibamus ibatis ibant. Perfecto,S.iui iuiſti iuit. P. iuimus iuiſtis iuerunt vel iuere. vel per conciſionem.S. ii iiſti iit. P. iimus, iiſtis ierunt uel iere. Pluſquamperfecto, S. iueram iueras iuerat. Plurali. iueramus iueratis iuerant. & per ſyncopen, Sing. ieram ieras ierat. Plu. ieramus ieratis ierant. Futuro, Singulariter ibo ibis ibit. Pluraliter ibimus, ibitis, ibunt.

Imperatiuo modo,tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam,S.i,eat.P. ite, eant. Futuro,S.ito, ito. Pluraliter,itote eũto. Eamus hortandi eſt magis.

Optatiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto,S. vtinam irem ires iret. P. vtinam iremus iretis irent. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto,S. vtinam iuiſſem iuiſſes iuiſſet. Plur. vtinam iuiſſemus iuiſſetis iuiſſent. Futuro,S.vtinam eam eas eat. P.vtinam eamus eatis eant.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum eam eas eat. P.cum eamus,eatis,eant. Imperfecto. S. cum irẽ ires iret. P.cum iremus iretis irent. Perfecto,S.cũ iuerim iueris iuerit. P. cum iuerimus iueritis iuerint. Pluſquamperfecto,S.cũ iuiſsẽ iuiſſes iuiſſet. P.cũ iuiſſemus iuiſſetis iuiſſent,uel per conciſionem,iiſſem.

Futuro, S. cum iuero iueris iuerit. P. cum iuerimus iueritis iuerint. vel per conciſionem, iero.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto ire. Perfecto, & pluſquamperfecto iuiſſe, vel iiſſe per conciſionem. Futuro, itum ire, vel iturum eſſe.

Gerundia, eundi eundo eundum. Supina. itum itu.

Participia, hic & hæc & hoc iens, huius euntis, & iturus itura iturum. Et ſic declinantur quæcunque ab eo is componuntur, præter væneo, quod facit in ſupino vænum.

Itur imperſonale quomodo flectitur.

Indicatiuo modo, tempore præſenti, itur. Præterito imperfecto, ibatur. Præterito perfecto, itum eſt, vel fuit. Præterito pluſquamperfecto, itum erat vel fuerat. Futuro ibitur.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, Eatur. Futuro, itor.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, vtinam iretur. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto, vtinã itum eſſet, vel fuiſſet. Futuro, vtinam eatur.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, cum eatur. Præterito imperfecto, cum iretur. Præterito perfecto, cum itum ſit vel fuerit. Præterito pluſquamperfecto, cum itum eſſet, vel fuiſſet. Futuro, cum itum erit, vel fuerit.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, iri. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto itum eſſe, vel fuiſſe. Futuro, itum iri.

Redeo redis quomodo flectitur?

INdicatiuo, Redeo redis redit. redimus reditis redeunt. Redibam redibas redibat. redibamus redibatis redibant. Rediui rediuiſti rediuit, rediuimus rediuiſtis rediuerunt uel rediuere, & per ſyncopen redii. Rediueram rediueras rediuerat. rediueramus rediueratis rediuerant. & redieram per conciſionem.

Redibo redibis redibit, redibimus redibitis redibunt.

Imperatiuo,Redi redeat.redite redeant. Redito tu,redito ille.reditote,redeunto. Redeamus,hortandi eſt magis.

Optatiuo , vtinam redirem , rediuiſſem & rediiſſem. redeam.

Subiunctiuo,cum redeam.cum redirem,cum rediuerim,cum rediuiſſem.cum rediuero.&per ſyncopen, redierim,rediiſſem,rediero.

Infinitiuo,redire.rediuiſſe,& rediiſſe.Futuro, reditum ire,uel rediturum eſſe.

Gerundia:redeundi redeundo redeundum. Supina,reditum reditu.Participia,rediens,& rediturus.

Væneo vænis quomodo flectitur?

Indicatiuo , væneo vænis vænit. vænimus vænitis væneunt.Vęnibam.nam veniebam eſt a venio .Væniui & vænii.væniueram & vænieram.vænibo.

Imperatiuo,Væni væneat. uænite uæneant.Vænito tu, uænito ille.uænitote,uæneunto.Væneamus, hortandi eſt.

Optatiuo,utinam uænirem.uæniuiſſem, & uæniiſſem. uæneam.

Subiunctiuo,cum uæneam.uænirem.uæniuerim. uæniuiſſem.uæniuero.

Infinitiuo,uænire,uæniuiſſe,& uæniiſſe, uænum ire. Participium,uæniens uæneuntis eſſet per regulam, quod nuſquam legi.nam a uænu participium ne nominare quidem audeo.

Venio uenis quomodo flectitur.

Indicatiuo modo,tempore præſenti, Singu. uenio uenis uĕnit.Plur.uenīmus , uenītis penultima longa, ueniunt.Imperfecto, S. ueniebam ueniebas ueniebat.Plur.ueniebamus ueniebatis ueniebant. Præterito perfecto,Sing.ueni ueniſti uēnit P.uenĭmus penultima correpta,ueniſtis uenerunt uel uenēre. Præ

terito pluſquamperfecto,veneram.Futuro,veniam.
Imperatiuo modo,tempore præſenti, ad ſecundam, & tertiam perſonam,S.veni veniat. P. uenite ueniant. Futuro,S.venitò tu,venito ille. P. uenitote,ueniũto. Veniamus,hortandi eſt.
Optatiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto,vtinam uenirem.Prçterito perfecto,&pluſquã perfecto, vtinam veniſſem.Futuro vtinam ueniam.
Subiunctiuo modo,tempore præſenti,cum ueniam.Imperfecto,cum uenirem.perfecto,cum uenerim.Pluſquamperfecto,cum ueniſſem.Futuro,cum uenero.
Infinitiuo modo,tempore præſenti, venire. Præterito perfecto,& pluſquamperfecto, ueniſſe. Futuro.uentum ire,vel uenturum eſſe.
Gerundia,ueniendi ueniendo ueniendum.Supina,uentum uentu.Participia,ueniens & uenturus.
Notandum,inuenio, & conuenio, & cetera quæ a uenio componuntur,producere penultimam primæ,& ſecundæ perſonæ pluralis indicatiui præſentis temporis,inuenĩmus,inuenĩtis:conuenĩmus conuenĩtis. præteriti uero,corripere,inuenĩmus,conuenĩmus.

Venitur quomodo flectitur.

Indicatiuo.uenitur. ueniebatur. uentum eſt, uel fuit. uentum erat,uel fuerat.Venietur.Imperatiuo, ueniatur tantum.Optatiuo,vtinam ueniretur. ventum eſſet,uel fuiſſet.ueniatur.
Subiunctiuo,cum veniatur.ueniretur. uentum ſit,uel fuerit. uentum eſſet, uel fuiſſet. uentum erit, uel fuerit.
Infinitiuo,ueniri.uentum eſſe,uel fuiſſe.uentum iri.

Gaudeo quomodo declinatur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, Singula. gaudeo gaudes gaudet.Plural.gaudemus gaudetis gaudent. Præterito imperfecto,Singula.gaudebam gaudebas gaudebat.Pluraliter gaudebamus gaudebatis gaudebant. Præterito perfecto, Sing.gauiſus ſum vel fui.

es,uel fuiſti.eſt,vel fuit.P.gauiſi ſumus, uel fuimus. eſtis,uel fuiſtis.ſunt,fuerunt,uel fuere.Præterito pluſquamperfecto,S.gauiſus eram,uel fueram, eras, uel fueras.erat,uel fuerat. Pluraliter gauiſi eramus, vel fueramus.eratis,uel fueratis.erãt,uel fuerãt.Futuro, S.gaudebo gaudebis gaudebit.Pluraliter.gaudebim⁹ gaudebitis gaudebunt.

Imperatiuo modo,tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam,S gaude gaudeat. Pluraliter,gaudete gaudeant.futuro,S.gaudeto,gaudeto. P.gaudetote gaudento.Gaudeamus hortandi eſt.

Optatiuo modo,tempore præſenti,& præterito imperfecto,S.vtinam gauderem gauderes gauderet.P.utinam gauderemus gauderetis gauderent. Præterito perfecto & pluſquamperfecto,S.vtinam gauiſus eſſem,uel fuiſſem,eſſes uel fuiſſes, eſſet uel fuiſſet. P. vtinam gauiſi eſſemus,uel fuiſſemus,eſſetis uel fuiſſetis,eſſent uel fuiſſent. Futuro, S. utinã gaudeã gaudeas gaudeat.P.vtinã gaudeam⁹gaudeatis gaudeant.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti,S. cum gaudeam gaudeas gaudeat.P.cum gaudeamus gaudeatis gaudeant.Præterito imperfecto,S. cum gauderem gauderes gauderet.P.cum gauderemus gauderetis gauderent.Præterito perfecto,S.cum gauiſus ſim,uel fuerim,ſis,uel fueris.ſit,uel fuerit. Pluraliter,cum gauiſi ſimus uel fuerimus.ſitis,uel fueritis.ſint,uel fuerint. Præterito pluſquamperfecto,S.cũ gauiſus eſſem, vel fuiſſem.eſſes uel fuiſſes.eſſet uel fuiſſet. Pluraliter,cũ gauiſi eſſemus,vel fuiſſemus.eſſetis,vel fuiſſetis. eſſent uel fuiſſent.Futuro,S.cum gauiſus ero, vel fuero.eris uel fueris.erit, uel fuerit. P. cum gauiſi erimus,uel fuerim⁹.eritis,uel fueritis. erũt uel fuerint.

Infinitiuo modo,tempore pręſenti, gaudere. Præterito perfecto & pluſquamperfecto,gauiſum eſſe vel fuiſſe.Futuro,gauiſum ire vel gauiſurum eſſe.

Gerundia uel participialia nomina, gaudendi gau-

dendo,gaudendum.Supina,gauiſum gauiſu. Partici pia naſcuntur ab hoc uerbo neutro paſſiuo tria: gaudens,gauiſus,gauiſurus.

Fio quomodo flectitur.

Indicatiuo modo tempore præſenti, S. fio fis fit. P. fimus fitis fiunt. Præterito imperfecto, S. fiebam, fiebas,fiebat. P. fiebamus fiebatis fiebant. Præterito perfecto,S.factus ſum , uel fui:es, uel fuiſti:eſt,uel fuit. P.facti ſumus,uel fuimus:eſtis, uel fuiſtis:ſunt ,fuerunt,uel fuere. Præterito pluſquam perfecto,S.factus eram,uel fueram:eras , uel fueras:erat,uel fuerat.P. facti eramus,uel fueramus:eratis,uel fueratis , erãt, uel fuerant. Futuro,S.fiam,fies,fiet. P. fiemus ,fietis, fient.

Imperatiuo modo, tempore præſenti , ad ſecundam,& tertiam perſonam,S.fi,fiat.P.fite,fiant. Futuro,S. fito tu,fito ille. P fitote,fiunto.Fiamus,hortandi eſt.

Optatiuo modo,tempore pręſenti,& præterito imperfecto,S.vtinam fierem,fieres, fieret. P. utinam fieremus,fieretis,fierent. Præterito perfecto, & pluſquam perfecto,S.utinam ego factus eſſem, uel fuiſſem : tu factus eſſes,uel fuiſſes:ille factus eſſet , uel fuiſſet.P. vtinam facti eſſemus,uel fuiſſemus: eſſetis , uel fuiſſetis:eſſent,uel fuiſſent. Futuro, S. vtinam fiam,fias, fiat. P.utinam fiamus,fiatis,fiant.

Subiunctiuo modo,tempore præſenti,S.cum fiam,fias, fiat.P.cum fiamus,fiatis,fiant. Præterito imperfecto, S.cum fierem,fieres, fieret. P. cum fieremus,fieretis,fierent.Præterito perfecto,S. cum factus ſim , uel fuerim:ſis,uel fueris:ſit,uel fuerit.P.cum facti ſimus, uel fuerimus:ſitis,uel fueritis:ſint,uel fuerint. Præte rito pluſquamperfecto,S.cum factus eſſem, uel fuiſſem:eſſes,uel fuiſſes;eſſet,uel fuiſſet. P. cum facti eſſemus,uel fuiſſemus:eſſetis , uel fuiſſetis : eſſent, uel fuiſſent.Futuro,S.cum factus ero, uel fuero:eris,uel fueris:erit,uel fuerit. P. cum facti erimus,uel fueri-

mus,eritis vel fueritis:erunt,vel fuerint.

Infinitiuo modo,tempore præſenti, & præterito imperfecto,fieri. Præterito perfecto & pluſquamperfecto, factum eſſe,vel fuiſſe. Futuro, factum iri. Caret gerundiis.non enim legi apud doctos,fiendi,fiendo,fiendum:pro quibus faciendi,faciendo faciendum dicimus.Supina habet factum factu, a facio.vnde factus participium. Item faciendus eſt a faciens. Fiendus non dicitur Latine.

Memini quomodo declinatur.

Indicatiuo modo,tempore præſenti, & præterito perfecto.S.memini,meminiſti,meminit,P. meminimus. meminiſtis,meminerunt, vel meminere. Præterito imperfecto,& pluſquamperfecto,S.memineram,memineras,meminerat. P. memineramus, memineratis,meminerant.Futuro caret.ſed in loco dicimus, S. meminero,memineris,meminerit.P.meminerimus, memineritis,meminerint.

Imperatiuo modo,tempore inſtanti, & futuro, ad ſecundas tantum perſonas in vtroque numero. S. memento tu.P.mementote uos.

Modo optandi,tempore inſtanti, & præterito imperfecto,perfecto,& pluſquamperfecto,S. vtinam meminiſſem,meminiſſes,meminiſſet,P.vtinam meminiſſemus,meminiſſetis,meminiſſent.Futuro caret.

Subiunctiuo modo,tempore inſtanti, & præterito perfecto,S.cum vel ſi,uel quamuis, vel licet, vel quod, vel vt meminerim,memineris,meminerit. P.meminerimus memineritis,meminerint.Præterito imperfecto,& pluſquamperfecto,S.cum, vel ſi meminiſſē, meminiſſes,meminiſſet.P.cum,vel ſi meminiſſemus meminiſſetis, meminiſſent. Futuro, S. cum, vel ſi meminero,memineris, meminerit. P.cum vel ſi meminerimus,memineritis,meminerint.

Infinitiuo modo,tempore præſenti,imperfecto, perfecto,& pluſquamperfecto,meminiſſe. Ceteris caret.

Sic inclinatur, Odi, Noui, Cœpi per œ diphthongum. nam cepi ſine diphthongo, eſt præteritum a capio capis.

Oportet, quomodo declinatur?

Indicatiuo modo, tempore præſenti, oportet. Imperfecto, oportebat. Perfecto, oportuit. Pluſquamperfecto, oportuerat. Futuro, oportebit.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, oporteat tantum.

Optatiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, vtinam oporteret. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, vtinam oportuiſſet. Futuro, vtinam oporteat.

Subiunctiuo modo, tempore præſenti, S. cum oporteat. Præterito imperfecto, cum oporteret. Præterito perfecto, cum oportuerit. Præterito pluſquamperfecto, cum oportuiſſet. Futuro, cum oportuerit.

Infinitiuo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, oportere. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto, oportuiſſe. Ceteris caret.

Contingit imperſonale quomodo flectitur?

Indicatiuo, contingit, contingebat, contigit. contigerat, continget. Imperatiuo, contingat tantum.

Optatiuo, vtinam contingeret, contigiſſet, contingat.

Subiunctiuo, cum contingat, contingeret, contigerit, contigiſſet, contigerit.

Infinitiuo, contingere, contigiſſe. ceteris deficit.

Tædet quomodo declinatur?

Indicatiuo, tædet, tedebat, tæduit, & pertæſum eſt, vel fuit. tæduerat, & pertæſum erat, vel fuerat, tædebit.

Imperatiuo, tædeat tantum.

Optatiuo, vtinam tæderet, tæduiſſet, & pertæſum eſſet, vel fuiſſet, tædeat.

Subiunctiuo,cum tæderet,tæduerit,& pertæſum ſit,vel fuerit,tæduiſſet,& pertæſum eſſet,vel fuiſſet, tæduerit,& pertæſum erit,vel fuerit.

Infinitiuo,tædere,tæduiſſe,& pertæſum eſſe, vel fuiſſe. Participium, pertæſus. Sed de hoc in participiis abunde dicemus.

DE ADVERBIO.

QVid eſt aduerbium? Pars orationis indeclinabilis, quæ adiecta verbo, ſignificationem eius explanat, & implet. nam ſine aduerbio ſenſus perfectus non videtur. Cum enim dico,lego ſcribo:incertum eſt bene ne,an perperam.

Quare dictum eſt aduerbium? Quia ſemper verbum præcedit aut ſequitur:vnde & nomen accepit,quemadmodum apud Græcos ἐπίῤῥημα,hoc enim perficit adiunctum verbis,quod adiectiua nomina ſubſtantiuis adiuncta:vt prudens homo prudenter agit.

Quot accidunt aduerbio?Tria,ſpecies, ſignificatio, & figura.

Quot ſunt ſpecies aduerbiorum?Duæ primitiua,vt ſæpe,clam.deriuatiua,vt ſæpius,clanculum.

Quot ſunt ſignificationes aduerbiorum? Multæ: quæ hoc exaſticho comprehenduntur.

Temporis,atque loci,quali,quanti,atque negandi,
Da confirmandi,iurandi,da prohibendi,
Optandi,euentus,hortandi,daq; remiſſi,
Congrega & intenti,numeri,ſimili,dubitandi,
Et ſuper,atque voca,monſtra,eli,dim,per,& inter,
Ordinis & diſcre,ſimul his adiungito compar.

Hoc eſt,da temporis,loci,qualitatis,quantitatis,negandi,confirmandi, iurandi, prohibendi, optandi, euentus, hortandi, remiſſiui,congregandi, intentiui, numeri,ſimilitudinis,dubitãdi,ſuperlatiui, vocandi, monſtrandi,eligendi,diminutiui,perſonalis, interro

gandi,ordinis,diſcretiui,comparandi.

Quot ſunt figuræ aduerbiorum? Tres, ſimplex, vt diu: compoſita,vt interdiu,quandiu:decompoſita,vt indocte,imprudenter.

INTERROGATIONES DE ADVERBIO.

Nunc,quæ pars orationis eſt? Aduerbium. Quare? quia ſtat iuxta uerbum,& ſemper nititur uerbo.

Nunc,cuius ſpeciei? Primitiuæ. Quare? quia a nullo deriuatur.

Clanculum, cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Vnde deriuatur? A clam.

Nunc,cuius ſignificationis? Temporis. Da temporis. Hodie,heri,nunc,nuper,cras, perendie, pridie, poſtridie,nudiustertius,nudiusquartus,aliquādo, olim tunc quondam,iam,ſemper,mane,veſperi, diu, noctu,modo,& dum.

Hinc,cuius ſignificationis? Loci. Da loci. Hic, iſtic, illic:huc,iſtuc,illuc:hac,iſtac,illac:hinc,iſtinc, illinc: ibi,vnde, intro,foras,intus,foris.

Bene,cuius ſignificationis? Qualitatis. Da qualitatis. Bene,male,docte,pulchre,fortiter,ſapienter.

Multum cuius ſignificationis? Quantitatis. Da quantitatis,Multum,parum,modicum,minimum,maxime, magnopere,ſatis.

Non,cuius ſignificationis? Negandi. Da negandi. Non,nihil,nec,neque,haud,minime,nequaquam.

Profecto,cuius ſignificationis? Confirmandi. Da confirmandi. Profecto,quippe,nempe, videlicet, ſcilicet, quidni,certe,næ.

Aedepol,cuius ſignificationis? Iurandi. Da iurandi. Aedepol,Caſtor,Hercle,mediusfidius.

Ne,cuius ſignificationis? Prohibendi. Da prohibendi. Ne.

Vtinam,cuius ſignificationis? Optandi. Da Optandi. Vtinam,o ſi,o vtinam.

Forte,cuius ſignificationis? Euentus.Da euentus. Forte, caſu,forte fortuna.
Eia cuius ſignificationis?Hortandi.Da hortandi.Eia, age,agite.
Vix,cuius ſignificationis?Remiſſiui.Da remiſſiui.Vix, paullatim,ſenſim,pedetentim.
Simul,cuius ſignificationis?congregandi, Da congregandi.ſimul,vna,pariter.
Valde,cuius ſignificationis?Intentiui.Da intentiui, Valde,nimium,prorſus,penitus,omnino.
Semel.cuius ſignificationis?Numeri.Da numeri.Semel bis,ter,quater,quinquies,ſexies,ſepties,decies,quinquagies,octuagies,centies,millies,toties,quoties, & huiuſmodi.
Quaſi,cuius ſignificationis?Similitudinis. Da ſimilitudinis.Quaſi,ceu,ſic,ſicut,ſicuti,velut,veluti,vt, vti, & ita.
Forſan cuius ſignificationis? Dubitandi.Da dubitandi. Forſan, forſitan, forſit, fortaſſis, fortaſſe, fors, forte.
Maxime,cuius ſignificationis?Superlatiui.Da ſuperlatiui.Maxime,minime,doctiſſime,ociſſime.
Heus, cuius ſignificationis? Vocandi. Da vocandi. Heus,o.
En,cuius ſignificationis?Demonſtrandi. Da demonſtrandi.En,ecce.
Potius cuius ſignificationis?Eligendi. Da eligendi. potius,immo.
Clanculum,cuius ſignificationis?Diminutiui.Da diminutiui.Clanculum,belle.
Meatim,cuius ſignificationis,Perſonalis. Da perſonalis. Meatim,tuatim,ſuatim,noſtratim,ueſtratim.
Cur,cuius ſignificationis? Interrogandi. Da interrogandi.Cur,quare,nunquid,quin,quamobrem.
Deinde,cuius ſignificationis? Ordinandi. Da ordinandi. Deinde, deinceps, dehinc, poſtea, obiter, in

terim,interea,protinus,& præterea.

Seorſum,cuius ſignificationis?Diſcretiui.Da diſcretiui. Deorſum,ſeorſum,ſecreto,ſeparatim,ſigillatim,bifariam,omnifariam,& plurifariam.

Magis,cuius ſignificationis? Comparatiui. Da comparatiui. Magis,minus,plus, validius,ocius, celerius, & tardius.

DE PARTICIPIO.

QVid eſt participium? Pars orationis, dicta quod partem capiat nominis,partemq; verbi.dicitur igitur participium,quaſi particapium.

Participio quot accidunt?Sex,Genus,caſus,tempus, ſignificatio,numerus,& figura.

Quot ſunt genera participiorum?Quinque, Maſculinum,vt amatus. Femininum,vt amata. Neutrum, vt amatum.Commune duum generum, vt amantem. Commune trium generum,vt amans.

Quot ſunt caſus participiorum?Sex,quot & nominum, nominatiuus.genitiuus,datiuus,accuſatiuus,uocatiuus,& ablatiuus.

Quot ſunt tempora participiorum?Quinque,præſens, & præteritum imperfectum ſimul,vt amans,legens. Præteritum perfectum,& pluſquamperfectum ſimul, vt amatus, lectus. Futurum per ſe, vt amaturus, amandus.

Quot ſunt ſignificationes participiorum? Quinque, actiua,vt amans,ab amo. Paſſiua,vt amatus,ab amor. Neutralis,vt arans,ab aro.Communis,vt largiens, a largior.Deponens,vt ſequens,a ſequor.

Quot numeros habet participium?Duos, ſingularem, vt amans:pluralem,vt amantes.

Quot ſunt figuræ participiorum?Duæ. Simplex, vt amans.decompoſita,vt deamans.

INTERROGATIONES
DE PARTICIPIO.

Amans,quæ pars orationis eſt? Participium. Quare? quia partem capit nominis, partemq; verbi. recipit enim a nomine,genera,& caſus:a verbo autem,tempora,& ſignificationes:ab vtroque,numerũ &figurã.

Amatus cuius generis?Maſculini.Quare? quia eſt prima vox participii.

Amata?Feminini? Quare? quia eſt ſecunda uox participii.

Amatum? Neutri. Quare? quia eſt tertia vox participii.

Amans,cuius generis?Omnis,vel communis trium generum.Quare?quia omnia participia in ns,ſunt communia trium generum,vt hic,& hæc & hoc amans.

Amantem cuius generis? Communis duum generum. Quare?quia præponuntur ei in declinatione duo articularia pronomina hunc,& hanc.

Amantem cuius caſus? Accuſatiui. Quare? quia in eo caſu declinando reperitur.

Amans cuius temporis?Præſentis,& præteriti imperfecti. Quare? quia omne participium deſinens in ns, præſentis,& præteriti imperfecti temporis eſt, vt amans,id eſt qui amat,vel amabat.

Amatus cuius temporis?Præteriti imperfecti, & pluſquamperfecti.Quare?quia omne participium deſinens in tus, vel in ſus,vel xus,vel in uus, quod vnũ eſt tãtum,vt mortuus:præteriti perfecti,& pluſquam perfecti temporis eſt,vt amatus,id eſt qui amatus eſt, vel fuit,vel qui amatus erat,vel fuerat.

Amaturus,cuius temporis?Futuri. Quare? quia omne participium in rus,futuri temporis eſt, vt amaturus: ideſt qui amabit.

Amandus cuius temporis?Futuri. Quare? quia omne participium in dus futuri temporis eſt, vt amandus, ideſt qui amabitur.

Amans cuius ſignificationis? Actiuæ, Quare quia ab actiuo verbo venit, quod eſt amo.

Amatus, cuius ſignificationis? Paſſiuæ. Quare? quia a paſſiuo venit, quod eſt amor.

Seruiens cuius ſignificationis? Neutralis. Quare? quia a verbo neutro deriuatur, quod eſt ſeruio.

Largiens cuius ſignificationis? Communis. Quare? quia a communi verbo deriuatur, quod eſt largior.

Sequens cuius ſignificationis? Deponentis. Quare? quia a deponenti verbo trahitur, quod eſt ſequor.

Amamus cuius numeri? Singularis. Quare? quia ſingulariter profertur.

Amantes cuius numeri? Pluralis. Quare? quia pluraliter profertur.

Amans, cuius figuræ? Simplicis. Quare? quia ſimpliciter profertur.

Deamãs cuius figuræ? Decompoſitæ. Quare? quia a compoſito deriuatur, quod eſt deamo. Omne enim quod deriuatur a compoſito, dicitur decompoſitum.

S.N. hic & hæc & hoc amans. G. huius amantis. D. huic amanti. A. hunc & hanc amantem, & hoc amans. V. o amans. Ab. ab hoc & ab hac & ab hoc amante vel amanti. P.N. hi & hæ amantes, & hæc amantia. G. horum & harum & horum amantium. & per conciſionem, amantum. D. his amantibus. Ac. hos & has amãtes, & hæc amantia. V. o amantes, & o amantia. Ab. ab his amantibus.

S.N. amaturus amatura amaturum. G. amaturi amaturæ amaturi. D. amaturo amaturæ amaturo. Ac. amaturum amaturam amaturum. V. o amature amatura amaturum. Ab. ab amaturo, ab amatura, ab amaturo. P.N. amaturi amaturæ amatura. G. amaturorum amaturarum amaturorum. D. amaturis. Ac. amaturos amaturas amatura. V. o amaturi, amaturę, o amatura. Ab. ab amaturis.

S. N. amatus amata amatum. G. amati amatæ amati.

D.

Datiuo amato amatæ amato. Accuſatiuo amatum amatam amatum. Vocatiuo, o amate, o amata, o amatum. Ablatiuo ab amato, ab amata, ab amato, Plu. N. amati amatæ amata. Genitiuo amatorum amatarum amatorum. Datiuo amatis. Accuſatiuo amatos amatas amata. Vocatiuo o amati, o amatæ, o amata. Ablatiuo ab amatis.

S. N. amandus amanda amandum. G. amandi amandæ amandi. D. amando amandæ amando. Accuſa. amandum amandam amandum. V. o amande, o amanda, o amandum. Ablatiuo ab amando, ab amanda, ab amando. Plura. N. amandi amandæ amanda. Genitiuo amandorum amandarum amandorum. Datiuo amandis. Accuſatiuo amandos amandas amanda. Vocatiuo o amandi, o amandę, o amanda. Ablatiuo ab amandis.

DE PRAEPOSITIONE.

QVid eſt Præpoſitio? Pars orationis indeclinabilis, quæ præpoſita aliis partibus orationis, ſignificationem earum aut mutat, vt æquus, iniquus: aut complet, vt facio fero, perficio perfero: aut minuit, vt rideo ſurrideo, triſtis ſubtriſtis.

Quare dicitur præpoſitio? Quia præponitur tam per appoſitionem, vt eo ad Philoſophos, quam per compoſitionem, vt adeo. aliquando poſtponitur, ornatus gratia, vt tecum, quicum, Romam uerſus, Italiam vſque, crurum tenus.

Præpoſitioni quot accidunt? Vnum. Quodnam? Caſus. Quot caſus? Duo. Qui? Accuſatiuus & Ablatiuus.

Quæ ſunt præpoſitiones accuſatiuę, id eſt quæ ſeruiũt accuſatiuo caſui? Ad, apud, ante, aduerſus, vel aduerſum, cis, citra, circum, circa, contra, ergo, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter,

ſecundum,poſt,trans,ultra,præter,ſupra,circiter,vſque,ſecus,penes,verſus,procul,pridie,poſtridie Dicimus enim ad templũ,apud ignem.ante focũ, ſi frigus erit.aduerſus,uel aduerſum inimicos.cis alpes, citra amnem Rubiconem.circum muros,circa forũ. contra Dalmatas.erga neceſſarios.extra vrbem.inter amicos.intra oppidum.infra tectum.iuxta fanũ. hâc ob rem,pone tribunal.per medios hoſtes.prope mortem.propter timorem,& propter aquæ riuum.ſecundum ſcripturas,& plena ſecundum flumina. poſt tergum.trans ripam.ultra Sauromatas:præter officium. ſupra tectum.circiter kalendas Ianuarias. vſque Oceanum.ſecus te.penes arbitros.Sed ſecus te ſedi nõ dici,ſed ſecundum te,ait Caper.Aretium verſus.procul vrbem,vt inquit,Curtius. pridie Parilia, & pridie illius diei.poſtridie kalendas,& poſtridie nonarũ Decembrium.

Quæ ſunt ablatiuæ præpoſitiones, id eſt quæ ſeruiunt ablatiuo caſui?a,ab,abs,cum, coram, clam, de,e,ex, pro,præ,palam,ſine,abſque,tenus. Dicimus enim a templo.a mari.ab Andria. abs quouis homine. cum exercitu,coram teſtibus. clam cuſtodibus. de foro.e iure. ex theatro, quod eſt aliud quam a theatro, ut ait Diomedes.pro clientibus, & pro tribunali. palã omnibus.ſine labore. abſque iniuria. pube tenus, & crurum tenus.

Quæ ſunt præpoſitiones ambiguæ,id eſt tam ablatiuo, quam accuſatiuo caſui ſeruientes? In, ſub, ſuper,& ſubter.Dicimus enim,ſum in templo, eo in templũ. iaceo ſub antro,curro ſub antrum.ſedeo ſuper aquis, cado ſuper aquas. dormio ſubter lodice, ingredior ſubter lodicem.

Quando ſeruiunt accuſatiuo?Cum motum ſignificant, vt Itur in antiquam ſiluam, curro ſub tegmine fagi.

Quando ſeruiunt ablatiuo? Qñ ſignificant in loco. vt ſum in templo,ſub porticu,recubo ſub tegmine fagi.

Quæ ſunt præpoſitiones, quæ non inueniuntur niſi in compoſitione? Hæ: di, dis, re, ſe, am, con. ut diduco, diſiicio, repono, ſeduco, amplector, congredior.

INTERROGATIONES DE PRAEPOSITIONE.

Ad, quæ pars orationis eſt? Præpoſitio. Quare? Quia præponitur aliis partibus orationis per appoſitionē, uel per compoſitionem. Quando per appoſitionem? Cum regit caſum, vt eo ad templum, in hoſtem.

Quando per compoſitionem? Cum componuntur, ut adduco, ex ad & duco. Alludo, ex ad & ludo. Iniuſtus, ex in & iuſtus. Subtriſtis, ex ſub & triſtis. Irrideo ex in & rideo.

Ad, cui caſui ſeruit? Accuſatiuo. Quare? Quia eſt accuſatiua præpoſitio.

Ad, in hac oratione, Itur ad vrbem, quomodo præponitur? per appoſitionem. Quare? Quia regit caſum.

Ad, in hac oratione, Adducam tibi tuum Pamphilum, quomodo præponitur? Per compoſitionem. Quare? Quia ex ad, & duco componitur adduco.

A, cui caſui ſeruit? Ablatiuo. Quare? Quia eſt ablatiua præpoſitio.

In, cui caſui ſeruit? Vtrique. Quare? Quia eſt tam accuſatiua, quam ablatiua præpoſitio.

DE CONIVNCTIONE.

Quid eſt coniunctio? Pars orationis indeclinabilis, adnectens, ordinanſque ſententiam.

Coniunctioni quot accidunt? Tria, ſpecies, figura, & ordo.

Quot ſunt ſpecies, ſiue poteſtates coniunctionis? Hæ fere, quę uerſibus annotantur.

Co. conque, & ſubcon. diſ. ſubdiſ. adiuque. cauſal.

Approbat.aduerſa.diſtri.diſcreque.du.dique.
Abnegat.effecti.collecti.his adiice complet.

Hoc eſt,copulatiua.continuatiua. ſubcontinuatiua.diſiunctiua.ſubdiſiunctiua.adiunctiua,cauſalis.approbatiua.aduerſatiua.diſtributiua.diſcretiua.dubitatiua.diminutiua.abnegatiua.effectiua.collectiua,completiua.

Quot ſunt figuræ coniunctionis? Duæ, Simplex,vt nam,ita,at.compoſita, vt namque,itaque, attamen, etenim.

Quot ſunt ordines coniunctionis? Tres, Præpoſitiuus, ſubiunctiuus,& communis.

Quæ ſunt coniunctiones præpoſitiui ordinis? Ac,at, aſt,atque,aut,&,uel,nec,neque,ſi,quin,quatenus,ſin, ſeu,ni,niſi,ſed.niſi poetice poſtponitur.

Quæ ſunt cōiunctiones ſubiunctiui ordinis? Que,ue, ne,quidem,quoque,autem,vero.

Quæ ex his ſunt ἐγκλιτικαὶ, id eſt encliticæ, hoc eſt inclinatiuæ? Que,ue,ne.

Quare dicuntur ἐγκλιτικαὶ? Quia inclinant accentum præcedentis ſyllabæ ad ſe, vt que apud Virgilium, Alcandrumque,Haliumque,Noemonaque,Prytanimq; ſicut τε apud Græcos, quod eſt que abſque diphthongo. Homerus.

Ἀλκάνδρόν θ', ἅλιόν τε νοήμονά τε πρύτανίν τε. Heſi.
Κλειώτ', εὐτέρπητε θάλειάτε, μελπομένητε,
Τερψιχόρητ', ἐρατώτε, πολύμνιάτ', οὐρανίητε,
Καλλιόπηθ', ἥδε προφερεστάτ' ἐστὶν ἁπασάων.
Clioque,Euterpeque,Thaliaque,Melpomeneque:
Terpſichoreque,Eratoque,Polymniaque,Vranieque,
Calliope multo ante alias præſtantior omnes.

Et ue apud Horatium.

Ludere qui neſcit,campeſtribus abſtinet armis
Indoctusque pilę,diſci ue,trochi ue,quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ. Et ne apud Iuuenalem. Semper ego auditor tantum? nunquam

ne reponam? In his vbique ante que,ue,ne,eſt accentus acutus.

Quæ ſunt coniunctiones,quæ indifferenter & præponi & poſtponi poſſunt? Ceteræ fere omnes, præter ſupradictas, ut equidem,igitur,tamen,ego,quanquam, & huiuſmodi.

INTERROGATIONES DE CONIVNCTIONE.

Et,quæ pars eſt? Coniunctio. Quare? Quia coniungit ceteras partes orationis.

Et cuius ſpeciei, ſiue poteſtatis? Copulatiuæ. Quare? Quia copulat tam ſenſum, quam uerba, vt M. Tullius fuit & diſertus,& ſapiens.

Da copulatiuas. Et,que,atque,ac,quidem,quoque, etiã, item,at,aſt,ſed,autem,vero. Copulant enim cum cõfirmatione intellectum.

Si,quando εἰ Græcum ſignificat,cuius poteſtatis? Continuatiuæ. Quare? Quia demonſtrat ordinem cum conſequentia & continuatione rerum. ut ſi ſtertit, dormit. & ſi ambulat,mouetur.

Da continuatiuas. Si,ſin. ſignificat enim ordinem præcedentis rei ad conſequentem, vt ſi febri vexatur,calet,ſed non couuertitur.

Quia,cuius poteſtatis? Subcontinuatiuæ. Quare? quia cauſſam continuationis oſtendit conſequentem cum rerum eſſentia. ut,quia ambulat,mouetur:& quando ſol eſt ſuper terram,dies eſt.

Da ſubcontinuatiuas. Quando,quoniam,quandoquidem,quia,quatinus,& quatenus pro quoniam.

Aut,cuius poteſtatis? Diſiunctiuæ. Quare? Quia quamuis uoces coniungat,ſenſum tamen diſiungit, & alteram quidem rem eſſe,alteram uero non eſſe ſignificat,ut,aut eſt dies,aut eſt nox:uel eſt ſanus, uel eſt æger. & hoc eſt bene diſiunctum: quia ſi unum uerum eſt,alterum falſum. nam aliter vitioſe quid diſiungitur.

Da diſiunctiuas. Ve, uel, aut, ſiue, ſeu.

Vel pro etiam, cuius poteſtatis? Subdiſiunctiuæ. Quare? Quia quamuis uoces diſiunctiuarum habeat, vtrunque tamẽ eſſe ſignificat, vel ſimul, uel diſcrete. ſimul, vt, Vel rex ſemper mihi maximas gratias agebat, id eſt etiam rex. Item, Alexander, ſiue Paris rapuit Helenam. id eſt Alexander, qui & Paris dicitur, & Mars, ſiue Mauors. Gradiuus, vel Marſpiter præſul eſt bellorum. Diſcrete, vt tu tota die uel legis, vel ſcribis. ſignificat enim te & legere, & ſcribere: ſed non ſimul utrunque agere, ſed aliis horis legere, aliis ſcribere. ſimiliter remex, uel impellit remum, uel attrahit, cum ſimul pæne vtrunque fieri intelligo ſed diſtincte. alius eſt enim pellentis, alius attrahẽtis mot᷒.

Da ſubdiſiunctiuas. Ve, vel, aut, ſiue, ſeu, quando vtrunque ſignificant.

Cum, quando ἵνα Græcã ſignificat, cuius ſpeciei? Adiunctiuæ. Quare? Quia adiungitur uerbis ſubiũctiuis, vt, cum eſſem Venetiis, non perperam me facturum exiſtimaui, ſi noſtras lucubrationes Grammaticas imprimendas curarem.

Da adiunctiuas. Si, ut, cum, dum, quatenus, quando ἵνα Græcam ſignificat, vt, ſi dederis operam bonis litteris, proficies breui: & vt proſit tibi, facio. Item dum conderet urbem, id eſt ut conderet.

Nam, cuius ſpeciei? Cauſſalis proprie. Quare? Quia adiuncta indicatiuo uerbo, ſignificat cauſſam antecedentem, hoc eſt rem ex cauſſa antecedente euenientem, vt doctus ſum, nam legi. & mouetur, ambulat enim.

Da cauſſales proprie. Nam, nanque, enim.

Quid intereſt inter adiunctiuas & proprie cauſſales? Cauſſales cum affirmatione, adiunctiuæ cũ dubitatione proferuntur. Sed & cõtinuatiuæ, & ſubcõtinuatiuæ, & adiũctiuæ, & affectiuæ inter cauſſales ponunt, quia per has cauſæ oſtenduntur & continuationis,

vt ſi ambulat,mouet: & adiunctionis, ut ambulat,vt moueatur:& effectionis,vt mouetur,ambulat enim.

Equidem,cuius ſpeciei?Approbatiuæ. Quare? Quia approbat rem,id eſt affirmat,vt Equidem merui,nec deprecor.& Siquid vſquam iuſtitiæ eſt. & Siqua eſt cęlo pietas.

Da approbatiuas.Si.equidem,quidem.

Tamen cuius ſpeciei. Aduerſatiuæ. Quare? Quia aduerſum conuenienti ſignificat, ut Etſi te benefacturum dicis,tamen a malitia non diſcedis.

Da aduerſatiuas.Tamen,quamquam, quamuis,&ſi,licet, licebit,ſaltem.ſed ſaltem etiam diminutiua eſt.

Vero cuius poteſtatis?Diſtributiuæ.Quare? Quia diuerſis diuerſa diſtribuit,vt ego lego,tu vero dormis.

Da diſtributiuas. At,aſt,uero,autem,ſed.

Quam cuius poteſtatis?Diſcretiuæ,uel electiuæ.Quare?Quia de duobus propoſitis vnum eligere, & alterum refutare oſtendit,vt diues volo eſſe,quam pauper, ideſt diues uolo eſſe, & non pauper.Græci ἢ dicunt.Homerus, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. hoc eſt,Volo ego ſaluum eſſe populum,quam perire,id eſt,& non perire.

An cuius poteſtatis?Dubitatiuæ.Quare?Quia dubitationem ſignificat,vt Eloquar,an ſileam?

Da dubitatiuas. An, ne correpta, necne. Horatius in poetica.

Intererit multum Dauus ne loquatur,an heros,
Maturus ne ſenex,an adhuc florente iuuenta
Feruidus,an matrona potens,an ſedula nutrix,
Mercator ne uagus,cultor ne virentis agelli:
Colchus,an Aſſyrius,Thebis nutritus,an Argis.

Terentius in ſeipſum cruciante.

Filium vnicum adoleſcentulum
Habeo.ah quid dixi habere me? immo habui Chreme.
Nunc habeam, necne,incertus ſum.

Saltem,cuius poteſtatis?Diminutiuæ. Quare? Quia

diminutionem ſignificat, vt Si non uis donare, ſaltem mutua.

Da diminutiuas. Saltem, at, uel, aut pro ſaltem, vt Si non re, at verbis adiuua. Virgilius in ſexto.

Si te nulla manet tantæ pietatis imago,
At ramum hunc (aperit ramum, qui ueſte latebat)
Agnoſcas. at pro ſaltem. Lucanus.
O felix ſi te, vel ſic tua Roma uideret. pro ſaltem ſic.

Et, ſi non uis referre gratiam, aut agas, aut, pro ſaltem.

Αν & κὲν cuius poteſtatis? (neceſſe eſt enim Græcis utamur, ubi noſtra deficiunt) Abnegatiuæ. Quare? Quia uerbis adiunctæ, aliquid poſſe fieri oſtendunt, ſed propter aliquam cauſſam, ne fiat, impediri, ut ἐποίησ᾽ ἄν, εἰ ἐδυνήθην, hoc eſt feciſſem ſi potuiſſem. &,

Ἧκεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιο τε παῖδες,
Ἄλλοι τε Τρῶες, μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ,
Εἰ σφῶιν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιιν. hoc eſt.
Gauderet Priamus certe, & Priameia proles,
Troianique alii, foret & his ſumma uoluptas,
Omnia ſi uos hæc pugnare, veniret ad aures.

Da abnegatiuas. non habemus, ſed illarum loco ſubiunctiuis vtimur verbis, vt comeſſem, ſi haberem: feciſſem, ſi potuiſſem: curarem breui imprimendos optimos quoſque libros, ſi quiſquam rex adiuuaret.

Nam, cuius poteſtatis? Effectiuæ. Quare? Quia ſignificat effectum procedentem ex cauſſa, ut Legi, nam doctus ſum. ſed effectiuam eandem eſſe exiſtimo, quã proprie cauſſalem diximus.

Igitur, cuius poteſtatis? Collectiuæ, uel rationalis, uel illatiuæ. Quare? Quia per illationem colligit, quod ſupradictum eſt, hoc eſt ratione confirmat, ut M. Tullius pro Ligario, Habes igitur quod eſt accuſatori maxime optandum, confitentem reum: uel infertur aliis præpoſitis, vt Catilinam ſolus Cicero domuit, ſolus igitur Cicero patriam ſeruauit.

Da collectiuas. Ergo, igitur, itaque cum accentu in

antepenultima.

Véro in hac oratione. Aeneas vero & pius, & fortis fuit cuius poteſtatis? Completiuæ. Quare? quia nulla ſignificationis neceſſitate, ſed gratia ornatus ponitur.

Da completiuas? Autem, vero, quidem, equidem, quoque, nam, nanque, & quæcunque coniunctiones ornatus, cauſſa, vel metri, nulla ſignificationis neceſſitate ponuntur.

Et, cuius figuræ? Simplicis. Quare? quia ſimpliciter profertur.

Etenim, cuius figuræ? Compoſitæ. Quomodo componitur? Ex &, & enim.

Et, cuius ordinis? Præpoſitiui. Quare? quia ſemper præponitur in ordine orationis.

Que ſine diphthongo, cuius ordinis? Subiūctiui. Quare? quia ſubiungitur in ordine orationis.

Ergo, cuius ordinis? Communis. Quare? quia poteſt præponi, & ſupponi in ordine orationis.

DE INTERIECTIONE.

QVid eſt interiectio? Pars orationis indeclinabilis, interiecta aliis partibus orationis ad exprimendos animi affectus.

Interiectioni quot accidunt? Vnum. Quod? Significatio tantum.

Quot ſunt ſignificationes interiectionum? Hæ fere, quę hoc verſiculo comprehenduntur.

Gaudentis, riſus, mirantis, dolq;, pauorq;.

Hoc eſt, gaudentis, ridentis, mirantis, dolentis, expaueſcentis.

INTERROGATIONES DE INTERIECTIONE.

Heu, quæ pars orationis eſt? Interiectio. Quare? quia interiacet aliis partibus orationis. Euge, cuius ſignificationis? Gaudentis.

Da gaudentis? Euge,euax.

Ha ha ha,cuius ſignificationis? Ridentis. Da ridentis? ha ha ha.

Papæ,cuius ſignificationis? Admirantis. Da admirantis?Papæ,hem.Terent. Papæ exuperat ipſam Thaidē. Idem.Hem quid eſt?Papæ accepimus a Græcis: dicunt enim illi βαβαὶ.

Heu,cuius ſignificationis?Dolentis. Da dolentis? Heu, hei,a,o,uæ.heu accuſatiuo iungitur:vt heu me miſerum.dicimus etiam,heu pietas, heu priſca fides: hei vero,& uæ,datiuo coniunguntur,Virgilius. Hei mihi qualis erat,quantum mutatus ab illo Hectore.Martialis.Si ſciero,uæ tibi Cauſidice.

At at,cuius ſignificationis? Timentis. Da timentis? At at. Terentius in Andria,At at, hoc eſt illud, hinc illæ lacrumæ.

Sunt ne aliqua dubia inter aduerbia, ſeu præpoſitiones, & interiectiones?Maxime,ut o interiectio indignantis, dolentis,admirantis, & aduerbium uocandi, & optandi.

A, & præpoſitio eſt, & interiectio, vt A'Corydon Corydon.

Pro ſimiliter præpoſitio eſt,vt pro tribunali: & interiectio.vt pro Iupiter:pro dolor.

Quæ aliæ orationis partes ſolent pro interiectione proferri? Infandum,vt Nauibus,infandum,amiſſis unius ob iram.Et malum,vt apud Terentium. Quid hoc, malum,infelicitatis eſt?& eſt dictum anxii animi,& turbati nimis.

ALDI MANVTII PII ROMANI INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM LIBER III.

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM.

QVi eſt conſtructio? Debita diſpoſitio partium orationis in ipſa oratione.
Conſtructionum, quę eſt congrua ſenſu, & voce? Phyllis amat corylos.
Quæ ſenſu, & non voce? Turba ruunt: populus currunt: gens armati.
Quæ voce, & non ſenſu? Venetiæ in ſinu Adriatico ſitę abundant diuitiis, & Iam ſtabant Thebæ.
Conſtructioni quot accidunt? Duo, concordantia, & regimen. Quotuplex eſt concordantia? Triplex Nominatiuus cum uerbo, adiectiuum cum ſubſtantiuo, relatiuum cum antecedente.
Nominatiuus cum verbo in quot debet concordare? In duobus. in numero, & ĩ perſona, vt ego amo, tu amas, ille amat.
Adiectiuum cum ſubſtantiuo in quot debet concordare? In tribus, in numero, caſu, & genere, vt Vlyſſes aſtutus, Penelope pudica, arma crudelia.
Relatiuum cum antecedente in quot debet concordare? In duobus, in numero, & in genere, vt Aeneas qui, Dido quæ, Ilium quod.

DE CONCORDANTIA NOMINATIVI CVM VERBO.

Ego amo, quæ concordantia eſt? Nominatiuus, cum verbo. Oſtende nominatiuum ego. Oſtende ver-

bum.amo Concordat ne? Concordat. Oſtende. Ego eſt numeri ſingularis, & amo ſingularis: ego eſt perſonæ primæ,& amo primæ, ergo congrue dicitur ego amo,quia concordat nominatiuus,cum verbo,in numero & in perſona.

Quare ego eſt numeri ſingularis? Quia ſingulariter profertur. Quō: ſingulariter nominatiuo ego.

Quare amo eſt numeri ſingularis? Quia ſingulariter profertur. Quomodo? ſingulariter ego amo.

Quare ego eſt perſonæ primæ? Quia omnia nomina, &pronomina ſunt tertiæ perſonæ,exceptis ego,quod eſt perſonæ primæ,& tu ſecundæ,& vocatiuis caſibus qui ſunt perſonæ ſecundæ.

Quare amo eſt perſonæ primæ? Quia prima quæque vox verbi habentis tres perſonas,eſt perſonæ primæ. amo eſt prima vox verbi,ergo eſt perſonæ primæ.

Quare amo eſt prima vox verbi? Quia prima eſt in ordine,vt in ſingulari,ego amo, tu amas, ille amat: amo eſt prima, amas ſecunda,amat tertia.

Quot modis poteſt diſcordare nominatiuus a verbo? Tribus.in numero ſolum:in perſona ſolum:in numero,& in perſona ſimul.

Caue dicas concordatur,& diſcordatur. Nam concordo neutrum eſt.non enim dicimus concordo te cum illo ſed tu concordas per me. Ouidius. Per me concordant carmina neruis Itē Tu concordas cū illo. Teren. in phor. Si cōcordabis cum illa. Itē dicendū diſcordat nominatiuus a verbo,&cū verbo. Quinctilianus. Cō firmāda vox eſt, ne ab oratione diſcordet. Tacitus. Cū queis æternū diſcordant. ſicut diſſideo,& diſſētio. Ci cero in Lælio. Cum is tribunus plebis capitali odio a Q. Pompeio, qui tum erat cōſul, diſſideret. Idem in eodē. Ab iis qui pecudū ritu ad voluptatem omnia re ferunt,longe diſſētimus. M. Tullius tertio de officiis. Ego etiam cū Catone meo ſæpe diſſenſi. Valerius Ma

ximus. Armis cum Cinna collega ſuo diſſidens.

Dicitur ne congrue, ego amamus? Non. Quare? quia ego eſt numeri ſingularis, & amamus pluralis, & ſic diſcordaret nominatiuus a verbo in numero. Quare nō etiam in perſona? Quia ego eſt perſonæ primę, & amamus primæ. Ego igitur amamus diſcordat in numero, concordat in perſona.

Dic incongrue in perſona, & non in numero. Ego amas. Quare ſic? Quia ego eſt perſonæ primæ, & amas ſecundæ: & ſic diſcordat nominatiuus a verbo in perſona ſolum. Quare non diſcordat etiam in numero? Quia eſt numeri ſingularis, & amas ſingularis. igitur ego amas, diſcordat in perſona, & concordat in numero.

Dic incongrue in numero, & in perſona. Ego amatis. Quare ſic? Quia ego eſt numeri ſingularis, & amatis pluralis: ego eſt perſonæ primæ, & amatis ſecūdæ. & ſic diſcordat nominatiuus a verbo in numero, & in perſona.

Vlyſſes aſtutus, quæ concordantia eſt? Adiectiuum cum ſubſtantiuo. Oſtende ſubſtantiuum. Vlyſſes. Oſtende adiectiuum aſtutus. Congruit ne? Quidni? Nam Vlyſſes, eſt numeri ſingularis, caſus nominatiui, & generis maſculini: & aſtutus eſt numeri ſingularis, caſus nominatiui, & generis maſculini. ergo congrue dicitur, Vlyſſes aſtutus.

Quot modis poteſt diſcordare adiectiuum a ſubſtantiuo? Septem: in numero ſolum: in caſu ſolum: in genere ſolum: in numero, & in caſu, & non in genere: in numero, & in genere, & non in caſu: in caſu, & in genere, & non in numero: in numero, caſu, & genere.

Diceretur ne congrue, Vlyſſes aſtuti? Non. Quare? quia Vlyſſes eſt eſt numeri ſingularis, & aſtuti pluralis: & ſic diſcordaret adiectiuum a ſubſtantiuo in numero. Quare non diſcordaret etiam in caſu, & in genere? Quia Vlyſſes eſt caſus nominatiui, & generis ma-

Dic incongrue in numero,caſu,& genere.Vlyſſes aſtutas.Quare ſic?Quia Vlyſſes eſt numeri ſingularis, caſus nominatiui,& generis maſculini, & aſtutas eſt numeri pluralis,caſus accuſatiui,& generis feminini:diſcordat igitur in numero,caſu,& genere.

DE CONCORDANTIA RELATIVI CVM ANTECEDENTE.

Aeneas qui,quæ concordantia eſt?Relatiuum cum antecedente.Oſtende antecedens? Aeneas.Oſtēde relatiuum?qui.Congruit ne? Maxime.nam Aeneas eſt numeri ſingularis,&generis maſculini,& qui ſimiliter. ergo congrue dicitur Aeneas qui.

Diceretur ne congrue ,Aeneas quæ?Non.Quare? quia diſcordaret relatiuum ab antecedente.In quo? In genere.Quare?quia Aeneas eſt generis maſculini , & quæ feminini.

Quot modis poteſt eſſe diſcordia inter relatiuum, & antecedens?Tribus:in numero tantum : in genere tantū:in numero,& in genere ſimul.Fac diſcordet Aeneas qui,in numero tantū.Aeneas quos. quare ?quia Aeneas eſt numeri ſingularis,& quos pluralis. quare non diſcordat etiam in genere?quia Aeneas eſt generis maſculini,& quos maſculini. diſcordat igitur Aeneas quos,in numero ſolum.

Dic incongrue in genere duntaxat? Aeneas quam.quare ſic?quia Aeneas eſt genus maſculini, & quam feminini.quare non diſcordat etiam in numero?quia Aeneas eſt numeri ſingularis,& quā ſimiliter.diſcordat igitur Aeneas quam,in genere tantum.Fac diſcordet in numero,& in genere?Aeneas quarum . quare ſic?quia Aeneas eſt numeri ſingularis,&quarum pluralis:Aeneas eſt generis maſculini,&quarū feminini; ergo Aeneas quarū diſcordat in numero, &in genere.

Debet ne relatiuum cum antecedente conuenire in caſu?Minime. quare?quia cum non regantur ab vno, eodemq; verbo,& varie verba conſtruantur, non de-

habet conuenire in caſu.

Quare relatiuum cum antecedente non debet conuenire in perſona? Quia relatiua, ſicuti adiectiua, omnia, deficiunt perſona: ſed ſtatim cũ antecedenti adhæſerint, illius ſunt perſonæ, cuius eſt antecedens. nam cum dico tantum, qui, vel quæ, vel quod, nullius ſunt perſonæ. cum vero dico, ego qui: tunc, quia qui eſt coniunctum antecedenti ego, quod eſt perſonæ primæ, ipſum quoque primæ fit perſonæ, & propterea verbum quod ſequitur, vt ſtudeo, lego, & huiuſmodi, debet eſſe illius perſonæ, cuius eſt antecedens relatiui, vt ego, qui ſtudeo: tu, qui ſtudes: magiſter, qui ſtudet. nos, qui ſtudemus: uos, qui ſtudetis: magiſtri, qui ſtudent. eodem modo adiectiua ſequuntur ſubſtantiua, vt ego Virgilius, Romanus poeta, fui amicus Cæſaris: Tu Ariſtoteles, egregius philoſophus, docuiſti magnum Alexandrum: Homerus ille diuinus, & Achillis iram cecinit, & errores Vlyſſes.

DE CONSTRVCTIONE PARTIVM ORATIONIS.

Quæ partes orationis regunt poſt ſe verbum tam perſonale, quam imperſonale? Nomen, participium, præpoſitio, aduerbium, interiectio.

DE CONSTRVCTIONE VERBI ACTIVI.

Quid eſt verbũ actiuum? Quod in or finitum, format paſſiuum in or, vt Amo, amor, doceo, doceor; & poteſt habere accuſatiuum ſignificantem hominem, vt Pylades amauit Oreſtem. dicimus etiam, Amaryllis amabat caſtaneas, ego vidi Elephantum; & Tigridem. qui accuſatiui, non ſignificant animal rationale. quod non fit in neutris, non enim dicimus, aro Socratem, ſicut, aro terram: Igitur facio, cum compoſitis magis eſt actiuum, quam neutrum, vt Deus fecit hominem: & ignis calefacit Socratem, quorum paſſiua

fuerunt

fuerunt facior, & calefacior apud antiquos: locó quorum vtimur fio, & calefio.

Quot ſunt genera uerborum? duo. Perſonale, & imperſonale.

Quot ſunt genera verborum imperſonalium? quinq;. Actiuum, paſſiuum, neutrum, cōmune, & deponens.

Quot ſunt ſpecies verborum actiuorum? Decem.

DE PRIMA SPECIE ACTIVORVM.

QVæ ſunt actiua primæ ſpeciei? Quæ conſtruuntur duntaxat cum nominatiuo agente, & accuſatiuo patiente, vt ego amo Deum: tu vendis libros, ille ſcribit litteras: Plato docuit Ariſtotelem, & ſic in ceteris. omnia enim actiua ſunt primæ ſpeciei, ſi tantum nominatiuum, & accuſatiuum habent, ut Socrates docuit Platonem. quod ſi vltra principales caſus, ideſt poſt nominatiuum agentem & accuſatiuum patientem, genitiuum admiſerint, erunt ſecūdę, vt ego moneo te huius rei. ſi datiuum, erunt tertiæ, vt ego commendo me tibi. ſi accuſatiuum, erunt quartæ, vt Socrates docuit Platonem philoſophiam. ſi ablatiuum ſine præpoſitione, erunt quintæ, vt ego ſpoliaui te ignorātia. ſi ablatiuum cum præpoſitione, erunt ſextæ, vt ego accepi a te binas litteras. ſi nominatiuum, & datiuum tātum, erunt ſeptimæ, vt iubeo tibi. ſi nominatiuum, & infinitum, erunt octauę, ut tu credis eſſe doctus. ſi & ante ſe, & poſt ſe nominatiuum habuerint, erunt nonæ, vt lego aſſiduus, adorō pronus. ſi abſolute ponantur, erunt decimæ, vt quid facis? lego, ſcribo.

Notandum idem uerbum poſſe eſſe diuerſarum ſpecierum. nam ego emo libros, eſt primæ ſpeciei. ego emo libros tanti, eſt ſecūdæ. ego emo libros tibi, eſt tertię: ego emo libros arte, & īgenio, eſt quinctæ: ego emo libros a Triphone bibliopola, eſt ſextæ: Itē, ego doceo filium, eſt primæ ſpeciei: ego doceo filium tuū non minoris talento, eſt ſecundæ: ego doceo filium

tibi,eſt tertiæ:ego doceo filium bonas litteras, & bonos mores,eſt quartæ: ego doceo filium magno ſtudio,& labore,eſt quintæ:ſic alia multa.

Dic aliquot uerba actiua primæ ſpeciei.

Verberat,& video,facio,faſtidio,honoro,
Fert,occidit,amo,colit, & formido,timetq;,
Polluoq;,& cerno,damnat,docet,audio,narro,
Cum quarto tantum ſpecies ſunt omnia primæ.

Verbero,verberas,verberaui,verberatum. per battere.
Video,vides,vidi,viſum. per vedere.
Facio,facis,feci,factum. per fare.
Faſtidio,faſtidis,iui,itum. ꝑ hauer in faſtidio.
Honoro,honoras,honoraui,honoratum.per honorare.
Fero,fers,tuli,latum. per portare.
Occido,occidis,occidi,occiſum. per vccidere.
Amo,amas,amaui,amatum. per amare.
Colo,colis,colui,cultum. per amare con honore.
Formido,formidas,aui,atum. per hauer paura.
Timeo,times,timui,ſine ſupino. per temere.
Polluo,polluis,pollui,pollutum per imbrattare.
Cerno,cernis,creui,cretum. per uedere.
Damno,damnas,damnaui,damnatum.per dannare.
Doceo,doces,docui,doctum. per inſegnare.
Audio,audis,audiui,auditum per audire.
Narro,narras,narraui,narratum.per dire,

DE SECVNDA SPECIE VERBORVM ACTIVORVM.

Quæ ſunt actiua ſecundæ ſpeciei? quæ poſt nominatiuum agentem,& accuſatiuum patientem, cũ genitiuo conſtruuntur, ut Græci impleuerunt equũ armatorum militum , dici poteſt & armatis militibus,ſed ſic per quintam ſpeciem.

Pretium,in quo caſu eſſe debet? in ablatiuo ſemper, vt emi librum uili, vel aureo. ſic & inſtrumentum quo quid fit,poni in ablatiuo debet,vt ſcribo libentius calamo,quam penna. & tempus, vt ſtudui uiginti annis.dicimus,& viginti annos,idque plerunque cum

tempus continuum ſignificamus. Excipiuntur tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ſuis compoſitis tantidem, quantilibet, quanticunque, quantiuis, quæ ſine ſubſtantiuo in genitiuo ponuntur, ut Quanti emiſti ancillam? Cum ſubſtantiuo uero in ablatiuo, ut Quanto pretio emiſti Homerum? Item: Quantiuis emi dicimus, & Quantouis pretio emi, ſeu Quantauis pecunia. & Quantilibet, ſeu Quantolibet pretio emeris, nõ eſt mihi curæ: dices tamen, hæc res non ualet aureũ, & aureo. Varro. Denarii dicti, quod denos æris ualebant, quinarii, quod quinos. Plinius in naturali hiſtoria. Ita ut ſcrupulum ualeret ſeſtertiis vicenis, ſed tanti valet res, ſicut tanti emi rem, dicendum, ut apud iuriſconſultos. Res tanti ualet, quanti uendi poteſt. itẽ pluris hæreditas valeret, & quanto pluris hæreditas valeret, & quanto precio valet, ſicut quanto emi pretio dicimus. Donatus in Adelphis, vbi dicitur, Quanti eſt ſumito: pro quanto pretio ualet, exponit. eodẽ modo dicimus multo. & minimo, & paruo, & vili, uel emi, vel uendidi, ut apud eoſdẽ iuriſconſultos. Quaſi minimo ualeret hæreditas. nec dicas tãtũ, quãtũ, multum, parum, & minimũ ualet, niſi intellexeris pro poteſt, ut ſcio te multum valere, ideſt poſſe. hanc conſtructionem ſequuntur cetera uerba, quibus uti cum pretio poſſumus, vt doceo, ago, facio, conſto, & ſimilia. Plinius ſecundus de Pamphilo pictore. Neminẽ minoris docuit talento. Iuuenalis. Chryſogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Idem. Atque ideo pluris, quam Coſſus agebat. Et, quanti vna uenefica non ſtat. inuenies etiam apud Terentium. Videtur eſſe quantiuis pretii. & apud Saluſtium. pluris pretii. Plautus. Mortuus pluris pretii eſt, quam ego. dicimus etiam, non æſtimo tẽ vnius aſſis, & nõ facio te pili. Itẽ pluris, & minoris pretio unius aſſis. Horatius ſermone ſexto. Vnius aſſis, nõ unquã pretio pluris licuiſſe: vt ſic dicatur pluris, & minoris pretio, ut pluris & mi

noris nummo aureo,talento,cẽtum millibus nũmũ.

Dic aliquot actiua ſecundæ ſpeciei?

Vendit,emit,redimit,locat,& conduco,reuendo,
Aeſtimo,uænundo,caſtigoq;,& reprehendo,
Arguit,incuſat,condemno,atque impleo,mulcto,
His verbis caſum poſt quartum iunge ſecundum.
Sit tamen in ſexto pretium.quanti,atque minoris,
Pluriſq;,& tanti,ſocio ſine,da genitiuo.
Cum ſubſtantiuo,cures ea tradere ſexto.

Vendo,uendis,uendidi,uenditum. per vendere.
Emo,emis,emi,emptum. per comprare.
Redimo,redimis,redemi,redemptum. per riſcuotere.
Loco,locas,locaui,locatum. per dar a piſone.
Cõduco,cõducis,cõduxi,cõductũ.per toglier a piſone.
Reuẽdo,reuendis,reuendidi,reuenditũ.per riuendere.
Aeſtimo,æſtimas, æſtimaui , æſtimatum.per eſtimare.
Venũdo,venũdas,venundedi,venundatum.pervẽdere.
Caſtigo,caſtigas,caſtigaui,caſtigatum.per caſtigare.
Reprehendo,reprehendis, reprehendi , reprehenſum. per reprendere.
Arguo,arguis,argui,argutum. idem ſignificat.
Incuſo,incuſas,incuſaui,incuſatum. per accuſare.
Condemno,condemnas,condemnaui, condemnatum. per condennare.
Impleo,imples,impleui,impletum. per impire.
Mulcto,mulctas,mulctaui,mulctatũ.p punire ĩ denari.

DE VERBIS ACTIVIS TERTIAE SPECIEI.

Quæ ſunt actiua tertiæ ſpeciei? quæ poſt nominatiuum agentem, & accuſatiuum patientem cum datiuo conſtruuntur,ut Homo pius dat eleemoſynas pauperibus.

Dic aliquot actiua tertiæ ſpeciei.

Scribo,lego,adſcribo,commendo,nuncio,mitto,
Lego,& reſtituo,do,commodo,mutuo,dono,
Addico,indico,edicoq;,atque indico,prodo,

Poſt quartum dandi gaudent hæc omnia caſu.

Quæ poſſunt eſſe & tertiæ, & quintæ ſpeciei?

Augeo, conduplico, accumulo, atque impertio, dono.
Et ternæ, & quintæ ſpecies feciſſe licebit.

Scribo, ſcribis, ſcripſi, ſcriptum. per ſcriuere.
Lego, legis, legi, lectum. per leggere.
Aſcribo, is, pſi, tum. per attribuire, & imputare.
Commendo, as, aui, atum. per raccommandare.
Nuncio, nuncias, nunciaui, nunciatum. per auiſare.
Mitto, mittis, miſi, miſſum. per mandare.
Lego, legas, legaui, legatum. per mandare, & laſſare in teſtamento.
Reſtituo, reſtituis, reſtitui, reſtitutum. per reſtituire.
Do, das, dedi, datum. per dare.
Commodo, commodas, commodaui, commodatum. per preſtare, quod redditur idem.
Mutuo, mutuas, mutuaui, mutuatū. per preſtare, quod non redditur idem. ſed de mutuo abunde dicemus in exercitamentis Grāmaticis. ſignificat enim, nō dare mutuo, ſed accipere. Valerius Maximus lib. 6. ca. 11. Ac potius præſidium a libertate, quam ab innocētia mutuauit. quemadmodū & mutuor. C. Cæſar. lib. III. Commentariorum de bello ciuili Pompeiano. Quam maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſuis ſatisfacere, & fraudata reſtituere uellent.
Dono, donas, donaui, donatum. per donare.
Addico, addicis, addixi, addictum. per deſtinare, vt addictus morti.
Indico, indicis, ixi, ictum. per far ſapere denunciando.
Edico, edicis, edixi, edictum. per dare, vnde edictum.
Indico, indicas, aui, atum. per moſtrare, vnde index.
Prodo, prodis, prodidi, proditum. per tradire.
Dico, dicis, dixi, dictum. per dire.
Refero, refers, retuli, relatum. per riferire.
Declaro, declaras, declaraui, declaratū. per dichiarare.
Impendo, impendis, impēdi, impenſum. per ſpendere.

vnde impendium, id eſt impenſa.
Veto, vetas, vetui, vetitum. per vetare.
Suadeo, ſuades, ſuaſi, ſuaſum. per eſſortare a fare.
Perſuadeo, ſuades, ſuaſi, ſuaſum. per indurre a fare.
Promitto, promittis, promiſi, promiſſum. per ꝓmettere.
Accommodo, accommodas, accommodaui, accommodatum. per acconciare, & adattare.
Reddo, reddis, reddidi, redditum. per rendere.
Augeo, auges, auxi, auctum. per accreſcere.
Accumulo, as, aui, atum. per accumulare.
Conduplico, as, aui, atum. per radoppiare.
Impertio impertis, tiui, tum. per far participe.

DE QVARTA SPECIE VERBORVM ACTIVORVM.

QVæ ſunt actiua quartæ ſpeciei? Quæ poſt nominatiuum agentem, & accuſatiuum patiẽtem cum altero accuſatiuo conſtruuntur, ut ego doceo te grãmaticam.

Dic aliquot actiua quartæ ſpeciei.

Flagito, poſco, peto, doceo, rogo, calceo, cælo,
Exoro, admoneo, moneo, atque interrogo, cingo,
Induit, & veſtit, cumq; exuo, poſtulat, oro.
Omnibus his quartos poteris coniungere binos.

Quæ poſſunt eſſe & quartæ, & quintæ ſpeciei?

Exuo, & accingo, cum ueſtio, calceo, cingo,
Induoq;, & quartę potes hæc & dicere quintæ.

Flagito, flagitas, flagitaui, flagitatum.
Poſco, poſcis, popoſci, ſine ſupino.
Peto, petis, petiui, petitum. per domandare.
Doceo, doces, docui, doctum. per inſegnare.
Rogo, rogas, rogaui, rogatũ. per domãdare, & pregare.
Calceo, calceas, calceaui, calceatum. per calciare.
Cælo, cælas, cælaui, cælatum. per celare, & aſcondere.
Admoneo, admones, nui, nitum. per ammonire.
Moneo, mones, monui, monitum. idem ſignificat.
Interrogo, interrogas, interrogaui, tũ. per dimandare.

Exoro,exoras,exoraui,exoratū. per ottener pregando.
Admoneo,admones,admonui,admonitū. p ammonire.
Moneo,mones,monui,monitum. idem ſignificat.
Interrogo,interrogas,interrogaui,interrogatum.per domandare.
Cingo,cingis,cinxi,cinctum. per cingere.
Induo,induis,indui,indutum. per ueſtire.
Veſtio,veſtis,veſtiui,veſtitum. idem ſignificat.
Exuo,exuis,exui,exutum. per ſpogliare.
Poſtulo,poſtulas,poſtulaui, poſtulatū.per domandare.
Oro,oras,oraui,oratum. per pregare.
Inueniuntur ne aliqua verba ex ſupradictis aliter conſtrui,quam dictum eſt? Maxime,ut flagito,poſco,peto,ut poſtulo hoc abs te,& poſtulo te furti. & doceo, & admoneo te de hac re,& frequentius admoneo te huius rei.item induo tibi, & multa huiuſmodi. ſed tu ab iis,quæ non ſunt in vſu frequenti,abſtineas. peto tamen,& poſtulo abs te hanc rem,magis utimur, quam te hanc rem.

DE QVINTA SPECIE ACTIVORVM.

Quæ ſunt actiua quintæ ſpeciei? Quæ poſt nominatiuum agentem, & accuſatiuum patientem cū ablatiuo ſine præpoſitione conſtruuntur, ut ſtraui equum ſella,& ſcribo librum calamo, & peto te haſta. caue dicas cum haſta. nam cum inſtrumentum ſignificamus, tacemus præpoſitionem, ut uideo te oculis.

Dic aliquot actiua quintæ ſpeciei?

Inficit,& munit,tegit,atque irrito,leuoque,
Educat,atque cibat,vacuoque,& farcio,lacto,
Paſcit,alit,ſpoliat,ſternit,petit,afficit,ornat,
Impleoque,& ſatio,ſaturo,lanio,laceroque,
Cædo,onero,exonero,vexoque,& ſpargo,corono.
Poſſunt poſt quartum,purum ſibi iungere ſextum.

Quæ poſſunt eſſe & quintæ,& tertiæ ſpeciei?

Spargo,onero,fundo,figoque,& ſterno,leuoque.

Et ſi ſunt quinctæ,ternę quoque ſæpe uidebis.
Inficio,inficis,infeci,infectum per tingere.
Munio,munis,muniui,munitum. per fortificare.
Tego,tegis,texi,tectum. per coprire.
Irrito,irritas,irritaui,irritatum. per irritare.
Leuo,leuas,leuaui,leuatum. per alleggierire.
Educo,educas,educaui,educatum per alleuare.
Cibo,cibas,cibaui,cibatum. per dar da mangiare.
Vacuo,uacuas,aui,uacuatum.per uotare,& uacuare.
Farcio,farcis,farſi,fartum,proprie quod ſaturo.
Lacto,lactas,lactaui,lactatum. per allattare.
Paſco,paſcis,paui,paſtum. per paſcere.
Alo,alis,alui,altum,uel alitum. per nutrire.
Spolio,ſpolias,ſpoliaui,ſpoliatum. per ſpogliare.
Sterno,ſternis,ſtraui,ſtratũ.per diſtendere,& ſpianare.
Peto,petis,petiui,petitum. per andare addoſſo.
Afficio,afficis,affeci,affectũ,per indurre, & diſponere. vt ſic ego afficio diſcipulos, ut libenter ſtudeant. & afficior.per diſponerſi. Cic.in Lęlio: Sic afficior interdum,ut Catonem, non me, loqui exiſtimem. & ſic ſine ablatiuo.cum ablatiuo uero accipit ſignificationem ab eo ipſo ablatiuo, vt afficio te honore, pudore,damno,dedecore,gaudio, mærore, voluptate, ideſt diſpono te ad hæc omnia.
Orno,ornas,ornaui,ornatum. per ornare.
Impleo,imples,impleui,impletum. per empire.
Satio,as,aui,atũ.per ſatiare. vnde ſatias pro ſatietas.
Saturo,ſaturas,raui,ſaturatum. per ſatiare.vnde ſatur.
Lanio,lanias,laniaui, laniatum. per ſtrazzare. unde lanius,& laniſta.
Lacero,as,aui,atum.per ſtrazzare.unde laceſſo,ſis, iui, itum,& laceſſitus,ut feci laceſſitus iniuria,id eſt prouocatus.
Cædo, dis, cecidi, cæſum per æ diphthongum, per uccidere.unde homicida,qui hominem. Patricida, qui patrem. & paricida,qui cognatum,alium ue oc-

cidit. hinc etiã homicidium, patricidiũ, & paricidiũ: producit autem penultimam cecidi, a cædo, a cado vero, corripit, Priſcianus lib. 1. & 11. per duplex rr. parricidium ſcribendum cenſet.

Onero, oneras, oneraui, oneratum per cargare.
Exonero, exoneras, exoneraui, ratum. per diſcargare.
Vexo, vexas, uexaui, vexatum. per dar impazzo.
Spargo, ſpargis, ſparſi, ſum. per ſparger. vnde aſpergo.
Corono, coronas, coronaui, coronatum. per coronare.
Fundo, fundis, fudi, fuſum, per ſpandere, & riſeruare.
Figo, figis, fixi, fixum, per ficcare. vnde crucifixus.

De ſexta ſpecie verborum actiuorum.

QVAE ſunt actiua ſextæ ſpeciei? Quæ poſt nominatiuum agentem, & accuſatiuum patientem cum ablatiuo cum a, vel ab, vel e, vel ex, vel ſimili præpoſitione cõſtruuntur. vt ego audiui, & didici multa a præceptoribus meis, Romæ a Gaſpare Veronenſi, Grãmatico peregregio, Ferrariæ a Baptiſta, Guarini filio, viro vtriuſque linguæ quamdoctiſſimo.

Dic aliquot actiua ſextæ ſpeciei.

Audit, & ediſcit, vellit, mouet, amouet, arcet,
Accipio, retraho, cumq; exigo, ſeparo, ſoluo.
Haurit, habet, remouet, capit, atque intelligit, aufert.
Atque abigo, extirpo, eripio, & depello, vetoq;
Sumoq;: præcipuos poſt caſus ſumere ſextum
Debent, præpoſitis tamen a, vel ab. irrita vt olim
Iapetionides accepit ab hoſpite dona.

Audio, audis, audiui, auditum.
Ediſco, ediſcis, edidici, ſine ſupino. per imparar a mẽte.
Vello, vellis, velli, vel vulſi, vulſum. per ſcarpire.
Moueo, moues, moui, motum. per mouere.
Amoueo, amoues, amoui, amotum. per toglier via.
Arceo, arces, arcui, arctum. per far ſtar da longe.
Accipio, accipis, accepi, tum. per togliere, & intendere.
Retraho, retrahis, retraxi, retractũ. per tirar indietro.
Exigo, exigis, exegi, exactum. per riſcotere.

Separo,ſeparas,ſeparaui,ſeparatum.per ſpartire.
Soluo,ſoluis,ſolui,ſolutum. per ſciogliere & diſlegare.
Haurio,hauris,hauſi,hauſtum.per trar fora.vinum e dolio,aquam e puteo vt Haurit aquam cribro,qui diſcere vult ſine libro. Accipitur etiam pro audio, vt Vocemq; his auribus hauſi.
Habeo,habes,habui,tum.per hauere:& ſcribitur per aſpirationem in principio.nam habeo ſine aſpiratione facit in ſecunda perſona abis,& eſt neutrũ, & eſt id quod diſcedo,vt Abi hinc actutũ in malam crucem.
Remoueo,remoues,remoui,remotum. per rimouere.
Capio,capis,cepi,captum. per pigliare.
Intelligo,intelligis,intellexi,intellectũ. per intendere.
Aufero,aufers,abſtuli,ablatum, per leuar uia.
Abigo,gis,abegi,abactũ.per ſcacciare.vnde abactor.
Extirpo,extirpas,extirpaui,extirpatum.
Eripio,eripis,eripui,ereptũ.per togliere & liberare.
Diuello, diuellis, diuelli, vel diuulſi. diuulſum. per ſcarpire.
Veto,vetas,vetui,vetitum.per uietar, & prohibire.
Sumo,ſumis,ſumpſi,ſumptum. per togliere.

De ſeptima ſpecie verborum.

QVAE ſunt actiua ſeptimæ ſpeciei? Quæ conſtruuntur ante ſe cũ nominatiuo agente,& poſt ſe cũ datiuo patiente. vt Boni pueri libenter audiunt magiſtris, & parentibus ſuis.

Dic aliquot actiua ſeptimæ ſpeciei?

Audio,& auſculto,recipit,benedico,timetq;,
Impero,& inuideo,metuo,interdico,iubetq;,
Hæc quandoque ſolent ſolo gaudere datiuo.
Audio,audis,audiui,auditum.
Auſculto auſcultas,auſcultaui,tatum.per obedire.
Recipio,recipis,recepi,receptum.per promettere.
Benedico,benedicis,benedixi,ctum.per benedire.
Timeo,mes,mui, ſine ſupino. per temere,nequid acci-(dat mali.
Impero,as,aui,atum.per comandare.

Inuideo,inuides,inuidi,inuiſum.per hauere inuidia.
Metuo,tuis.metui,ſine ſupino. per hauer paura, nequid accidat mali.
Interdico interdicis,interdixi, interdictum. per interdire,& priuare,& vietare,
Iubeo,iubes,iuſſi,iuſſum. per comandare.
Sed audio,auſculto,timeo,metuo,recipio,benedico,magis neutra,quam actiua mihi videntur, quia paſſiue his vti non poſſumus,ſed impersonaliter ſic, audio tibi,a me auditur tibi,ſic benedicitur tibi,timetur vitæ Pamphili.quod etiam Diomedi placet,& hoc quā do tantum cum datiuo conſtruuntur.nam timeo tibi ſuſpendium, vel mortem:iubeo tibi hoc,vel illud: inuideo tibi doctrinam:non ſunt ſeptimæ ſpeciei.Et notandū dici timeo,&metuo te,ne ſcilicet noceas mihi. timeo,&metuo tibi,& de te,ne tibi qd accidat mali. Virgilius. Caroq; oneri timet.Terē.Eius vitæ timeo. M.Tullius ad Trebatium,Quo quidem nūcio valde mehercule de te timueram.Timeo,& metuo a te,ne propter te qd cuiquam accidat mali. Terentius. Hei metui a Chryſide.

DE OCTAVA SPECIE VERBORVM ACTIVORVM.

Quæ ſunt actiua octauæ ſpeciei? Quæ conſtruuntur a fronte cum nominatiuo agente,a tergo vero cum infinito,aut cum obliquo,aut ſine,vt ego credo eſſe indoctus:& ego credo me eſſe indoctum.
Sed notandum, Quod cum ſermo non reflectitur ad eum,qui eſt agens,ſed ad alium facit tranſitionem,neceſſe eſt vti obliquo: vt ego ſpero liberos meos fore & doctos,& bene moratos:cum vero reciprocus eſt, hoc eſt eadem res,&agit,& patitur,obliquo &vti,& non vti poſſumus pro arbitrio noſtro.vt puto eſſe bonus,& puto me eſſe bonum.tu credis eſſe doctus: & tu credis te eſſe doctum.Cæſar ſemper optauit euadere rex Romanorum: & Cæſar ſemper optauit ſe-

euadere regem Romanorum. Catullus ſcripſit ad M. Tulliū eſſe peſſimus poeta: & Catullus ſcripſit ad M. Tullium ſe eſſe peſſimum poetam.

Dic aliquot actiua octauæ ſpeciei?

Spero, & deſpero, cupio, ſcio, neſcio, duco,
Autumat, atque putat, credit, deſiderat, optat.
Hæc infinitum cum obliquo, aut abſque requirunt.

Spero, ſperas, ſperaui, ſperatum. per ſperare.
Deſpero, deſperas, deſperaui, deſperatū. per diſperare.
Cupio, cupis, cupiui, cupitum. per deſiderare.
Scio, ſcis, ſciui, ſcitum. per ſapere.
Neſcio, neſcis, neſciui, neſcitum. per non ſapere.
Duco, ducis, duxi, ductum.
Autumo, autumas, maui, matum.
Puto, putas, putaui, putatum. per penſare.
Credo, credis, credidi, creditum. per credere.
Deſidero, deſideras, deſideraui deſideratum.
Opto, optas, optaui, optatum. per deſiderare.

De nona ſpecie verborum actiuorum.

Quæ ſunt actiua nonæ ſpeciei? Quæ & ante ſe, & poſt ſe cum nominatiuo conſtruuntur, vt doceo ſedens, oro aſtans, adoro ſupplex, & huiuſmodi.

De decima ſpecie verborum actiuorum.

Quæ ſunt actiua decimæ ſpeciei? Quæ ante ſe cum nominatiuo cōſtruuntur, poſt ſe vero abſolute ponuntur. vt amo, lego, & huiuſmodi. vt Hei mihi, non ſuus eſt, iam ſcio, quiſquis amat. Item, ſi legis, cantas: ſi cantas, male cantas.

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM PASSIVORVM.

QVid eſt verbum paſſiuum? Quod ab actiuo formatur adiectione r litteræ, vt amor ab amo, doceor a doceo. Quot ſunt ſpecies verborum paſſiuorum? Decem, quot & actiuorum.

Omnia verba paſſiua quomodo conſtruuntur? A

fronte cum nominatiuo patiente, a tergo vero cum ablatiuo agente cum præpoſitione a vel ab, vel ſimili, uel cum datiuo, loco ablatiui vt tu amaris a me, vel tu amaris mihi, pro a me. Virg. in Bucolicis. His tibi Grynæi nemoris dicatur origo, tibi, pro a te

Quomodo cuius ſpeciei ſint paſſiua, cognoſcuntur? Si tantum nominatiuum patientem, & ablatiuum cum præpoſitione agentē admiſerint, erūt primæ ſpeciei. Verum ſi poſt rem agentem, & patientem, aliquē habuerint caſum, illius erunt ſpeciei, cuius actiua vnde formantur. nam ſicut ego amo Deum, eſt primæ ſpeciei actiuorum, ita Deus amatur a me, eſt primæ ſpeciei paſſiuorum. & ſicut, ego nō æſtimo te vnius aſſis, eſt ſecundæ ſpeciei actiuorum: ita, tu non æſtimaris a me vnius aſſis, eſt ſecundæ ſpeciei paſſiuorū, & ſic in in ſingulis. caſus enim qui neque agens eſt, neque patiens in actiuis, nō mutatur in paſſiuis: ſed tātum mutantur res agens, & patiens, vt ego ſcripſi litteras tibi, litteræ ſcriptæ fuerunt a me tibi. ego doceo te Grammaticam, tu doceris a me Grammaticam. ego ſpolio te veſte, tu ſpoliaris a me veſte. ego audio multa abs te, multa audiuntur a me abs te.

Sunt quæ datiuum in nominatiuum conuertunt, vt Ego iubeo tibi, tu iuberis a me. ego inuideo tibi, tu inuideris a me: inuenies etiam huiuſmodi orationes, Capræ paſcuntur herbas, & herbis.

Sed paſſiua cum accuſatiuo figurate conſtruuntur, vt læ dor manum, fractus ſum pedem, paſcuntur ſiluas, & ſumma Lycæi.

Quæ octauæ ſunt ſpeciei, quomodo conſtruuntur? Sic. ego credo eſſe bonus. ego credor a me eſſe bonus, ego puto te eſſe doctiſſimum: tu putaris a me eſſe doctiſſimus, & ſimiliter in ceteris.

Quæ ſunt nonæ quomodo conſtruuntur? Sic. Doceor ſedens, verberor inuitus, feror inſignis, ſcribor heres.

Quæ ſunt decimæ, quomodo conſtruuntur? Sic. Doceor, verberor. C. Cæſar cum occideretur, curabat vt honeſte caderet.

Dic aliquot verba paſſiua?

Verberor, & vendor, donor, doceor, ſpoliorq;,
Audior, & iubeor, nec non credor, videorq;,
Mutuor & debent patientem admittere rectum,
A, vel ab, & ſextum mediis admittere agentem.
Poſt tamen hos caſus, ſua quos actiua, ſequuntur.
Verberor. verberaris, verberatus ſum. per eſſer battuto.
Vendor, venderis, venditus ſum. per eſſer venduto.
Donor, donaris, donatus ſum. per eſſer donato.
Doceor, doceris, doctus ſum. per eſſer inſegnato.
Spolior, ſpoliaris, ſpoliatus ſum. per eſſer ſpogliato.
Audior, audiris, auditus ſum. per eſſer audito.
Credor, crederis, creditus ſum. per eſſer creduto.
Iubeor, iuberis, iuſſus ſum. per eſſer comandato.
Videor deris, viſus ſum per eſſer veduto, & per parere.
Mutuor mutuaris, mutuatus ſum. per toglier impreſtito. Sed eſt potius deponens, & mutuo neutrum: de quibus (vt dixi) dicemus in exercitamentis.

Et notandum omnia verba in or carere præteritis perfectis, & ſex iis, quæ a præteritis perfectis inclinantur, eorumq; loco poni participium præteriti temporis, & ſubſtantiuum verbum, vt amatus ſum, vel fuieram, vel fueram. eſſem, vel fuiſſem. ſim vel fuerim, eſſem, vel fuiſſem. ero, vel fuero. amatum eſſe, vel fuiſſe.

Quæ ſunt, quæ dicuntur vocatiua? Dicor, vocor. nominor, nuncupor, appellor, quæ volunt & a fronte, & a tergo nominatiuum. vt vocor Aldus.

Nuncupor, nuncuparis, nuncupatus ſum.
Appellor, appellaris, appellatus, ſum.
Dicor, diceris, dictus ſum.
Vocor, vocaris, vocatus ſum.
Nominor, nominaris, nominatus ſum. per chiamarſi.

DE VERBORVM NEVTRORVM, & deponentium conſtructione.

Quid eſt verbum neutrum? Quod in o deſinit, & paſſiuum in or proprie habere nõ poteſt. ſum igitur cum compoſitis, ſimiliter, odi, noui, cœpi, memini, abuſiue neutra eſſe dicuntur. item ſi dixeris aror, erit per proſopopœiam, vbi terra loquatur fictione poetica. Et notandum deponentia in conſtructione eſſe, vt neutra, hoc eſt neutra primæ ſpeciei, & deponentia primæ ſpeciei, eandem habere cõſtructionem. & neutra ſecundæ ſpeciei, & deponentia ſecundæ ſpeciei etiam eandem & ſic in ceteris, atque ideo ſimul de vtriſque tractabimus.

Quid eſt verbum deponens? Quod in or naturaliter deſinens, deponit alteram ſignificationem, ideſt vel actiuam, uel paſſiuam.

Quæ deponentia deponunt ſignificationem paſſiuam? Quæ ſunt primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, & ſeptimæ ſpeciei.

Quæ deponunt actiuam? Quæ ſunt quinctæ, & ſextæ.

Quot ſunt ſpecies verborum neutrorum? Septem. Quot ſunt ſpecies verborum deponẽtium? Similiter ſeptem.

De prima ſpecie verborum neutrorum.

Quæ ſunt neutra primæ ſpeciei? Quæ & a fronte, & a tergo nominatiuũ poſtulant, vt ego ſum indoctus, tu euaſiſti vir magnus.

Dic aliquot neutra primæ ſpeciei?

Sum, fio, incedo, euadoque, & viuo, voloque.
Primæ ſunt ſpecies, regitur cum rectus vtrinque.
Quandoque ipſa dies mater, quandoque nouerca eſt.

Sum, es, eſt, fui, ſine ſupino. per eſſere.
Fio, fis, factus ſum, vel fui. per eſſer fatto, & diuentare.
Incedo, incedis, inceſſi, inceſſum. per andare.
Euado, euadis, euaſi, euaſum. per diuentare.
Viuo, viuis, vixi, victum. per viuere

Volo,volas,volaui,volatum. per volare.

DE PRIMA SPECIE VERBORVM DEPONENTIVM.

QVæ ſunt deponentia primæ ſpeciei? Quæ cum nominatiuo vtrinque conſtruuntur, vt tu luctaris vnctus.

Dic aliquot deponentia primę ſpeciei?

Prœlior,& luctor,proficiſcor,digladiorque,
Et iocor,& gradior,ratiocinor,atque reuertor
Primæ ſunt ſpecies,regitur cum rectus vtrinque.
Graſſor ego armatus ſemper,ſed luctor inermis:
Digladior nudus:cautus ratiocinor,impar
Troilus infelix puer eſt congreſſus Achilli.

Prœlior,prœliaris,præliatus ſum. per combattere.
Luctor,luctaris,luctatus ſum. per giocar alle brazza.
Proficiſcor,proficiſceris,profectus ſum. per andare.
Digladior,digladiaris,digladiatus ſum. per fare alle ſpadazzate.
Iocor,iocaris,iocatus ſum. per giocare,& trepare.
Gradior,graderis,greſſus ſum. per andare.
Ratiocinor,aris,atus sum. per far conto,e ragione.
Reuertor,teris,ſus ſum. per ritornare.inuenitur & reuerto.

DE SECVNDA SPECIE VERBORVM NEVTRORVM.

QVæ ſunt verba neutra ſecundæ ſpeciei? Quæ cum nominatiuo patiente,&ablatiuo agente conſtruuntur, vt ego careo pecunia, nec dicas pecuniæ. Egeo tamen & indigeo, etiam genitiuo iunguntur: memini genitiuo,& accuſatiuo,& infinito etiam, ut memini legere,ſatago genitiuo tantum.abſtineo genitiuo,accuſatiuo,& ablatiuo. ſed abſtineo eſt actiuum, vt ait Priſcianus.

Dic aliqot neutra ſecundæ ſpeciei?

Deficit,indigeo,careo,memini,ſatagoque.
Affluit,atque egeo,vacat,atque exubero,abundo,
His ablatiuum tantum coniungito caſum.
Indiget,atque egeo ſextoq, & da genitiuo.

At memini & quarto caſu,& coniungo ſecundo.
Sed ſatago patrium tribuas tantummodo caſum.
Quæ poſſunt eſſe & ſecundæ,& tertiæ ſpeciei?
Affluo,deficio,necnon his adiice abundo
Neutrorum ternæ ſpecies ſunt,atque ſecundæ.

Deficio,deficis,defeci, defectum. per mancare, & non hauere.

Indigeo,indiges,indigui, ſine ſupino. per biſognare,& havere di biſogno.

Careo,cares,carui,caritum,vel caſſum. per mancare & non hauere.

Memini defectiuum. per ricordarſi, vt memini huius rei,& hanc rem.

Satago,ſatagis,ſategi,ſatactum. per eſſer diligente.

Affluo,affluis,affluxi,affluxum. per abondare.

Egeo,eges,egui,ſine ſupino. idem quod indigeo.

Vaco,vacas,vacaui,vacatum. idem quod careo, & deficio.

Exubero,exuberas,exuberaui, exuberatum. per abondare.

Abundo,abundas, abundaui, abundatum. idem quod affluo.

Abſtineo,abſtines,abſtinui,ſine ſupino.per aſtenere.

DE SECVNDA SPECIE VERBORVM DEPONENTIVM.

Quæ ſunt deponentia ſecundæ ſpeciei? Quæ nominatiuum agentem, & ablatiuum patientem poſtulant. in quo tantum a neutris ſecundæ ſpeciei differunt:illa enim nominatiuũ patientem, & ablatiuũ agentẽ, hæc autem nominatiuũ agentẽ,&ablatiuum patientem poſtulant, vt Vtere virtute. potior tamen iungitur etiam genitiuo,& accuſatiuo: obliuiſcor vero & reminiſcor,& recordor genitiuo,&accuſatiuo: fungor uero,& veſcor,& utor,& abutor apud veteres etiam accuſatiuo iungebantur. nunc autem tantum ablatiuo:abutor, tamen, etiam accuſatiuo: miſereor,

melius genitiuo.

Dic aliquot deponentia ſecundæ ſpeciei?

Fungorq́;,& potior,veſcor,fruor,vtor,abutor,
Necnon defungor caſu coniunge Latino.
Iunge tribus potior,quarto,& ſexto,atque ſecundo.
Et debet patrium miſeretur ſumere tantum.
Et patrium,& quartum reminiſcitur,obliuiſcor.
Attamen & veſcor,vtorq́;,& fungor,abutor,
Quarto etiam docti veteres iunxiſſe leguntur.

Fungor,geris,functus ſum.per vſar officio,& dignita.

Potior,potiris,uel poteris,potitus ſum.per ottenere coſa deſiderata.

Veſcor,veſceris,ſine præterito, & ſupino.per vſar cibi.

Fruor,frueris,fretus,vel fruitus, vel fructus ſum.per pigliare piacere,& diletto,vſando. Cicero in Hortenſio. Amœnitate ſumma perfructus.fretus idem eſt quod confiſus.Quinctilianus.Tua fretus humanitate,id egeram.

Vtor,vteris,vſus ſum. per vſare. homini autem adiunctum,per conuerſare. Cice.lib.1. Epiſt.famil.Aulo Trebonio utor valde familiariter.

Abutor,abuteris,abuſus ſum,eſt perperam,& male vti. & nimis licenter.

Defungor,defungeris,defunctus ſum . per vſar compitamente,vt defunctus eſt vita , id eſt finiuit officium uitæ.Virg.Pelagi defunctæ periclis.

Obliuiſcor,obliuiſceris, oblitus ſum. per dimenticarſi.

Reminiſcor,reminiſceris,ſine præterito,& ſupino. per ricordarſi.

Miſereor,miſereris,miſertus ſũ.p hauer miſericordia.

Recordor,recordaris,recordatus ſum.per ricordarſi.

DE TERTIA SPECIE VERBORVM NEVTRORVM.

QVæ ſunt neutra tertiæ ſpeciei? Quę cum nominatiuo agente , & datiuo patiente conſtruuntur,ut ſcalæ hærent parietibus. & tu ſeruis Deo.

Dic aliquot neutra tertiæ ſpeciei?

Seruit,obeſt,noceo,placet,atque incumbo,licetque,
Officio,caueo,ſtudeoque,& conſulit,hæret,
Obuio,& occurro,atque obtempero,obedio,paret,
Et faueo,& lateo,atque ignoſco,indulgeo,parco,
Interſum,ſoluo,deſumque,& debeo,cedo,
Aſſentit.ſpecies cum caſu hæc tertia dandi eſt.

Seruio,ſeruis,ſeruiui,ſeruitum. per ſeruire.
Obſum,obes,offui,ſine ſupino.
Noceo,noces,nocui,nocitum per nocere.
Placeo,places,placui,placitum per piacere.
Incumbo,incumbis,incubui,incubitum.per dare opera,& attendere con diligentia.
Liceo,lices,licui,licitum. per eſſere lecito.
Officio,officis,offeci,offectum. per nocere.
Caueo,caues,caui,cautum. per guardarſi.
Studeo,ſtudes,ſtudui,ſine ſupino. per ſtudiare.
Conſulo,conſulis,conſului, conſultum. per dare conſiglio.
Hæreo,hæres,hæſi,hæſum. per accoſtarſi.
Obuio,obuias,obuiaui,obuiatum. per ſcontrare.
Occurro,occurris,occurri,rſum.idem quod eo obuiā.
Obtempero, obtemperas, obtemperaui, obtemperatum. per obedire.
Obedio,obedis,obediui,obeditum. idem ſignificat.
Pareo,pares,parui,ſiue ſupino. idem quod obedio.
Faueo,faues,faui,fautum. per fauorizare.
Lateo,lates,latui,latitum. per aſcondere.
Ignoſco,ignoſcis,ignoui,ignotum.per perdonare.
Indulgeo,indulges,indulſi,indultum,per concedere.
Parco,parcis,peperci,uel parſi,parſum.per perdonare.
Interſum,interes, interfui,ſine ſupino. per eſſere preſente.
Soluo,ſoluis,ſolui,ſolutum. per pagare.
Deſum,dees,defui,ſine ſupino.per mancare.
Debeo,debes,debui,debitum. per eſſer obligato.

Cedo,cedis,ceſſi,ceſſum. per dar luogo.
Aſſentio,aſſentis,aſſenſi,aſſenſum. per conſentire.
Aſſentior tamen omnes fere dicunt,ut Gellius refert.

DE TERTIA SPECIE VERBORVM DEPONENTIVM.

QVę ſunt deponentia tertiæ ſpeciei? Quæ nominatiuum agentem, & datiuum patientem poſtulant: vt ego ſuffragor tibi,tu uero ingratus refragaris mihi.

Dic aliquot deponentia tertiæ ſpeciei?

Suffragor,dominorque,& fœneror,atque refragor,
Blandior,& medeor,nec non aſſentor,adulor,
Gratulor,iraſcor,famulor,minitorque,minorque,
Obſequor,auxiliorque,aduerſor,polliceorque,
Inſidior,dandi gaudebunt omnia caſu.

Suffragor,ſuffragaris,ſuffragatus ſum.per dar la uoce, o la ballota in fauore.
Dominor,dominaris,atus ſum. per ſignoreggiare.
Fœneror,fœneraris,fœneratus ſum.per dare ad vſura.
Refragor,refragaris, refragatus ſum per dar la uoce, o la ballotta contra.
Blandior,blandiris,blanditus ſum.per accarezzare, & luſingare.
Medeor,mederis.caret prõ & ſupino.per medicare.
Aſſentor,aſſentaris, aſſentatus ſum. per andare a verſo, & compiacere.
Adulor, adularis, adulatus ſum, penultima producta, per luſingare,& accarezzare.
Gratulor, gratularis,gratulatus ſum.eſt gaudere bono alieno,vt gratulor tibi.
Iraſcor,iraſceris,iratus ſum. per corrucciarſi.
Famulor,famularis,famulatus ſum.per ſeruire.
Minitor,minitaris,minitatus ſum per minacciare fortemente.
Minor,minaris,minatus ſum. per minacciare.
Obſequor,obſequeris,obſecutus sũ.per andare a uerſo.

Auxilior,auxiliaris,auxiliatus ſum.per aiutare.
Aduerſor,aduerſaris,aduerſatus ſum.per eſſer cōtrario.
Polliceor,ceris,citus,ſum. per prometter ſpontaneamente.
Inſidior,inſidiaris, inſidiatus ſum.per aguiatare,& far inſidie. Iniurior autem, & contrarior, ego non memini legere apud idoneos,ſed,fui tibi iniurius,affeci te iniuria,contrarius ero illi,aduerſabor & refragabor illi.

DE QVARTA SPECIE VERBORVM NEVTRORVM.

Quæ ſunt uerba neutra quartæ ſpeciei? Quæ cum nominatiuo agente, & accuſatiuo patiente conſtruuntur, ut ego aro terram: & habent paſſiuum in tertiis perſonis in vtroque numero, ut terra aratur, & terræ arantur.

Quare non habent paſſiuum in primis, & ſecundis perſonis uerba neutra quartæ ſpeciei? Quia ſemper habent accuſatiuum tertiæ perſonæ.quapropter cum fit conuerſa locutio,accuſatiuus tertiæ perſonæ,in nominatiuum tertiæ tranſmutatur, & debet concordare cū uerbo,quod erit item tertiæ perſonæ,ut ego aro terram,terra aratur a me:tu ſeminas agros, agri ſeminātur a te.ſi liceret dicere ego aro te,vel tu aras me, liceret facere conuerſam locutionem,tu araris a me, ego aror a te:quod quia non licet, ergo nec per paſſiuum licebit.qui autem dicit aror:ſeminor facit(vt dixi)proſopopœiam,qua poetæ utuntur.

Dic aliquot neutra quartæ ſpeciei?

Semino,tundo,& aro,colit,& ſero,conſero,planto,
Ventiloque,& pulſo,pinſo,& trituro,pitiſſo,
Condio,uello,meto,texo,ſuo,diſſuo,filo,
Sarcio,meio,puto,vanno,volo,digero,poto,
Prandet,edit,comedit,ſorbet,coquo,concoquo,ceno,
Excerno,ſitio,ſapio,neo,ſpumo,merendo,
Decoquit,atque bibo,euadoque,moloque,uoroq;.

His hominem quartum nunquam cōiunge notantem
Semino,ſeminas,ſeminaui,ſeminatum.per ſeminare.
Tundo,tundis,tutudi,tunſum. per piſtare.
Aro,aras,araui,aratum. per arare.
Colo,colis,colui,cultum. per coltiuare.
Sero,ſeris,ſeui,ſatum. per ſeminare.
Conſero,conſeris,conſeui,conſitum. per ſeminare, & piantare.
Planto,plantas,plantaui,plantatum. per piantare.
Ventilo,ventilas,ventilaui,uentilatum.per ventilare.
Pulſo,pulſas,pulſaui,pulſatum.per battere,& ſonare.
Pinſo,pinſis,pinſui,piſtum.per piſtare,& macinare.
Trituro,trituras,trituraui,trituratum. penultima producta. per battere alla ara.
Pitiſſo,pitiſſas,aui,atum.per guſtare,tentandi gratia.
Condio,condis,condiui,conditum.per far ſaporito.
Vello,vellis,uelli,uel uulſi,vulſum.per ſcarpire.
Meto,metis,meſſui,meſſum. per mettere.
Texo,texis,texui,textum. per teſſere.
Suo,ſuis,ſui,ſutum. per coſire.
Diſſuo,diſſuis,diſſui,diſſutum. per diſcoſire.
Filo,filas,filaui,filatum. per filare.
Sarcio,ſarcis,ſarſi,ſartum. per coſire,& repezzare.
Meio,meiis,ſine præterito & ſupino.per orinare.
Puto,putas,putaui,putatum. per potare.
Vanno,vannas,vannaui,vannatum.per criuellare.
Volo,vis,volui,ſine ſupino. per uolere.
Digero,digeris,digeſſi,digeſtum. per padire.
Poto,potas,potaui,potatum. per beuere.
Prandeo,prandes,prandi,& pranſus ſum. per diſnare.
Edo,edis,edi,eſum. per mangiare.
Comedo,comedis,comedi,comeſum,uel comeſtum. per mangiare.
Sorbeo,ſorbes,ſorbui,uel ſorpſi,ſorptum, & ſorbitum. per ſorbire. vnde ſorbillo. Terentius. Cyathos ſorbillans,paulatim hunc producam diem.

Coquo,coquis,coxi,coctum. per cuocere.
Concoquo,cõcoquis,concoxi,cõcoctum. per padire.
Ceno,cenas,cenaui,cenatum. per cenare.
Excerno,excernis,excreui, excretum. per andare del corpo.
Sitio,ſitis,ſitiui,ſititum. per hauer ſete.
Sapio,ſapis,ſapui, ſapitũ.per ſapere di buon,o di reo.
Neo,nes,neui,netum. per filare.
Spumo,ſpumas,ſpumaui,ſpumatũ. per far la ſchiuma.
Merendo, merendas,merendaui,merendatum. per merendare.vnde merenda,poſt meridiem cibus.
Decoquo,decoquis,decoxi, decoctum. per conſumare. & fallire. vnde decoctor qui abſumptis bonis non eſt ſoluendo.dicitur uulgo e fallito.Catullus,Decoctoris amica Formiani.
Bibo,bibis,bibi,bibitum. per beuere.
Euado,euadis,euaſi,euaſum. per euitare.vt euaſi periculum.
Molo,molis,molui,molitum. per macinare.
Voro,voras,voraui,uoratum. per diuorare.

DE VERBIS EXCEPTAE ACTIONIS.

QVæ ſunt verba exceptę actionis? Ea in quibus nõ ponitur nominatiuus,ſed ſubauditur Deus, propterea nõ inueniuntur niſi in tertiis perſonis, & conſtruuntur cum accuſatiuo patiente, vt pluit magnos imbres. inuenies apud hiſtoricos pluuiſſe lapidibus, & carnibus:& pluũt glãdes, & ſaxa apud poetas,ſicut ego pluo, fulmino,cũ Deus loquens introducit.

Dic verba exceptæ actionis?

Grandinat,atque pluit,ningit,tonat,atque coruſcat,
Fulgurat adiungas,& fulminat,atque ſerenat,
Luceſcit,nocteſcit,& aduesperaſcit,atque dieſcit.
Hoc eſt & fit lux,& veſpera,noxque,dieſque.
Et quarto,ſextoque pluit ſeruire uidebis.
Saxa pluit,carnes:ſaxiſque,& carnibus olim.
Saxa pluunt,ſed ait cecinit qui mutua fratrum

Vulnera,qui diro impulſi,cæcoque furore,
Oedipodionios fœdarunt ſanguine muros.
At qui Anchiſiaden ,nec denſior aere grando,
Nec de concuſſá tantum pluit ilice glandis.

Grandinat,grandinauit,grandinatum.per tempeſtare.
Pluit,pluuit,& pluit per ſyncopen . plutũ. per piouere.
Ningit,ninxit,ninctum. per neuigare.
Tonat,tonuit,tonitum. per tronizare.
Coruſcat,curuſcauit, coruſcatum. per lampezare,& ſplendere.
Fulgurat,fulgurauit,fulguratum. idem eſt quod coruſcat.
Fulminat,fulminauit,fulminatum.per dare della ſaetta,& il trono.
Seren at , ſerenauit,ſerenatum. per aſſerenare,& far ſereno.
Luceſcit,ſine prçterito,& ſupino . per far di. dicitur & illuceſcit:illuxit autem, compoſitum eſt ex in , & luxit,quod a luceo eſt præteritum.
Nocteſcit,ſine præterito,& ſupino.per far notte.
Adueſperaſcit,ſine præterito & ſupino.per farſi ſera.
Dieſcit,ſine præterito,& ſupino. per far di.

De quarta ſpecie verborum deponentium.

Quæ ſunt deponentia quartæ ſpeciei ? Quæ nominatiuum agentem,& accuſatiuum patientem poſtulãt, vt ego ſequor virtutem.

Dic aliquot deponentia quartæ ſpeciei ?

Arbitror,vlciſcor,fateor,ſequor,aggredιorque,
Solor,conſolor,prædor,percontor,opinor,
Deprecor,& populor,liceor,meditor,miſerorq́;
Metior,& metor,dignorq́;,precorq́;,iocorq́;,
Aucupor,& venor,furor,reor,atque recordor,
Alloquor,aſpernor,ſcrutor,nanciſcitur,atque
Præſtolor,opperior,lucrorq́;,& ſciſcitor:iſtis

Accuſatiuum patientem iungito verbis.
Arbitror,arbitraris,arbitratus ſum. per giudicare.
Vlciſcor,vlciſceris,vltus ſum. per far vendetta.
Fateor,fateris,faſſus ſum. per confeſſare.
Sequor,ſequeris,ſequutus ſum.
Aggredior,aggrederis,aggreſſus ſum.per aſſaltare.
Solor,ſolaris,ſolatus ſum. per conſolare.
Conſolor,conſolaris,conſolatus ſum . penul. producta, idem eſt quod ſolor.
Prædor,psædaris,prædatus ſum. per robare.
Percontor,percontaris,tatus ſum.per domandare.
Opinor,opinaris,opinatus ſum. per hauer opinione.
Deprecor,deprecaris,deprecatus ſum. per rimouere pregando.
Populor,popularis,populatus ſum.per.guaſtare.
Liceor,liceris,& licitor licitaris.per accreſcere il precio,all'incanto.
Meditor,meditaris,meditatus ſum.per penſare,eſſercitare,contare.
Miſeror,aris,miſeratus,ſum .per hauer compaſſione.
Miſeratur qui conqueritur aliena incommoda.
Miſeretur qui miſerum ſubleuat,inquit Feſtus.
Metior,metiris,menſus ſum. per miſurare.
Metor,aris,tus ſum.per diſponer,& locare con ordine.
Dignor,dignaris,dignatus ſum. per far degno.
Precor,precaris,precatus ſum. per pregare,
Loquor,loqueris,locutus ſum. per parlare.
Aucupor,aucuparis,aucupatus ſum.per vccellare.
Venor,venaris,venatus ſum. per cacciare.
Furor,furaris,furatus ſum. per robbare.
Reor,reris,ratus ſum. per credere,& penſare.
Recordor,recordaris,recordatus ſum.per ricordarſi.
Alloquor,alloqueris,allocutus ſum per parlare.
Aſpernor,aſpernaris, aſpernatus ſum. per diſpreggiare.
Scrutor,aris,atus ſum, per cercare con diligenza. Ter.

Nanciſcor, nanciſceris nactus ſum, per trouar per ventura.
Præſtolor, præſtolaris, præſtolatus ſum. per aſpettare.
Quem prçſtolare Parmeno hic ante oſtium?
Opperior, opperiris, oppertus ſum. per aſpettare.
Lucror, lucraris, lucratus ſum. per guadagnare.
Sciſcitor, ſciſcitaris, ſciſcitatus ſum. per ſpiare.

De quinta ſpecie verborum neutrorum.

Qvae ſunt neutra quintæ ſpeciei? Quæ nominatiuum patientem, & ablatiuum agentem poſtulant ſine prç poſitione, vel accuſatiuum cum ob, vel propter, vt ego gaudeo virtutem vel ob uirtutem vel propter virtutē. ſed frequētior vſus eſt cum ablatiuo, vt doleo tuo incommodo. Doleo ſic quoque conſtruitur. doleo caput, mihi dolet caput. Cicero. Dolent tibi oculi. Ouidius. Tu vero tua damna dole.

Dic aliquot neutra quintæ ſpeciei?

Gaudeo, cum caleo, rubeo, nigretq;, viretq;,
Et tepet, & friget, ſtupet, & cum turgeo floret,
Albeoq; & liqueo, cum mœreo, ſplendeo, pollet.
Aegrotat, pollet, madeo, tumeo, doleoq;,
Pingueoq; annumeres, & macret, & horret, & ardet,
Aretq;, & ſextum, aut quartum cum propter habebunt.

Gaudeo, gaudes, gauiſus ſum. per rallegrarſi.
Caleo, cales, calui, ſine ſupino. per ſcaldarſi.
Rubeo, rubes, rubui, ſine ſupino. per arroſciarſi.
Nigreo, nigres, nigrui, ſine ſupino. per annigrarſi.
Vireo, vires, virui, ſine ſupino. per rinuerdirſi.
Tepeo, tepes, tepui ſine ſupino. per intepidirſi, & eſſer tepido.
Frigeo, friges, ſine ſupino. per raffreddarſi, & hauer freddo.
Stupeo ſtupes, ſtupui, ſine ſupino. per ſtupirſi.
Turgeo, turges, turſi, turſum. per gonfiarſi.

Floreo,flores,florui,ſine ſupino. per fiorire.
Albeo,albes,albui,ſine ſupino. per imbianchirſi, & eſſer imbianchito.
Liqueo,liques.ſine præterito, & ſupino, per manifeſtarſi.
Mœreo,mœres,ſine præterito & ſupino. per attri-(ſtarſi.
Splendeo ,ſplẽdes,ſplẽdui,ſine ſupino.per riſplendere.
Polleo.polles,pollui,ſine ſupino. idem ſignificat.
Aegroto,ægrotas,ægrotaui,ægrotatũ.per ammalarſi.
Palleo,lles,llui,ſine ſup.per impallidirſi;& eſſer impalli(dito.
Madeo,des,madui ſine ſupino.per bagnarſi.
Tumeo,tumes,tumui,ſine ſupino. per gonfiarſi.
Doleo,doles,dolui,ſine ſupino. per dolerſi.
Pingueo,pingues,pingui,ſine ſupino. per ingraſſarſi.
Macreo,macres,macrui,ſine ſupino. per ſmagrirſi.
Horreo,horres,horrui,ſine ſupino.per hauer tremore.
Ardeo,ardes,arſi,arſum: per abbruciarſi.
Areo,ares,arui,ſine ſupino. per ſeccarſi.

De quinta ſpecie,verborum deponentium.

QVAE ſunt deponentia quintæ ſpeciei? Quæ cum nominatiuo patiente,& ablatiuo agente ſine præpoſitione conſtruuntur, vel cum accuſatiuo cum ob, vel propter,vt lætor bonis litteris,vel propter bonas literas.

Dic aliquot deponentia quintæ ſpeciei?

Lætorq;,& ſtomachor,triſtor,bacchorq;,querorq;,
Atque verecundor,delector,glorior,atque
Crapulor,indignor,morior,iraſcor.habebunt.
Sextũ ue,aut quartũ,quarto ob propter ue præibunt.

Lætor,lætaris,lætatus ſum. per rallegrarſi.
Stomachor,ſtomacharis,chatus ſum.per corucciarſi.
Triſtor,triſtaris,triſtatus ſum. per attriſtarſi.
Bacchor,baccharis,bacchatus ſum.per infuriarſi.ſed eſt proprie celebrare Bacchanalia.
Queror,quereris,queſtus ſum. per lamentarſi,
Verecundor,verecũdaris,datus ſum.per uergognarſi.

Delector,delectaris,delectatus ſum. per dilettarſi.
Glorior,gloriaris,gloriatus ſum. per gloriarſi.
Crapulor,ris,crapulatus ſum. per imbriacarſi di cibi.
Indignor,indignaris,indignatus ſum. per diſdegnarſi.
Morior,moreris,& moriris,mortuus sum. per morire.
Iraſcor,iraſceris,iratus ſum. per adirarſi.

De ſexta ſpecie verborum neutrorum.

Quæ ſunt neutra ſextæ ſpeciei? Quæ cum nominatiuo patiente,& ablatiuo agente conſtruuntur cum præpoſitione a vel ab, vt factus ſum a Deo.diſcipulus vapulat a magiſtro.Quinctilianus.teſtis in reum interrogatus an ab reo fuſtibus vapulaſſet,& innocens, inquit: Cetera ego cum ablatiuo apud approbatos non memini legere, ſed ſic ſemper, Exulo Romæ,Venetiis.Virgilius.Longeq; ignotis exulat oris. Terentius.Domo exulo.Appuleius tamen de Deo Socratis.Quæ omnes turbellæ,tempeſtatesq; procul a Deorum cæleſtium tranquillitate exulant. Et aliquando magno licebit virtus.Horatius ſermone. vi. Vnius aſſis nonunquam pretio pluris licuiſſe. Item. paruo hac tempeſtate væneunt libri.Valerius. Fecit, ne hoſtilium locus caſtrorũ minoris vænıret.Quinctilianus lib.xii.Reſpondit a ciue ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte vænire.Item Nupſit Glycerium Pamphilo.Ouidius.

Si qua voles apte nubere,nube pari.Martialis.
Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis,vxori nubere nolo meæ.

De neutris ſextæ ſpeciei?

Vapulat,& vænit,necnon licet,exulo,nubo,
Et cum compoſitis fio,& paſſiua ſequuntur.
A Xerxe vt Medo,qui vinxerat Ennoſigæum.
Diris compedibus,Caurusq; & vapulat Eurus.
Vapulo,vapulas,vapulaui,uapulatũ.per eſſer battuto.
Væneo,venis,væniui,vænum. per eſſer venduto.
Liceo,lices,licui,licitum. per eſſer apprezzato.

Exulo,exulas,exulaui,exulatum.per eſſer bandizato.
Nubo,nubis,nupſi,& nuptus ſum. per eſſer maritato. ſed proprie mulierum eſt,quæ quia apud antiquos cũ viris tradebantur,nubere capita, hoc eſt operire & velare,pudoris gratia ſolebant,nubere dictæ ſunt hoc eſt maritari,flãmeis obnupta facie. VndeClaudianus. Flãmea ſollicitum præuelatura pudorem. vel vt ait Feſtus,Boni ominis cauſſa,quia flãmeo aſſidue vteretur vxor Flaminis,cui non licebat facere diuortium. Abuſiue enim dictum,Nupſit amicus.

De ſexta ſpecie verborum deponentium.

QVAE ſunt deponentia ſextæ ſpeciei? Quæ nominatiuum patientem, & ablatiuum cum præpoſitione agentem poſtulant, vt Horatius natus fuit a patre libertino.

Dic aliquot deponentia ſextæ ſpeciei.

Naſcitur,atque oritur,patiorq;,adiunge renaſcor
Et gaudent ſexto, Patre vt ſum natus ab Aldo,
Et patior poterit caſum quoque ſumere quartum,
A ſaxo vt pateris non paruam Siſyphe pœnam.

Naſcor,naſceris,natus ſum. per naſcere.
Orior,oriris,vel oreris,ortus ſum .idem ſignificat.
Patior,pateris,paſſus ſum. per patire.
Renaſcor,renaſceris,renatus ſum.per rinaſcere.

De neutris ſeptimæ ſpeciei.

QVAE ſunt neutra ſeptimæ ſpeciei? Quæ nominatiuum agentem poſtulant,& poſt ſe nõ regunt caſum ſine præpoſitione,vt eo ad aream diui Marci : venio a delubro Virginis.niſi iungantur nominibus aduerbialiter poſitis,vt eo domum,venio domo. ſunt etiam quæ abſolute ponuntur, vt dormio, viuo. Peto tamen accuſatiuo iungitur ſine præpoſitione. Virgilius. Hinc portum petit. Idem, vt Italiam læti, Latiumq; petamus.

Dic aliquot neutra ſeptimæ ſpeciei?

It,meat,incedit,tendit,petit,ambulo,pergo.
Tranſeoq;,& curro,diſcedo,accedo,remigro.
Sto,iaceo,ſedeo,ſurgo,ruo,ſalto,quieſco,
Dormioq;,& vigilo,viuo,labo,ludit,hioq;,
Intereo,accumbo,ſudo,pereoq;,cadoq;,
Et valeo,atque oleo,nato,no,ſonat,occido,conſto,
Si admittunt caſum,non ſolum admmitere debent.

Eo,is,iui,itum.
Meo,meas,meaui,meatum.
Incedo,incedis inceſſi,inceſſum.
Tendo,tendis,tetendi,tenſum.
Peto,petis,petiui,petitum,
Ambulo,ambulas,ambulaui,ambulatum.
Pergo,pergis,perrexi,perrectum.per gire & andare.
Tranſeo,tranſis, tranſiui,tranſitum.per paſſare.
Curro,curris,cucurri,curſum. per correre.
Diſcedo,diſcedis,diſceſſi,diſceſſum.per partirſi.
Accedo,accedis,acceſſi,acceſſum.per approſſimarſi.
Remigro,remigras,graui atum per ritornare.
Sto,ſtas,ſteti,ſtatum per ſtar in piedi.
Iaceo,iaces,iacui,ſine ſupino. per giacere.
Sedeo,ſedes,ſedi,ſeſſum. per ſentare.
Surgo,ſurgis,ſurrexi,ſurrectum,per leuare ſuſo.
Ruo,ruis,rui,rutum. per ruinare.
Salto,ſaltas ſaltaui,ſaltatum. per ſaltare.
Quieſco,quieſcis,quieui,quietum.per ripoſare.
Dormio,dormis,dormiui,dormitum.per dormire.
Vigilo,uigilas,vigilaui,vigilatum.per vigilare.
Viuo,viuis, vixi,victum.
Labo,labas,labaui,labatum. per vacillare.
Ludo,ludis,luſi,luſum. per giocare.
Hio,hias hiaui,hiatum. per sbadacchiare.
Intereo,interis,interiui,interitum.per morire.
Accumbo,accumbis,bui,bitum.per ſentare a tauola.
Sudo,ſudas,ſudaui,ſudatum. per ſudare.

Pereo,peris,periui,peritum. per morire.
Cado,cadis,cecidi caſum. per caſcare.
Valeo,vales,valui valitum,per eſſer ſano, o malato.
Oleo,oles,olui,olitum.per ſaper di buono,o di reo.
Nato,natas,natavi,natatum. per nodare.
No,nas,naui,natum. idem ſignificat.
Sono,ſonas,ſonui,ſonitum. per ſonare,
Occido,cidis,occidi,occăſum.pe.breui per caſcare.
Conſto,conſtas,conſtiti,conſtitum,vel conſtatum. per eſſer manifeſto.

Quæ verba Grammatici appellant neutra paſſiua? Fit, ſolet,& gaudet,confido,atque audeo,fido.quia in prę teritis perfectis, & ijs, quæ a præteritis perfectis deriuantur,retinent literaturã paſſiuorum,in ceteris vero neutrorum.

Fio,fis,factus ſum. per eſſer fatto.
Soleo,ſoles,ſolitus ſum. per ſolere.
Gaudeo,gaudes,gauiſus ſum. per allegrarſe.
Confido,confidis,confiſus ſum. per confidarſi.
Audeo,audes,auſus ſum. per hauer ardimento.
Fido,fidis,fiſus ſum. per fidarſi.

Quomodo conſtruuntur? Varie.nam fio conſtruitur vt vapulo. ſoleo infinito ſemper iungitur, vt ſoleo legere.gaudeo dictum eſt iungi ablatiuo agenti,vt tu me rallegri,gaudeo te.Confido, & fido datiuum poſtulant,vt non confido tibi.Audeo accuſatiuo,vel infinito iungitur,vt audeo magnum nefas,& audeo cõuiciari tibi.Virgil.Audetq; viris concurrere virgo.Ouidius.Auſus es,o nimium,nimiumq; oblite tuorum, Thracia nocturno tangere caſtra dolo.

De ſeptima ſpecie verborum deponentium.

QVAE ſunt deponentia ſeptimæ ſpeciei? Quæ nominatiuum agentem poſtulant, & poſt ſe non regunt caſum ſine præpoſitione, vt non niſi doctus reuertar in patriam. niſi iungantur nominibus aduerbialiter poſitis. tunc enim tacemus præpo-

ſitionem,vt reuertor Romam,proficiſcor domo. Sunt quæ abſolute poni poſſunt,vt iocaris ne, an ſerio loqueris.

Dic aliquot deponentia ſeptimæ ſpeciei?

Laborq;,& gradior,uenor,piſcorq;,iocorq;,
Altercor,luctor,proficiſcitur,atque cachinor.
Prælior,& graſſor,lacrymor,ſcortorq;,ſed inde
Nugor,conuerſor,ſpatiorq;,& ruſticor adde.
Digredior,conor,ratiocinor,auguror.iſtis
Si dederis caſum,non ſolum iungito,verbis.

Labor,laberis,lapſus ſum.per traſcorrere,& caſcare.
Gradior,graderis,greſſus ſum. per andare.
Venor,venaris,venatus ſum. per cacciare.
Piſcor, piſcaris,piſcatus ſum. per peſcare.
Iocor,iocaris,iocatus ſum.per ſcherzare,& treppare.
Altercor,altercaris,altercatus ſum.per contendere.
Luctor,luctaris,luctatus ſum.per giocare alle brazza.
Proficiſcor,proficiſceris,profectus ſum.per andare.
Cachinor,cachinaris,cachinatus ſum.per rider molto.
Prœlior,præliaris,prœliatus ſum. per combattere.
Lacrymor,lacrymaris,lacrymatus ſum. dicitur & lacrymo. per lacrimare.
Scortor,ſcortaris,ſcortatus ſum. per meretricare.
Nugor,nugaris,nugatus ſum. per cianciare.
Conuerſor,conuerſaris,conuerſatus ſum. per conuerſare.
Spatior,ſpatiaris,ſpatiatus ſum. per andar a ſpaſſo.
Ruſticor,ruſticaris,ruſticatus ſum.per ſtar in villa.
Digredior,digrederis,digreſſus ſum.per partirſi.
Conor,conaris,conatus ſum. per sforzarſi in vano.
Ratiocinor,ratiocinaris,ratiocinatus ſum.per far conto. vnde ratiocinator dicitur lo Abachiſta.
Auguror,auguraris,auguratus ſum. per indouinare.

Et quoniam tam neutra, quam deponentia ſeptimæ ſpeciei iunguntur tum caſibus cum præpoſitione,

rum aduerbiis localibus,tũ nominibus poſitis aduer-
bialiter,vt eo,venio,tranſeo,gradior, proficiſcor,&
huiuſmodi:operæpretiũ videtur hic de aduerbiis lo-
calibus ſtudioſe cõſcribere.nõ poterit.n.quiſquã ho-
rum verborũ ſeptimæ ſpẽi bene ſcire cõſtructionẽ,ip
ſiſq; vti,Latine loquẽs,ſi neſciat,quonã modo iũgant
aduerbiis,ac nominibus,quæ ponũtur aduerbialiter.

DE ADVERBIIS LOCALIBVS.

Quot ſunt aduerbia localia? Sex. Vbi,quo,qua,unde,
quorſum,& quouſque. Vbi ſignificat ſtatum in loco.
Quo,motum ad locum. Qua, motum per locum.
Vnde,motum de loco. Quorſum,locum uerſus.
Quouſque,vſque ad locum,vel vſque ad tempus.

DIC ADVERBIA SIGNIFICANTIA IN LOCO.

Hic,iſtic,illic,intus,foris,uſquam,nuſquam,ibi, ibidẽ,
vbique,alibi,alicubi,ſicubi,necubi,ubiuis,ubilibet,
vbiubi, vbicunq;,vtrobiq;, ſuperius,inferius, & vbi.
Quæ differentia eſt inter hic, iſtic,illic? Hic ſignificat
locum apud primam perſonam,quæ loquitur. Iſtic,
locũ apud ſecundam,quæ audit. Illic,ab vtraque re-
motũ. Et ſic huc,iſtuc,illuc:hac,iſtac,illac:hinc,iſtic,
illinc:eodem modo hic,hæc,hoc:iſte,iſta,iſtud,ille,il-
la,illud:hic enim,refertur ad primam perſonã, iſte,
ad ſecundam,ille,ad tertiam.

DIC ADVERBIA SIGNIFICANTIA AD LOCVM.

Huc,iſtuc,illuc,intro foras,vſquam,nuſquam,ſiquo,ne
quo,aliquo,vtroque,quocunque,quoquo,quouis,quo
libet,eo,eodem,ſupra,infra,& quo.

DIC ADVERBIA SIGNIFICANTIA MOTVM PER LOCVM.

Hac,iſtac, illac, intus, foris, ſiqua, nequa,alia,aliqua,
utraque,quacunque,ea,eadem,& qua.

DIC ADVERBIA SIGNIFICANTIA MOTVM DE LOCO.

Hinc,iſtinc,illinc,intus,foris, ſicũde,necunde,aliunde,alicunde,vndique, vndecunque, vtrinque,vndeuis,vndelibet,inde, vnde,ſuperne, inferne, cælitus, funditus,radicitus.

DIC ADVERBIA SIGNIFICANTIA LOCVM VERSVS.

Horſum, iſtorſum, illorſum, ſiquorſum, nequorſum, aliorſum,aliquorſum,ſurſum,deorſum,dextrorſum, ſiniſtrorſum,vel leuorſum, vtroq; verſum,& quorsũ.

DIC ADVERBIA SIGNIFICANTIA VSQVE AD LOCVM.

Hactenus,hucuſque,iſtucuſque,illucuſque,eouſque,& quouſque.

DE NOMINIBVS QVAE PONVNTVR ADVERBIALITER.

NOmina vrbium, oppidorum, & pagorum in loco, in quo caſu ponuntur? In genitiuo ſi ſint primæ, vel ſecundæ declinationis, vt ſum Patauii,fui Romæ. Si vero tertiæ,vel tantum pluraliter declinata,in ablatiuo: vt tu fuiſti Carthagine. ego eram Venetiis, Piſis,Senis,Locris,Puteolis,Carris.

De loco,& per locum in quo caſu ponuntur? Similiter in ablatiuo,ut ſolui Venetiis. trãſiui Roma, Brundiſio.tu venis Florentia,Carthagine.

Ad locum in quo caſu ponuntur? In accuſatiuo,ut eo Romã,Tibur,Venetias,Sermonetã,Baſſianũ,Carpos.

Ad interrogationem per quorſum, in quo caſu ponuntur? In accuſatiuo cum verſus: quod poſtpoſitum, inclinat ſibi præpoſita nomina,ut Cum appropinqua re aduentus tuus putaretur, & Romam verſus profectum te eſſe conſtaret,ſcripſi ad te has litteras.

Ad interrogationem per quouſq;, in quo caſu ponuntur? In accuſatiuo cum vſque,vt vſque Romam.

Poſſumuſne huiuſmodi nominibus propriis addere præpoſitionem? Maxime,vt vado ad Albam,venio ab

Roma,quod & vſu approbatorũ facile oſtẽdi poteſt. Cicero in Verrinis. Ea die Verres ad Meſſanã venit. Saluſt.in Catilinario Iam tũ Brutus ab Roma aberat. Recte ergo dicetur,Venio a Roma,& a domo:ſum in Roma,& ĩ domo. Fabius. In domo furtũ factũ ab eo,q̃ domi fuit. Plurima ſibi exẽpla facile q̃ volet,iueniet, ſed frequẽs vſus gaudet breuitate,& demit præpõnẽ.

Quę appellatiua ponuntur ut propria? Domus,humus, rus,& militia. Sed humus,ego non niſi in loco, & de loco memini legere:& militia,in loco tãtum. ut Stratus humi,Surgit humo,fui militiæ. Item rus in loco magis in datiuo, quam in ablatiuo ponitur. Terentius.Ruri ſe continebat. Poetæ tamen propter metrum etiam rure dicunt. Inuenies etiam belli in loco aduerbialiter. M.Tullius lib.2.de Officiis. Præterea, quibuſcunque rebus vel domi, vel belli poterunt, rempu.augeant imperio,agris,vectigalibus.

Adiiciuntur ne adiectiua hmõi nominibus, cũ ponuntur aduerbialiter? Non:niſi meus,tuus,ſuus,noſter,et ueſter,& alienus.nã,ſum domi meæ,& tu es domi alienæ,dicimus:sũ domi magnæ, tu es domi pulchræ & regiæ,nõ dicimus:ſed in domo magna, & ĩ domo pulchra,& regia. Itẽ. eo Venetias, ditiores Patauio, vel Patauium maius Venetiis:ego q̃a id genus orõnis non memini legere,nõ dicerẽ,ſed ad Venetias ditiores,ad Patauiũ maius. Legi tñ apud Ouid.in Heroidibus. Atq; aliq̃s doctas iã nũc eat inquit Athenas. ſed poteſt tacuiſſe præpoſitionẽ,vt Virg. Italiã fato profugus Lauinaq; venit: nam Propertius addidit, cum ait,Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.

Nomina prouinciarum,regionum, inſularum,montiũ, appellatiua,& propria hominum,& belluarum:item appellatiua rerũ omnium in loco,in quo caſu ponũtur? In ablatiuo cũ præpoſitione in, uel ſimili,ut ſum in tẽplo,ſub tecto,ſuper lapide. Ad locũ in quo caſu ponuntur? In accuſatiuo cũ præpoſitione ad, vel ſimi.

ſi, ut eo ad templũ, in Cyprũ, verſus Italiã, quod melius poſtponitur, vt Italiã uerſus. Vſque uero, ponitur cum alia præpoſitione, ut eo vſque ad templũ, vſq; in Cretam. Ad locum vtimur etiã ſupinis in vm ſine præpoſitione, & gerũdiis in dum, cum prępoſitiõe, vt eo lectũ, & ad legẽdum. De loco in quo caſu ponuntur? In ablatiuo cũ a, uel ab, uel e, vel ex, uel ſimili ꝑpoſitione, vt uenio ex agro, reuertor a tẽplo, uel e foro domũ. Per locũ in quo caſu ponunt? In accuſatiuo cũ per, vt vt trãſeo per forũ, per areã diui Marci, per Danubiũ.

DE VERBORVM COMMVNIVM CONSTRVCTIONE.

Quid eſt verbum commune? Quod in or naturaliter deſinens, vtranque retinet ſignificationem, actiuam ſcilicet, & paſſiuam. Quomodo conſtruuntur verba communia, quando actiuam habẽt ſignificationẽ? Cum nominatiuo agente, & accuſatiuo patiẽte, ſicut uerba actiua: vt ego criminor te, ſicut ego accuſo te: tu largiris mihi libros, ſicut tu donas mihi libros.

Quomodo conſtruuntur uerba communia in ſignificatione paſſiua? Cum nominatiuo patiente, & ablatiuo agẽte cũ præpoſitione a, uel ab, uel ſimili, ſicut uerba paſſiua: vt ego criminor abs te, ſicut ego accuſor abs te: libri largiũt a me tibi, ſicut libri donant a me tibi.

Da verba communia.

Largior, experior, veneror, moror, oſculor, hortor,
Criminor, amplector, nęcnon interpretor, atque
Hoſpitor. hęc nunc ſunt communia verba, ſed olim
Multa alia antiquis communia uerba fuerunt,
Vt meditor, ſolor, fruſtror, reor, aggrediorque,
Fate, obliuiſcor, dignor, ſtipulor, dominorq;,
Metor, & aſſector, teſtor, deteſtor, abutor.
Quæ actiue, quarto, paſſiue, iungito ſexto.

Largior, giris, gitus ſum. per donare, & eſſer donato.
Experior, experiris, expertus ſum. per prouare, & eſſer prouato.

Veneror, veneraris, veneratus ſum. per honorare, & eſſer honorato.
Moror, moraris, moratus ſum. per ritardar, & eſſer ritardato.
Oſculor, aris, oſculatus ſum. per baſar, & eſſer baſato.
Hortor, hortaris, hortatus ſum. per confortar, & eſſer confortato.
Criminor, criminaris, criminatus ſum. per incolpar, & eſſer incolpato.
Amplector, amplecteris, amplexus ſum. per abbracciar, & eſſer abbracciato.
Interpretor, aris, atus ſum. per eſponer, & eſſer eſpoſto.
Hoſpitor, aris, tus ſum per albergar, & eſſer albergato.
Meditor, aris, tus ſum. per eſſercitar, penſando.
Solor, ſolaris, ſolatus ſum. per conſolare.
Fruſtror, fruſtraris, fruſtratus ſum. per ingannare.
Reor, reris, ratus ſum. per penſare, & credere.
Aggredior, aggrederis, aggreſſus ſum. per aſſaltare.
For, quod non eſt in uſu, faris, fatus ſum. per parlare.
Dignor, dignaris, dignatus ſum. per degnarſi.
Obliuiſcor, obliuiſceris, oblitus ſum. per dimenticarſi.
Stipulor, ſtipularis, ſtipulatus ſum. per dimandare.
Dominor, dominaris, dominatus ſũ. per ſignoreggiare.
Metor, metaris, metatus, ſum. per metter per ordine.
Affector, affectaris, affectatus ſum. per imitare.
Teſtor, aris, atus ſum. per teſtificare, & far teſtamento.
Deteſtor, aris, atus ſum. abominor, & quaſi precando auerto.
Abutor, abuteris, abuſus ſum. per mal vſare.

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM IMPERSONALIVM.

Quid eſt verbum imperſonale? Quod nec numeros diſtinctos, nec perſonas habet.
Quot ſunt genera uerborum imperſonalium? Duo, actiuæ uocis, & paſſiuæ.
Actiuæ uocis imperſonalia quomodo deſinunt? In

r,ut pœnitet,placet,intereſt.

Paſſiuæ uocis imperſonalia quomodo deſinunt? In tur, ut amatur.

De imperſonalibus paſſiuæ vocis.

A quibus verbis deriuantur paſſiuæ vocis imperſonalia? A uerbis in o,quæ nominatiuum agentem poſtulant,id eſt a uerbis actiuis, a neutris tertiæ, quartæ, & ſeptimæ ſpeciei. Ab iis autem,quæ habent nominatiuum patientem,ut egeo,gaudeo,vapulo, nõ deriuantur:nec ab iis neutris,quæ prę ſe infinitum admittunt,niſi a paucis. Virgilius. Sic placitum. Plinius tamen lib. 10. cap. 27. indigetur vſus eſt. Nunquam cõſpectis,niſi cum præſidio earum indigetur. ſed tu eorum,quæ non ſunt in frequenti vſu,abſtineas.

Quomodo conſtruuntur imperſonalia paſſiuæ vocis? Cum ablatiuo agente cum præpoſitione a, vel ab:vt a me ſtudetur, ideſt ego ſtudeo: a te dormitur, id eſt tu dormis. poſt ſe vero regunt caſum verborũ ſuorũ, ſi a neutris tertiæ,& ſeptimæ ſpeciei deducta fuerint, vt ſeruio tibi,a me ſeruitur tibi:eo ad templum,a me itur ad templũ. nã quæ ab actiuis ueniunt,ego nõ memini legere cum caſu patiente. non enim legi vnquã apud doctos, quale eſt,amatur Socratẽ,aratur terrã: ſed paſſiue ſemp̱,amatur Socrates,aratur terra. quod ne apud Græcos quidem fieri deprehendi, nec potui adhuc inuenire,qui legerit. Illud enim apud Priſcia. λέγεται Διογένην τὸν κυνικόν, hoc eſt dicitur Diogenem Cynicum,ſi nõ ſubauditur ποιῆσαι ἢ τύψαι, uel aliud infinitũ,Græci nõ approbãt. negant enĩ dici apud ſe, ςέργεται Σωκράτην, hoc eſt,amatur Socratem. docetur vero Grãmaticã,& petitur gratiam ita dicitur ut, donatur tibi,turbatur agris,a me accipiť a te. non enim in his pati aliquid ſignificamus. Ponuntur frequẽtius abſolute,ut amatur,ſtatur. Sed,quare nõ liceat dicere amatur Socratem,oſtendimus in fragmentis noſtris.

Ante ſe an habere poſſint ablatiuum, poſſumus ne

auctoritate confirmare? Maxime. Cicero in epiſtolis, Sed nihil eſt a me inſeruitum tēpori. Idem in officiis. Occurritur autem nobis & quidem a doctis, & eruditis. Cæſar in Commentariis. Cum ab hoſtibus conſtanter, & non timide pugnaretur. Liuius. Et Roma inde frequenter migratum eſt a parentibus, ac ꝓpinquis nuptarum. ſed hæc omnia ſunt a neutris tertiæ, & ſeptimæ ſpeciei. An etiam quæ ab actiuis, & neutris quartæ deriuantur, habere poſſint ablatiuum, nullum occurrit exemplum, niſi quod apud Plautum legitur. Si opulento petitur pauperioris gratiam, pauper timet. vbi opulento datiuus eſt pro ablatiuo poſitus. ſed dici poſſe & Donatus, & Diomedes, & Priſcianus docent, quibus ego facile accedo.

Quam ſignificationem habēt hæc vocis paſſiuæ imperſonalia? Actiuam ſemper. nam quid aliud eſt, a me amatur, quam ego amo? a te curritur, quam tu curris? Et notādum nihil id genus imperſonalibus eſſe poſſe, quod patiatur.

Dic aliquot imperſonalia paſſiuæ vocis?

Scribitur, & legitur, ferturq́;, auditur, amatur,
Prandetur, bibitur, ſtatur, ſeruitur, aratur
Præ ſe quæ ſextum, dandiue admittere caſum
Debent, poſt caſus uerborum cuncta ſuorum.
Itur vt ad generum Cereris ſine vulnere paucis
Regibus, & ſicca & crudeli morte tyrannis:
Ac tacite ad gelidum miſeris deſcenditur orcum,
Atque ibi Iunoni ſtygiæ ſeruitur ab illis.
Siqua fides, vanis ſed tu ne crede Poetis.
Non tamen inuenies, pulchrum certamen Oreſtis
Cum Pylade a nobis legitur, certamen vt hic ſit
Quartus: nec, terras mihi bobus aratur, & agros,
Atque his conſimiles apud egregios auctores.
Sed plerunque ſolent non vllum admittere caſum,
Vt, turbatur agris, ſtatur, dormitur, amatur.
Scribitur, ſcribebatur, ſcriptum eſt, uel fuit. ſi ſcriue.

Legitur, legebatur, lectum eſt, vel fuit. ſi legge.
Fertur, ferebatur, latum eſt, vel fuit ſi porta.
Auditur, audiebatur, auditum eſt, vel fuit. ſi alde.
Amatur, amabatur, amatum eſt, vel fuit. ſi ama.
Prandetur, prãdebatur, pranſum eſt, vel fuit. ſi decena.
Bibitur, batur, bitũ eſt, vel fuit. ſi beue. Statur, batur, ſtatum eſt, vel fuit. ſi ſta. Seruitur, batur, uitum eſt, vel fuit. ſi ſerue. Aratur, batur, aratum eſt, vel fuit. ſi ara.

De imperſonalibus actiuæ vocis.

Imperſonalia actiuæ vocis quot ſpecies habent? Sex.

De prima ſpecie imperſonalium.

QVæ ſunt imperſonalia actiuæ vocis primæ ſpeciei? Quę ablatiuum agẽtem cũ præpoſitione a vel ab & datiuum poſtulant, vt io faccio bene alli mei amici, liquali ſatisfano a mi. per neutrũ dicim⁹, ego bene facio amicis meis, qui ſatiſfaciũt mihi. per imperſonale vero, a me bñfit amicis meis, a quibus ſatisfit mihi. hoc eſt bonum, id eſt bona res fit a me amicis meis.
Et aduerte huius ſpẽi verba eſſe ſemper imperſonalia, nõ.n. licet dicere benefio, malefio, ſatisfio: quoniã in his, bene, male, ſatis, vim habere videtur nominatiui tertiæ perſonæ, & datiuus neq; agens eſſe, neq; patiẽs.

Dic imperſonalia actiuæ vocis primæ ſpeciei.

Cum benefit verbo, necnon male iunge, ſatisq;,
Et benefit facies, necnon malefitq;, ſatisfit,
Quæ debent ſextum, caſumq; admittere dandi.
Benefit, benefiebat, benefactũ eſt vel fuit, el ſi fa bene.
Malefit, lefiebat, malefactum eſt, vel fuit. el ſi fa male.
Satisfit ſatisfiebat, ſatisfactum, eſt vel fuit, el ſi ſatisfa.

De ſecunda ſpecie imperſonalium actiuæ vocis.

QVæ ſunt imperſonalia ſecundæ ſpẽi? Que ante ſe infinitũ loco nominatiui poſtulãt, & poſt ſe gtũm, vt legere bonos libros intereſt ſcholaſticorũ. Excipiũtur mea tua, ſua, noſtra, & veſtra. pro mei, tui, ſui, noſtri, & veſtri, vt docere meos ſcholaſticos ĩtereſt mea.
Dicimus etiã, Cuia intereſt, ſicut cuius. vt hęc quoq;

interſũt tua, cuia, vel cuius ſtudere, maxime intereſt. Sed quãdo nominatiuũ habẽt, ſunt perſonalia, vt hoc mea primum nõ parui refert, & tu etiam cogita quid cuiuſque interſit. Et notandum horum verborum nominatiuũ ſemper neutri generis eſſe oportere, quemadmodum Laurentius Valla præſtantivir ingenio docet, cui ego facile aſſentior, quia nuſquam aliter memini legere quam cum nominatiuo neutri generis. Aliquando tãmen aliter inueniuntur. Plinius libro XVIII. cap. XXI. Plurimum enim refert cuiuſque ſoli ratio. Idem in procemio primi libri, Multumq; apparatus intereſt apud inuitatum hoſpitem & oblatũ. Sed an verbum aliquod ſit imperſonale, oſtendimus abunde in fragmentis grammaticis.

Intereſt quando eſt perſonale quot modis conſtruitur? Quatuor, & quatuor habet ſignificationes. Iungitur enim genitiuo, & ſignificat quod vulgo dicimus appertenere, vt queſta coſa ſe appartiene a te ſolo. hoc tua ſolius intereſt, ideſt ad te ſolum pertinet. Itẽ iũgitur datiuo, & ſignificat eſſere preſente, vt io ſon ſtato preſẽte alle tue nozze, ego interſui nuptiis tuis. Quãdo vero ſic dicimus, da Roma a Napoli ſono cento miglia: e de qui, ouero dalla piazza al pallazzo ſono ducento paſſi: Roma Neapolim interſunt centum millia paſſuum, ideſt centum milliaria: & hinc vel e foro ad prætorium interſunt ducenti paſſus, ſignificat diſtantiam, & quãto é da vno loco ad vno altro, quod ſit melius per diſtat, vt Roma Neapoli diſtat centũ millibus paſſuũ: & hic locus, vel area a prætorio diſtat ducẽtis paſſibus. Item & per abeſt. Plancus in epiſtola ad Ciceronem lib. x. Vẽtidius bidui abeſt ab eo. Lepidus ad forum Voconii caſtra habet, qui locus a foro Iulii quatuor, & viginti millia paſſuum abeſt.

Eſt notandum per intereſt, milliaria, & cetera id genus poni in nominatiuo, cetera vero ibi collocare nos oportere, vbi ea, quæ & de loco, & ad locum ſunt, col-

locamus. Per diſtat vero & abeſt ponuntur milliaria, vel paſſus, & huiuſmodi tam in accuſatiuo, quam in ablatiuo. Res autem quæ diſtat, vel abeſt, ideſt ea vnde ſermo incipit, in nominatiuo collocanda eſt. Ea vero vnde diſtat, vel abeſt ſic ponitur, vt ea quæ de loco ſunt. Ouidius.

Sulmo mihi patria eſt, claris vberrimus vndis.
Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem.

Valerius Maximus, Eueſtigioq; Epidaurii Romanorũ legatos in templũ Aeſculapii, quod ab eorũ vrbe quinq; millibus paſſuum diſtat, perductos, vt quicquid inde ſalubre patriæ laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo iure ſumerent benigniſſime inuitarunt. Aliquando autem ſignificat differentiam: & conſtruitur ſic. Inter hominē & belluam multũ intereſt, ideſt magna differentia eſt. & inter te & me, vel nihil, vel parum intereſt: id eſt vel nulla, vel parua differentia eſt. Itē ſic, ſapiens intereſt a ſtulto, & ſtulto: vtrunque enim dicimus. Terētius, Homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens quid intereſt? ideſt quæ differētia eſt. Itē ſic apud eundem, Hōc pater, hōc dominus intereſt. Dicimus etiā non refert, & nō intereſt vtrũ domi ſis, an foris, id eſt non monta, & non importa. Valerius Maximus; Nihil intereſt an humi, an ſublime putreſcam. Iuuenalis.

Quid refert dictis ignoſcat Mutius, an non.

Dicimus etiam cum genitiuo ſic, magni, parui, tanti, & quanti intereſt & refert. Cicero, Magni enim intereſ ſe videbatur ad eam neceſſitudinem. Idem. Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit, Et cum nonnullis aduerbiis, vt magis, minus, plus maxime, minime, & ſimilibus.

Præterea, tua diſcipuli intereſt libros legere, ſunt qui negant dici latine: ſed tua, qui es diſcipulus. ſed de his in fragmentis.

Dic imperſonalia actiuæ vocis ſecundæ ſpeciei.
Intererat, refert, ſpeciei verba ſecundæ

Ante infinitum voluerunt,poſt genitiuum.
Quinque tamen ſexto ſed erunt pronomina caſu.
Intereſt,intererat,interfuit. per appartenerſi.
Refert,referebat,retulit.

De tertia ſpecie imperſonalium actiuæ vocis.

QVæ ſunt imperſonalia actiuæ vocis tertiæ ſpeciei? Quæ infinitum præ ſe loco nominatiui poſtulant,poſt ſe vero datiuum, vt, ludere placet pueris. Cum nominatiuo vero ſunt perſonalia, vt litteræ non placent ſtultis.

Et notandum dici poſſe,mihi placet eſſe bono, & mihi placet eſſe bonum,ſed cum accuſatiuo ſubauditur, me.vt ſit,mihi placet me eſſe bonum.Ouidius in Heroidibus, Quo mihi commiſſo nõ licet eſſe piam:id eſt me eſſe piam.Et in primo μεταμορφώσεων, Sed nocet eſſe deum,ideſt me eſſe deũ nocet mihi.Martial.

Dicunt Earinos tamen poetæ.
Sed Græci quibus eſt nihil negatum,
Et quos ,ἆρες ἄρες decet ſonare.
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeueriores.

Dic imperſonalia actiuæ vocis tertię ſpeciei.

Accidit.atque vacat.præſtatq; placetq; libetque.
Euenit.& reſtat.conducit.ſufficit.atque
Contingit.conſtat cum ſuppetit.expetit & cum
Conuenit.atque licet.nec non liquet.ante requirunt
Hæc infinitum,ſed poſt voluere datiuum.

Accidit,accidebat,accidit.per accadere,& intrauenire.
Vacat,vacabat,vacauit. per hauer ocio,& tempo.
Præſtat,præſtabat,præſtitit. per eſſer meglio.
Placet,placebat,placuit. per piacere.
Libet,libebat,libuit. idem ſignificat.
Euenit,eueniebat,euenit.per accadere,& interuenire.
Reſtat,reſtabat,reſtitit. per reſtare.
Conducit,conducebat,conduxit. per eſſer vtile.
Sufficit,ſufficiebat,ſuffecit, per baſtare,

Contingit,gebat,contigit.per accadere, & interuenire.
Conſtat,conſtabat,conſtitit, per eſſer manifeſto.
Suppetit,ſuppetebat,ſuppetiuit.per venire in mente.
Expedit,expediebat,expediuit. per eſſer vtile.
Conuenit,cóueniebat,conuenit. per conuenire,
Licet,licebat,licuit,& licitum eſt. per eſſere licito.
Liquet,liquebat,licuit. per eſſere manifeſto.

De imperſonalibus actiuæ vocis quartæ ſpeciei.

QVæ ſunt imperſonalia actiuæ vocis quartæ ſpeciei? Quæ infinitum prę ſe loco nominatiui poſtulant.poſt ſe vero accuſatiuum patientem, vt in ebibuiſſe litteris iuuat me. Cum nominatiuo autem ſunt actiua,vt literæ iuuãt me,at te delectãt diuitiæ. Oportet,rariſſime legitur perſonale.Terentius, Quæque ſolent queq;,oportent.

Dic imperſonalia actiuæ vocis quartæ ſpeciei.
Dedecet,atque decet,iuuat,& delectat,oportet.
Atque etiam offendit.lædit quoque connumerabis.
Hinc infinitum,quartum inde his adiice,ſicut,
Non dormire diu, populos cui cura regendi,
Conſultumq; virum decet,& cui plurima curæ.
Et quod ait mulier,varium & cõmutabile ſemper,
In uento,& rapida ſcribere oportet aqua.

Dedecet,dedecebat,dedecuit. per eſſer dishonore.
Decet,decebat,decuit. per eſſer honore,& conuenire.
Iuuat,iuuabat,iuuit. per giouare.
Delectat,delectabat,delectauit. per dilettare.
Oportet,oportebat,oportuit. per eſſer neceſſario.
Offendit,offendebat,offendit. per nocere.
Lædit,lædebat,læſit,idem quod offendit.

Quare addidiſti huic ſpeciei,lędit,atque offẽdit? Quia poſſunt habere præ ſe infinitum loco nominatiui, poſt vero accuſatiuum,vt iuuat, delectat, & cetera. vt,ſcribere lædit ſtomachum.& bibere merum ſæpe offendit cerebrum.Quare quæcunque verba infini-

tum ante ſe loco nominatiui habere poſſūt, inter im perſonalia connumerāda ſunt, vt legere fecit me mul ta ſcire. ſcribere plurimos interemit. Itē multis obeſt amittere tēpus. & ſtudere profuit mihi. Virgilius, Sæpe etiam ſterileis incendere profuit agros. Item virtuti incumbere eſt quam optimum. Horatius, Scribēdi recte, ſapere eſt & principium, & fons. Item, Te impo ſuiſſe mihi non latet, non fallit me. Virgilius.

Nec me adeo fallit veritam te mœnia noſtra,
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.

Sic pertinet, attinet, attingit, & ſpectat cum infinitiuo imperſonalia ſunt, & poſt ſe accuſatiuum cum ad præpoſitione requirunt, vt ſtudere pertinet ad me. Horatius epiſtolarum primo.

Res gerere, & captos oſtendere ciuibus hoſtes,
Attingit ſolium Iouis, & cœleſtia tentat.

Res gerere, eſt loco nominatiui. Inueniuntur etiam verba in or cum infinitiuo loco nominatiui, vt datur, permittitur. Virgilius.

Si datur Italiam, ſociiſq; & rege recepto,
Tendere. vt Italiam læti, Latiumq; petamus.

Valerius Maximus. ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter æſtimare ſine inſolentiæ reprehenſione permittitur.

De imperſonalibus actiuæ vocis quintæ ſpeciei.

QVæ ſunt imperſonalia actiuæ vocis quintæ ſpeciei? Quæ genitiuum vel infinitum ante ſe poſtulant: poſt vero, accuſatiuum, vt, peccatorum, vel peccaſſe pœnitet me. Apud antiquos erant etiam perſonalia. Terentius, Hei mihi non te hæc pudent? Lucanus, Quem ſæua pudebunt. Atque ideo dixit quidam bonorum morum doctus magiſter quem nō legere ſolum, ſed ediſcere quoque pueros velim,

Quod pudeat ſocios prudens cælare memento.

Et notent hic pueri eum quem pudet, tædet, miſeret, pœnitet, poni in accuſatiuo: eum vero cuius pu-

det,tædet,miſeret,pœnitet,in genitiuo.vt,me pudet, tædet,miſeret tui.pœnitet me peccatorum meorum, quod dicitur lingua vulgari.Io ho vergogna,ricreſci mento,miſericordia di te.Io mi pentiſco de miei peccati,& ſic vno modo conſtruuntur Cum vero ſic dicitur,Tu mi recreſci,tu non hai miſericordia di me, variatur conſtructio:me tædet tui,te nō miſeret mei. & hoc quia me tædet tui,nō eſt,tu mi recreſci,ſed io ho recreſcimento di te.ſic me pudet tui,nō eſt, tu mi vergogni,ouero fai vergogna,ſed io ho vergogna di te,tu mi recreſci,tu mi fai vergogna,dicendum,tu afficis me tædio,tu afficis me dedecore.

Dic imperſonalia actiuæ vocis quintæ ſpeciei.

Depudet.& tædet.miſeretq;.pigetq;,pudetq;.
Diſtædet.necnon & pœnitet.& miſereſcit.
Hæc infinitum poſcunt,caſumue ſecundum
Ante,ſed a tergo quartum ſibi verba dederunt.

Depudet,debat,depuduit.per non hauere vergogna.
Tædet,tædebat,pertæſum eſt vel tæduit.per hauere ricreſcimento.
Miſeret,miſerebat, miſertum eſt. per hauere miſericordia.
Piget,pigebat,piguit,& pigitum eſt (vt Gellius tradit) per attriſtare.
Pudet,pudebat,puduit. per hauer vergogna.
Diſtædet,bat,diſtæduit,ſicut pertædet,pertæduit.per attriſtarſi molto.
Pœnitet,pœnitebat,pœnituit. per pentirſi.
Miſereſcit,miſereſcebat,ſine præterito.dicimus & miſereſco. per hauere miſericordia.
Virgi.His lacrymis vitā damus,& miſereſcimus vltro.

De imperſonalibus actiuæ vocis ſextæ ſpeciei.

QVæ ſunt imperſonalia actiuæ vocis ſextæ ſpeciei? Quæ & ante ſe, & poſt ſe infinitum poſtulant. vt, diſcere bonas litteras debet intereſſe

tua. Diſcere incipit placere mihi. Scribere ſolet noce re lippoſis. Furari deſinet aliquando iuuare fures. Bibere aquam modo poteſt prodeſſe, modo obeſſe. a quibus orationibus ſi remoueantur debet, incipit, ſolet, deſinit, poteſt, infinitum ſecundum poſt verbum poſitum, tranſit in verbum finitum, ſic, Diſcere bonas litteras intereſt tua. Diſcere incipit placere mihi. Scribere nocet lippoſis. Furari nõ iuuabit, aliquãdo fures.

Quare facile diſcent pueri latine loqui per hæc verba incipit, deſinit, debet, ſolet, poteſt, ſi prius abſque illis componãt orationem, ſic, Peccare diſplicet bonis, ſtudere iuuat ſtudioſos, amare deum intereſt omniũ. deinde inſerant, quod placuerit ex iis verbis, & verbũ finitum in infinitum conuertant. ſic, Peccare ſolet diſplicere bonis. Studere poteſt iuuare ſtudioſos. Amarẽ deum debet intereſſe omnium. Poſtulant igitur hæc verba & ante ſe & poſt ſe infinitũ cum iunguntur infinitis verborum imperſonalium actiuæ vocis ſecundæ, tertiæ, & quartæ ſpeciei. Cum vero iunguntur infinitis verborum imperſonalium actiuæ vocis primę & quinctæ ſpeciei, Itẽ infinitis imperſonalium vocis paſſiuæ, præ ſe admittunt caſum infinitiuorum, quibus adhærent. vt, A te ſatisfit mihi. A te poteſt ſatis fieri mihi. Lectionis tædet pueros. Lectionis ſolet tædere pueros. A me legitur. A me incipit legi. A te ſeruitur mihi, A te ſolet ſeruiri mihi, ideſt, Ego incipio legere, Tu ſoles ſeruire mihi. habent enim imperſonalia vocis paſſiuæ ſignificationem actiuam Priſciano authore, vt ſupra eſt dictum. ſed caue dicas. A me vult legi, A te vult ſeruiri mihi, Me vult tædere tui. quia vult, non eſt vnquam imperſonale, quare autem non ſit, in fragmentis noſtris diſputauimus. Quamobrem dicendum ſic eſt, vt etiam Priſcianus affirmat, Ego volo a me legi: tu vis a te curri, ideſt ego volo legere, tu uis currere. Item ego volo me tædere tui, tu vis te pœnitere peccatorum, pro eo quod eſt, Ego volo tui me

tædeat,tu vis peccatorum te pæniteat. Nā perſona volens,ſemper eſſe in nominatiuo debet, vt ego volo a me benefieri tibi,tu uis a te ſeruiri mihi,& ita in ceteris generis eiuſdem.

Dic imperſonalia actiuæ vocis ſextæ ſpeciei.

Incipit,atque poteſt & deſinit & ſolet,& vult.
Et debet,quæ ſunt veluti quibus ipſa cohærent.
Sed volo nō unquam tu imperſonale vocabis.

Incipit,incipiebat,incepit.	per cominciare.
Poteſt,poterat,potuit.	per potere.
Deſinit,deſinebat,deſiuit.	per laſſar ſtare,& ceſſare.
Solet,ſolebat,ſolitum eſt.	per ſolere.
Vult,volebat,voluit.	per volere.
Debet,debebat,debuit.	per deuere.

De conſtructione infinitorum.

INfinita verborum perſonalium quomodo conſtruuntur? Præ ſe cum accuſatiuo: poſt vero cum caſu verborum ſuorum. vt, Quia ego amo virtutem:placet tibi:Me amare virtutem placet tibi. Quoniam ego amor abs te,eſt mihi gratiſſimum Me amari abs te,eſt mihi gratiſſimū. Et aduerte,vt ſemper nominatiuum verbi finiti,in accuſatiuū ante īfinitū cōuertas,vt ego amo,me amare,ego amor,me amari.nos amauimus, nos amauiſſe.nos amati ſumus,nos amatū fuiſſe, vel nos amatos fuiſſe,ſed ſic per participium. Nos amabimus, nos amatum ire, vel nos amaturum eſſe: vel per participium, nos amaturos eſſe: & idem ſignificat,vt oſtēdimus in fragmentis .nos amabimur, nos amatum iri.in quibus omnibus addendum eſt aliud verbum,vt ſit perfectus ſenſus. nam me amari, vel nos amari abs te,niſi addideris placet mihi,& huiuſmodi,imperfectum eſt. Et ſciendum infinita eorū verborum,quæ & a fronte,& a tergo ſimiles caſus habent,ſimiles pariter vtrinq; caſus admittere,vt, Quia tu euaſiſti doctus gaudeo,gaudeo te euaſiſſe doctum: vides euaſiſſe,nō habere caſum verbi ſui euado,ideſt

nominatiuum

nominatiuum,ſed accuſatiuum potius,quoniã & præ ſe habet ſimilem caſum,id eſt accuſatiuum. Item tibi placet,quia euaſiſti diues,tibi placet euaſiſſe diuiti.ſi autem dixeris diuitẽ,ſubaudies te, vt tibi placet te euaſiſſe diuitem. diſcipuli intereſt vt ſit bonus,diſcipuli intereſt eſſe boni,& bonũ, & ſubaudies ipsũ.

De infinitis verborum imperſonalium.

INfinita imperſonalium quomodo conſtruuntur? Et ante,& poſt cum caſu verborum ſuorum, vt gaudeo equidem plurimum ,quod mihi acciderit ſtudere bonis literis:Mihi accidiſſe ſtudere bonis literis gaudeo plurimum. Lætor quod te iuuet virtuti incumbere. Lætor te iuuare uirtuti incumbere. Volo quod a te ſcribatur:volo a te ſcribi. Credo quod a te ibitur in Germaniam, & ſeruietur Maximiliano Cæſari:Credo a te itum iri in Germaniam, & ſeruitum iri Maximiliano Cæſari. Illud tamen notandum,minus latine dici,credo quod ibis,& ſimilia. vtimur vero nos huiuſmodi interdum orationibus exempli gratia,vt facilius pueri intelligant.

Quid intereſt inter infinita imperſonalium & paſſiuorum? In infinitis imperſonalium pati nihil ſignificamus, vt Amari a me volo,id eſt ego volo amare:a te incipit legi,id eſt tu incipis legere. hic enim nulla ẽ res patiẽs. In infinitis vero paſſiuorũ aliq̃d pati oñdimus, vt volo te amari a me,i. volo q̃d tu ameris a me.

Spero tibi hanc rem præſidio futurum,dicitur ne congrue? Maxime eſt enim futurum indefinitum,liberũ vndique,& promiſcuum,neque numeris præſeruiẽs, neque generibus, quod Græci appellant ἀπαρέμφατον. ſimile eſt, Spero inimicos meos hoc dicturum. de hac re multa Gellius.

Reguntne infinita ante ſe ſuppoſitum verborum ſuorum? Regunt pro imperfecto indicatiui poſita, ut ego amare te,pro amabam. tu legere Virgiliũ,pro legebas. nos amare virtutem,pro amabamus. Virgilius,

Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto Supplice ſic merito,tacitiq; incidere funem,ideſt nos celerabamus,incidebamus.Terentius,Inuidere omnes mihi,mordere clanculum:ego floccipendere.pro inuidebant omnes mihi,mordebant,ego floccipendebam.

Illud non prætermittendum duxi,ſic finitum uerbum in infinitum conuertere, credo tu es, aut eras indoctus,credo te eſſe indoctum. ſcio quod tu iuiſti, aut iueras Romam,ſcio te iuiſſe Romam.credo quod nemo imponet mihi,credo neminem impoſiturum eſſe mihi. Et eodem modo per paſſiuum: ſed, vt dixi, minus culte & latine dicitur per finitum uerbum cũ coniunctione quod.

DE GERVNDIIS.

AMandi, amando, amandum, quæ pars orationis ſunt?Libet reſpondere illud Horatii in poetica de verſibus elegis,Grammatici certant,& adhuc ſub iudice lis eſt. aliqui enim neque nomina eſſe volunt, quia regunt tranſitiue: neque verba, propter caſus, quos habent:neque participia,quia ſunt ſine tempore: neque aliquam ex octo orationis partibus, ſed partem potius per ſe. aliqui affirmant eſſe uerba participialia, aliqui vero nomina participialia. ſed & de gerundiis, & de ſupinis abunde diximus in fragmentis.

Gerundia quot caſus habent?Tres.genitiuum, accuſatiuum,ablatiuum,ſi modo ſunt nomina.

Quam ſignificationem habent? Tam actiuam,quam paſſiuam ab actiuis,communibus,& neutris,vt aro: a ceteris vero,quam eorum verba.Non me latet q̃d Laurentius,& alii ſenſerint,quod nunc ne confundamus pueros,prætermittimus.in fragmentis enim mihi cum illis erit hac de re certamen.ſatis ſit nunc vnũ exemplum ex Iuſtino,Athenas quoque miſſus erudiendi gratia,id eſt ut erudiretur.

Quomodo conſtruuntur? Ante non regunt: ſed poſt volunt caſus verborum ſuorum quæ actiuam habent ſignificationem. nam in paſſiua abſolute ponuntur. nõ enim legi, quale eſt, vrit femina vidẽdo a marib⁹, ſicut vruntur equi videndo feminas: Nec, eo ad videndum ab amicis, & cognatis, ſicut eo ad videndum amicos, & cognatos. quod etiam per ſupinũ dicimus, eo viſum amicos. dici poteſt & ad videndos amicos. Sed quando iunguntur ſubſtantiuis, paſſiuã habent ſignificationem, & non ſunt gerundia, ſed nomina, quæ participia eſſe deſiuerunt amiſſione temporis. Dices etiam per gerundium, Mihi eundum eſt Romam, tibi ſcribendum eſt literas, Nobis legendũ eſt hodie Homerum: pro ego iturus ſum Romam, tu ſcripturus es literas, nos lecturi ſumus hodie Homerum. Virgilius, Pacemq; ab rege petendũ. Lucretius, Aeternas quoniam pœnas in morte timendum. Columella in epiſtola ad Siluinum, vt poeticis numeris explerem georgici carminis omiſſas partes, quas, vt ipſe Virgilius ſignificauerat, poſt ſe memorandum reliquit. Cum vero ſic dicimus, Scribendæ ſunt mihi literæ, legendus eſt mihi hodie Homerus: item eo ad videndos amicos, vaco ſcribendis literis: non loquimur per gerundium. Habeo ire, habeo legere, ad imitationem Græcorum dicimus. M. Tullius in epiſtolis, Tantum tibi habeo polliceri. Gellius, Et quid habet ſuper ea re dicere. & ſignificat poſſum, ut etiam apud Græcos, οὐκ ἔχω λέγειν. οὐκ ἔχω σπουδάζειν. οὐκ ἔχω πορεύεσθαι. οὐκ ἔχω ἐλθεῖν. non poſſum diſcere. non poſſum ſtudere. non poſſum ire. nõ poſſum venire.

Notandum gerundium in i, cum genitiuo plurali ſine vitio copulari ſic, Compoſui ego hunc librum inſtituendi puerorum gratia. Gellius libro 16. capitu. 8. Siue magis admonendi, quam aliorum docendi gratia. Plautus, Nominandi tibi iſtorum magis,

quam edundi copia. Cice. Dolebas etiam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Liuius, Non enim vereor nequis hoc me veſtri adhortandi cauſa magnifice loqui exiſtimet.

De Supinis, & eorum conſtructione.

AMatum amatu, quæ pars orationis ſunt? Quintilianus, Supina in u, uerba eſſe participialia dicit. Diomedes etiam in um.

Supina quam ſignificationem habent? In um actiuam ſemper, in u uero tantum paſſiuam, vt eo amatum, id eſt ut amem, tu es dignus amatu, ideſt ut ameris.

Quomodo conſtruuntur? Cum caſibus uerborum ſuorum quæ in um deſinunt, & ſemper adiunguntur verbo ſignificanti, aut clam indicanti motum, vt eo petitum ius poſtliminii, & ſeruitum tibi. Virgilius, Aut Graiis ſeruitum matribus ibo.

In ũ vero ſupinum, non regit caſum, immo ipſum regitur. ſed a nominibus adiectiuis nulla interpoſita præpoſitione, vt hoc eſt turpe dictu, id eſt ut dicatur. miſerabile viſu, id eſt cum uidetur. ſic optimum factu, ideſt ut fiat. tu es dignus amatu, id eſt ut ameris. Multa a doctis conſcripta ſunt iucunda cognitu, id eſt ut cognoſcantur. & hæc res eſt obſcoena aſpectu, id eſt cum aſpicitur. Inuenitur etiam vltimũ ſupinum regi a uerbo, ſed rariſſime, quod ego uix ſemel, atque iterum legi. M. Cato in libro de re ruſtica. Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat. Statius in primo Achilleidos. Quem tunc venatu rediturum in limine primo Opperiens. In fragmentis grammaticis oſtendam ſupinum in um, accipi etiam paſſiue, ut contumelia factum itur, id eſt datur opera ut fiat contumelia: & in u actiue, ut ſurgo cubitu, id eſt a cubatione.

De Comparatiuis, & eorum conſtructione.

QVid eſt comparatiuum? Quod cum intellectu poſitiui, uel aliquo participe ſenſu poſitiui, magis aduerbium ſignificat, ut albior, magis albus: ſapientius, magis, plus ſapienter. vlterior, magis vltra quã ille qui eſt ultra. & debet exarari comparatiuum per a, ſicut uerbum comparo.

Quot ſunt gradus comparationis? Tres Poſitiuus, Cõparatiuus, Superlatiuus. Dicitur autem poſitiuus id omne, vnde comparatiua, & ſuperlatiua formantur.

A quot orationis partibus deriuantur comparatiua & ſuperlatiua? A quatuor. A nomine adiectiuo, quod poſſit incremẽta & diminutiones accipere, vt doctus doctior doctiſſimus, magnus maior maximus. ab vno uerbo detero, deterior deterrimus. a præpoſitionib⁹: ut poſt poſterior poſtremus, citra citerior citimus, intra interior intimus, vltra ulterior ultimus, infra inferior infimus, ſupra ſuperior ſupremus, extra exterior extremus, ante anterior, ſine ſuperlatiuo. prope propior proximus? Ab aduerbiis, ut pridem prior prim⁹, ſæpe ſæpius ſæpiſſime, diu diutius diutiſſime.

A quo caſu formantur comparatiua? A primo deſinente in i, addita or, ut docti doctior, forti fortior.

Nonne formantur etiam a participiis, ut amans amantior? Non. nam ſi amantior deriuaretur ab eo quod eſt amans deum: dici poſſet ſum amantior deum, quã tu, quia poteſt comparatiuum habere omnem caſum poſitiui ſui. quod quia non dicimus, ſed potius, ſum amantior dei, quam tu, conſtat deriuatum ab eo quod eſt amans dei. Ouidius.

Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior ulla deorum.

Quæ non formant in uſu frequẽti comparatiua? Quæ ante us, uel is uocalem habent, ut pius, tenuis, & hoc aiunt quidam propter duas regulas, quarum altera alteri eſt contraria. regulæ autem hę ſunt.

I poſitum inter duas vocales, efficitur conſonans, præterquam in paucis quibuſdam, vt Aeneius, Rhodopeius, Troius, Priameius, Peneius.
Item comparatiuum ſuperare debet poſitiuum ſuum vna ſyllaba. Si igitur piior, egregiior, & huiuſmodi dices, contra alteram harum neceſſe eſt facias. Nã ſi voles piior eſſe diſſyllabum, vbi i ſit conſonans, erit contra eam regulam, quæ vult poſitiuum a cõparatiuo ſuperari: quod non fiet, ſi piior erit diſſyllabum, vt poſitiuum pius. Rurſus ſi voles piior eſſe triſyllabum, vbi inter duas vocales i & o ſit vocalis, nõ ſeruabitur regula, quæ uult i inter duas vocales eſſe conſonantem. atqui non erit, ſi piior triſyllabum fuerit. ob has igitur contrarias regulas, non formare aiunt grãmaticos ab huiuſmodi nominibus comparatiua, ſed aſſumere magis aduerbium, & complere vſum cõparatiui, vt magis pius, magis tenuis. ſed ego id fieri exiſtimo euphoniæ, id eſt boni ſoni gratia. nam inueniũtur aliquando apud auctores ab huiuſmodi adiectiuis comparatiua. M. Tullius rethoric. lib. II. Sed illæ tenuius, & acutius, & ſubtilius tractantur. Plin. Secũdus, Vinum omne dulce quo tenuius, eo odoratius. Iuuenalis, Egregius cœnat, meliusq; miſerrimus horum. egregius pro magis egregie, detracta i, vt ſit tetraſyllabum propter metrum.
Quæ ſunt anomala? Bonus melior optimus. malus peior peſſimus. magnus maior maximus. paruus minor minimus. multum plus plurimum. nequã nequior nequiſſimus. ſiniſter ſiniſterior ſiniſtimus, dexter dexterior dextimus. & quæ a facio, dico, loquor, componuntur, vt magnificus magnificentior magnificẽtiſſimus, maledicus maledicentior maledicẽtiſſimus. magniloquus magniloquentior magniloquentiſſimus, quæ tamen magis a magnificens, maledicens, magniloquens deriuari videntur. Ocyor non habet poſitiuum latinum, ſed græcum ὠκύς.

Quomodo conſtruuntur comparatiua? Cum ablatiuo vtriuſque numeri, vt candidior cygnis, edera formoſior alba. Poteſt etiam alium habere ablatiuum ſignificantem exceſſum, vt Polyphemus erat maior Vlyſſe centum vlnis. Necnon omnem caſum poſitiui ſui, vt Ptolomæi Philadelphi bibliotheca fuit longe plenior librorum aliis illius ætatis bibliothecis. quia plena fuit librorum dicimus, Virgilius. Iouis omnia plena. Terentius, Plenus rimarum ſum. Iuuenal. Plus aloes, quam mellis habet. quia multum aloes dicim⁹. Ouidius, Reuerentior vlla deorum. quia, reuerens deorum dicimus. Cicero, Propius urbem mouetur. quia prope vrbem dicimus. Similiter, ſum vlterior pontem quam tu, & citerior alpes. quia vltra põtem, & citra alpes dicimus.

Comparatiuum regitne etiam nominatiuum cum quã? Minime. nam cum dicimus, ſum doctior quam tu, ſubauditur ſis. Sic etiam in aliis caſibus ſubintelligitur verbum quod præcedit, vt apud Ouidium, Mitius inueni, quam te, genus omne ferarum. ſubaudit inuenerim. Et apud M. Tullium ad Lucceium, Itaq; etiam hoc fortiorem me puto, quam te ipſum præceptorem fortitudinis. ſubintelligitur putẽ. ſimiliter, iudico te doctiorem, quam illum. ſeruio tibi libẽtius quam illi: indigeo tui, magis quam illius. ſubauditur iudicem, ſeruiam, indigeã. Illud autem Virgilii, Aut grauiora timet, quã morte Sichei, cõciſum eſt, id eſt quam ea, quæ in morte Sichei acciderunt. vel quam abundat, vt ait Seruius. quis enim diceret, amo Catonem meliorem, quam Cæſare?

Ad bonam comparationem quot requiruntur? Quinque. Res comparata, vt Homerus. res cui comparetur, vt Heſiodo. accidens, vt doctior. & quod vterque terminus ſit accidentis particeps. quare mala comparatio eſt, Cygnus eſt albior coruo. Item quod alter altero ſit magis particeps accidentis. quia omnis com-

neris comparatum,ſuperponitur omnibus, vt, M. Varro doctiſſimus Romanorum, idest doctus præter Romanos omnis. A quo caſu formantur? A primo deſinente in i, addita s, & ſimus, vt docti doctiſſimus, forti fortiſſimus. a pulcher, matur, & ſimilibus in er deſinentibus formantur a nominatiuo addita rimus, vt pulcher, pulcherrimus, matur, maturrimus. Vetus itē ueterrimus facit.

Quæ ſunt anomala? Bonus melior, optimus, & cetera, quæ diximus in comparatiuis. Senex iuuenis, adoleſcens, licet habeant comparatiuum non tamen etiam ſuperlatiuum habent. Item quæ a nominatiuo in bris veniunt, vt celebris, celeberrimus. & pauca quæ in limus deſinunt, cum compoſitis; facillimus, agillimus, gracillim⁹, humillimus, & ſimillimus, quorū poſitiua deſignant litteræ quę ſunt in nomine fagus. ſunt qui agiliſſimus & graciliſſimus dici tantum velint.

Quot ſunt terminationes ſuperlatiuorum? Octo, ſimus, rimus, quæ ſunt frequentiſſimæ, limus, ximus, timus, remus, ſimus, nimus.

Quomodo conſtruitur ſuperlatiuum? Cum genitiuo plurali, vel ſingulari nominis collectiui, vt maxime Graiugenum, & o Danaum fortiſſime gentis Tydide. & cum caſu poſitiui ſui, vt tu es moribus omnium ornatiſſimus, & proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.

Eſſet ne bona comparatio, Socrates eſt fortiſſimus aſinorum, & tigris eſt luporum velociſſima? Non. quia cum ſuperlatiuum redoleat naturā partitionis, in qua ſemper pars trahitur a toto, quod eſſe debet cum parte eiuſdē generis vel ſpeciei; ſequeretur Socratem eſſe eiuſdem ſpeciei cum aſino, & per conſequens aſinum & tigrim lupum, quod eſt falſum.

Perdoctus quomodo facit comparatiuum? Longe, vel multo doctior, quam doctiſſimus.

Quare non dicimus perdoctus, perdoctior, perdoctiſſimus? quia per neque iungitur comparatiuo, ne-

que ſuperlatiuo, ſicut quam pro valde nunquam poſitiuo iūgitur niſi poſt per, vt per quam doctus, poſt oppido, ſane, admodū, valde, nimis, vt oppido quam eruditus, ſane quam pulcher, admodū quam elegās ſcortum. Item habeo valde quam paucos nummos.

Quando vtendum eſt comparatiuo? Cum aliquem vel ſuo, vel alieno generi comparamus, & ad vnum, & ad plures tam ſui generis quam alieni, vt fortior homo homine, & fortior homo hominibus, & velocior homine leo, & idem tigribus eſt non immanior, vt docēt Donatus, Seruius, Priſcianus, & vſus etiam auctorum comprobat. Martialis.

Hic totus volo rideat libellus,
Et ſit, nequior omnibus libellis.

Plinius de marmoribus. Pretioſiſſimi quidem generis Lacedæmonium viride cunctisq; hilarius. Ouidius in ſecundo μεταμορφώσεων. Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe. quæ & ipſa erat virgo. Virgilius in primo Aeneidos. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. ad ſceleratos omnes conferens Pygmalionem, comparatiuo eſt vſus. Statius in octauo. Et melior ſis quælo deis, Amphiaraus dicit ad Plutonē. Non placet deis eſſe datiuum. ſibi enim orabat Amphiaraus, vt parceret Pluto, & eſſet melior, quā ceteri dei, q ſe abſorbi a terra paſſi fuerant. nam quæ cura illi de deis? ſibi enim timebat, non diis: quod ſequentia indicant, Si quando nefanda Huc aderit coniux, illi funeſta reſerua. Supplicia, illa tua rector bone dignior ira. Sis igitur melior mihi, quam ceteri dii, & ſume ſupplicia de Heriphyle vxore ſcelerata. Lactantius. Omnes ſibyllæ vnum deum prædicant, & maxime Erythræa, quæ celebrior, & nobilior inter ceteras habetur. Vallæ tamen ad plura ſui generis cōparatiuum referri non placet, cum nec apud Græcos id fiat. Illi enim ſic dicunt, Αχιλλεὺς ἀνδρειότερος, τοῦ αἴαντος, καὶ ὁ αὐτὸς ἰσχυρότερος τῶν ἡρώων,

ἑλλήνων δ' εἰσχυρότατος. non dicerent Græci achilles fuit fortior Græcis, ſed Græcorum fortiſſimus, ſicut Ομηρος ἐγένετο σοφώτατος πάντων τῶν ποιητῶν. non etiã σοφώτερος. Sed ego ĩ hoc refragor ingenioſiſſimo Vallæ, tum quia Romani inueniuntur ad plura eiuſdẽ generis vſi comparatiuis, tũ quia ſolẽt in multis initiũ capientes a græcis ab anguſto in effuſum dilatare. ſicut fecerunt etiam in ſexto caſu ſecundum vetuſtiſſimos Græcorum Grammaticos. Sextum enim caſũ illi ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν, id eſt a me, a te, a ſe dicebant, quem Latini in omnibus fere caſualibus ſeruauere. Similiter imperſonalia in paucis Græcis accepta, apud nos frequentiſſima ſunt. Illi ſpondeum, vel dactylũ in ſecundo, vel quarto loco iambici verſus raro poſuerunt, Latini vero ſæpiſſime. S quoque apud Græcos rariſſime vim conſonantis amittit carminis neceſſitate: noſtri vero ſed vetuſtiſſimi, ſubtrahebant eam frequentiſſime; vt opuſt pro opus eſt apud Plautum. quanquã nunc exoleuit. hoc idem feciſſe eos arbitror in comparatiuis, vt cũ Græci ad plura ſui generis nõ niſi ſuperlatiuo vſi inueniantur, noſtri & comparatiuo, & ſuperlatiuo vtantur.

Tanto, & quanto, & multo, & longe pro valde, & facile ꝓ non dubie, quibus cõparationis gradibus adiunguntur? Tam comparatiuo, quam ſuperlatiuo. Cicero. Quanto es maior, tanto te geras ſummiſſius.

Catullus ad M. Tullium Ciceronem:

Diſertiſſime Romuli nepotum,
Quot ſunt, quotq; fuere Marce Tulli,
Quotq; poſt aliis erunt in annis.
Gratias tibi maximas Catullus
Agit peſſimus omnium poeta,
Tanto peſſimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

Quinctilianus. Declamandi ratio vt eſt ex omnibus nouiſſime inuenta, ita multo eſt vtiliſſima. M. Tullius.

Sed ego neque eis aſſentiebar, neque diſputationum inuentori,& principi longe omniũ in diſcẽdo grauiſſimo,& eloquentiſſimo Platoni, Item. Totius Græciæ facile doctiſſimum Platone. Amant etiam iungi cum alius, aliter, ſecus, ante, poſt,& ceteris quæ ſuperlationem quandam ſignificant, quæq; diuerſitatem, vt præcipuus, diſſimilis, alienus, vt docet Laurentius Valla. Ouidius. Quantoq; ratem qui temperat anteit remigis officiũ. Quinctilianus. Quãto alius fuit ille infeliciſſimi iuuenis affectus. Terentius. Verum multo aliter euenire intelligit. Salluſtius. Multo præſtabat bñficii, quam maleficii inuentorem eſſe. Inuenitur etiã tantum poſt quanto,& tanto poſt quantum. Ouidius. Quanto dux milite maior, tantum ego te ſupero. Virgilius. O præſtans animi iuuenis quãtum ipſe feroci Virtute exuperas, tanto me impẽſius æquum eſt Conſulere, quod fit, quia alterum poſitiuo, ſeu verbo, comparatiuo alterum debet cohærere. Quo,& eo pro tanto,& quanto inueniuntur frequentiſſime poſita. Fabius. Quo qſque ingenio minus valet, hoc ſe magis attollere, ac dilatare conatur. idem. Erit eo obſcurior quo quiſque deterior.

DE RELATIVIS.

Qvid eſt relatiuum? Quod rem antedictam dicit iterum. In quot partes diuiditur relatiuum? In duas, in relatiuum ſubſtantiæ, & accidentis.

Quod eſt relatiuum accidentis? Quod refert antecedens ſubſtantiuum.

Quod eſt, relatiuum accidentis? Quod refert antecedens adiectiuum.

Quod eſt, relatiuum ſubſtãtiæ? Duplex, ſubſtantiæ ſimilitudinis,& diuerſitatis.

Quod eſt relatiuum ſubſtantiæ ſimilitudinis? Quod idem cum ſuo refert antecedente.

Quæ ſunt relatiua ſubſtantiæ ſimilitudinis? Qui,

quæ,quod,is,ſuus,ipſe,ſui,ille,idem. vt Plato,qui fuit doctiſſimus ſuæ ipſius etatis philoſophorum, docuit Ariſtotelem,& is idem Socratis diſcipulus fuit.

Quod eſt relatiuum diuerſitatis? Quod refert antecedens,diuerſum a conſequente, cum quo concordat, ſed ſub eodem genere, vel ſpecie. Quamuis enim diſcordet ab antecedente,tamen,eiuſdem eſſe vel generis,vel ſpeciei cum conſequente refert. Nam ſi dico, amo laurum, & cæteras arbores: ſignifico quidem laurum eſſe arborē,ſed diuerſam a ceteris arboribus: nō enim idem laurus,quod ceteræ arbores. Item, Placet mihi accipenſer,& alii piſces:oſtendo quidem accipenſerem eſſe piſcem,ſed differre a ceteris, ſpecie. Nec dicas igitur,Iudæi crucifixerunt Chriſtum inter duos alios latrones:quia ſic loquens,diceres Chriſtū fuiſſe latronē. Caue igitur ne decipiaris in huiuſmodi relatiuis,ſubſtātiæ diuerſitatis,nec unquam eis vtaris,niſi antecedens eiuſdem eſſe vel generis,vel ſpeciei,cum eo quod conſequitur,velis oſtendere.

Quæ ſunt relatiua ſubſtantiæ diuerſitatis? Alius,alter, reliquus, & cetera,ceterum. nam ceter,vel ceterus non legi.

Relatiuum ſubſtantiæ, & accidentis in quot debet cū antecedente congruere? In nullo,ſi accidentis fuerit. illud enim cum conſequente concordat in numero, caſu,& genere,vt Polyphemus erat altus, quanta eſt turris diui Marci. Si vero fuerit ſubſtantiæ, in duobus,in numero & in genere: præter ſuus & relatiua ſubſtantiæ diuerſitatis,quæ cum conſequente concordant,quemadmodum ea,quæ ſunt accidentis,vt cliēs rogat patronum,vt defendat cauſſam ſuam. antecedens huius relatiui,ſuam,eſt cliens, & tamen congruit cum ſubſtantiuo ſequente,quod eſt,cauſſam, in numero,caſu & genere. Salluſtius. Leones & alias feras. antecedens huius relatiui,alias,eſt leones, & congruit cum feras. ex quo infertur leonem eſſe ferā, ſic

apud Virgilium. Tum caſia, atque aliis intexens ſuauibus herbis. Infertur caſiam eſſe herbam.

Qui, quæ, quod, concordat ne ſemper cum antecedente? Non. quoties enim inter duo ſubſtantiua ponitur, quorum ſequens ſit proprium nomen ſequenti (vt Seruius docet) accommodatur, vt apud Salluſtium. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. & in ſacra pagina. Semini tuo, qui eſt Chriſtus. Si vero ſequens fuerit appellatiuum nomen, poteſt tã cũ conſequente, quam cum antecedente congruere, vt roſa, quæ, vel qui eſt flos candidiſſimus, mihi admodum placet. Marcus Tullius. Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ terra dicitur: iisq; anim⁹ datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera, & ſtellas vocatis. Sed inuenitur etiam antecedenti reſpondere relatiuum, quando ſequens ſubſtantiuum ſit proprium nomen. Valerius Maximus. Antea ſenatus aſſiduam ſtationem eo loco peragebat, qui hodie Senaculum appellatur.

DE RELATIVIS ACCIDENTIS.

Relatiua accidentis, quæ ſunt? Qualis, quantus, quot, quotus, quotennis, quotenus, quotuplus, quotuplex, cuius, cuias. Sed quotuplus, & quotuplex non memini legere apud auctores. quotuplex tamen ego vtor interdum, quia legi aliquando apud Grammaticos.

Qualis quæ habet antecedentia? Bonus, malus, ſapiens, demens, ſtultus, & intelligens, doctus, indoctus, pulcher, turpis, albus, niger, & cetera ſignificantia qualitatem, vt virtutem, vitium, colorem, & ſimilia, vt tui crines ſunt nigri, qualia Aethiopum corpora, & facies Aethiopum eſt nigra, quales ſunt pennæ coruorum. eius redditũũm eſt talis.

Quantus quæ habet antecedentia? Magnus, paruus, longus, breuis, latus, anguſtus, altus, profundus, & id genus cetera, ut formica eſt parua, quantus eſt culex. eius redditiuum eſt tantus.

Quæ ſunt antecedentia huius relatiui quot? Vnus, duo, tres, quattuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, viginti, centum, mille, & reliqua numeralia, eius redditiuum eſt tot. dicimus & totidem.

Quotus quæ antecedentia habet? Primus, ſecundus, tertius, quartus, quinctus, decimus, quinquageſimus, centeſimus, milleſimus. vt tu es primus in hac vrbe, quotus ego domi meæ. ponitur etiam quotus pro quot. Martialis. Dic quotus es, quanti cupias cenare? pro quot eſtis. ſed proprie ordinem refert: quod indicant nomina ordinem ſignificantia, per quæ reſpondemus interrogati, vt quota hora eſt? prima, aut ſecunda, aut tertia. Si ſic igitur reſpondeamus neceſſe eſt, quare ſi hæc nomina præceſſerint, nō licet ea referre per quotus? vt eo cubitum hora tertia, quota, vel vt tu. hoc & ſi nuſquam memini legere apud doctos, tamen quemadmodum ei, qui dixerit, quotum annum ætatis agebat Cato, quando Græcas diſcebat litteras? licet reſpondere ſexageſimum, & per huiuſmodi nomina: ſic etiam licere arbitror ex contrario hæc eadem nomina per quotus referre, ſic, Incipio hieme lucubrare ab hora octaua, quota Plinius Secundus cum tardiſſime ſurgeret cubitu, incipiebat. non tamen etiam ſexta, quota ille ſæpe. Incipiebat enim lucubrare a Vulcanalibus.

Quotennis (de quo meminit Priſcianus: nam apud auctores non legi, ſed ſic vbique, quot annos natus es? quotum annum ætatis agis? quot annorum es?) quæ habere antecedētia poteſt? Anniculus, biennis, vel bimus, triennis, vel trimus, quadriēnis, vel quadrimus, quinquennis, decennis, vlterius non legi, vt hoc vinū eſt bimum, aut decenne, quotennis eſt filius tuus,

vel melius, quot annos natus eſt filius tuus?

Quotenus (quo vſus eſt M. Tullius ad Atticum dicens, In ripa neſcio quotenorum iugerum) quæ habere antecedentia debet? Singuli, bini, terni, vel trini, quaterni, vel quatrini, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noueni, deni, viceni, quinquageni, centeni, milleni. eſt autem quoten⁹ relatiuũ diuiſiuũ in pares numeros, vt boues bini, & quaterni, trahunt aratrum, quoteni equi carrucã. Vtimur etiã his nominibus ſic. Iulius Cæſar legauit viritim trecenos ſeſtertios, ait Tranquillus, hoc eſt trecẽtos viris ſingulis. Auguſtus vero Cohortibus vrbanis, quingenos, legionariis trecenos nũmos, hoc eſt ſingulis quingentos & trecẽtos. nã ſi dixiſſet, legauit populo trecentos ſeſtertios, tantũ trecẽtos toti populo eſſe legatos intelligeremus: ſed quia trecenos dixit, ſingulis trecentos ſignificauit legatos. Sic, dato diſcipulis tuis omnibus binos colaphos, hoc eſt duos ſingulis. Item. viri ſobrii, ac modeſti cum diſcumbũt, bibunt ad ſummũ trinos cyathos vini, hoc eſt tres ſinguli. Præterea nomina quæ tantũ in numero multitudinis inflectuntur, his nominibus coniungũtur. vt dedi ad te binas, aut ternas, aut quaternas litteras, cũ tu vnas tantum miſeris: pro duas, aut tres, aut quattuor epiſtolas, cum tu unam epiſtolam miſeris. nec dicas duas litteras, aut binas epiſtolas. Sic binas ædes, ternas nuptias: pro duas domos, tria connubia dicendum.

Quotuplus quæ habet antecedentia? Simplus, duplus, triplus, quadruplus, centuplus. vt ſi dediſti obolum mendico propter Deum, accipies centuplum: quotuplum non accipies, ſi pro te impendiſti. ſed hunc poſtremum loquendi modum ego non memini legere, nec puto inueniri apud illuſtres auctores.

Quotuplex quæ habet antecedentia? Duplex: triplex, quadruplex. vt habeo triplicem veſtẽ, id eſt trium generum, quotuplex non eſt tibi, ſed neque hoc legi apud illuſtres.

Cuius,cuia,cuium,quæ habent antecedentia? Nomina, vel pronomina poſſeſſiua,vel genitiuos ſubſtantiuorum.vt Dic mihi Damoeta cuium pecus? Aeneium, vel meum,vel Aegonis.Cuia eſt hæc domus? tua,vel reip.vel Herculea.Cuium fuiſſe putes hunc enſem? Hectoreũ,vel Hectoris,vel tuum,ſed ſic non ſunt relatiua,ſed interrogatiua.eſſent autem relatiua, ſi ſic diceres,hic ager eſt meus vel Cæſaris,cuia ẽ ancilla.

Hic & hæc cuias & hoc cuiate quæ habet antecedẽtia? Nomina patriæ,vt Romanus,Baſſianas:vel gentis,vt Italus,Latinus.vt ſum Romanus,cuiates erant Catones:& Latinus,cuias fuit M.Tullius.

Quæ ſunt relatiua accidentis ſimilitudinis? Omnia prædicta, vt ſum bonus,qualis tu. ſimilitudo eſt & æqualitas.

Quæ ſunt relatiua accidentis diuerſitatis? Aliuſmodi, & alteriuſmodi,vt ſum albus,& coruus eſt aliuſmodi.ſimilitudo eſt.

Quot modis ponuntur ſupradicta nomina in oratiõe? Multis,ſed frequenter tribus. Interrogatiue,ut, Sed vos qui tãdẽ,quibus aut ueniſtis ab oris?& quod genus hoc hominum? Relatiue,ut Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates Claſſe veho mecum fama ſuper æthera notus.Infinite,vt Qui ſint ueri amici,plane ignoro.& ſic qualis,&c.relatiua accidentis.

Animal quid,& Virgilius quis,quare non dicimus? Quia quis,& quid nunquam relatiue, ſed vel infinite,vel interrogatiue ponuntur.

DE INTERROGATIVIS.

Quod eſt interrogatiuum nomen? Quod rei dubię, vel tanquam dubiæ poſtulatiuum eſt.

In quot partes diuiditur? In duas, in interrogatiuum ſubſtantiæ,& interrogatiuum accidentis.

Quæ ſunt interrogatiua ſubſtantiæ? Qui, quæ,quod, & quid,& vter.

Quæ ſunt interrogatiua accidentis? Qualis, quan-

tus,quot,quotus,& cetera relatiua accidentis.

Quid intereſt inter quis, & vter? Si duo fuerint,dices quis,& vter, tuo arbitratu. vt quis,vel vter oculorum tuorum melius videt?Si vero plures,quis tantũ: vt,quis ex tuis digitis eſt longior?non etiam vter.

Debemus ne ſemper reſpondere per eundem caſum, per quem interrogatio facta fuerit?Maxime. vt Quã puellam amauit Achilles in Troia prouincia?Polyxenam.Quis tibi videor?æque miſer atq; ego ſum.Cui inuidebat Thraſo miles?Phedriæ riuali. A quo amata fuit Galathea? Ab Aci,& Cyclope. Quarum rerũ nõ eſt vnquam ſatietas?Diuitiarũ. interdum tamen non licet reſpondere per eundem caſum:vt ſi rogeris,quotennis es?reſpondeas potius centum annorum,quam centennis,quod nuſquam legitur.

Item quanti emptæ?Paruo.& Cuium pecus? Aegonis, aut Philondæ.&,quid agitur?ſtatur. Cuius dicis eſſe hos libros?meos.

DE DISTRIBVTIVIS.

Quod eſt nomen diſtributiuum?Quod eſt diſtributionis nota,ſeu ſignum.

In quot diuiditur partes diſtributiuum nomẽ? In duas, in affirmatiuum & negatiuum,& ſunt hæc. Quiſque,ambo affirmant,quicunque,atque omnis,vterq;. Nullus,nemo negant,etiam coniungito neuter.

Quem caſum volunt? Genitiuum pluralem,vel ablatiuum,accuſatiuumue cum præpoſitione. vt, nullus, diſcipulorum vel ex diſcipulis, vel inter diſcipulos legit. Dicimus etiam, nullus diſcipulus. ſic vterque parentum & vterque parens.

DE PARTITIVIS.

Quid eſt nomen partitiuum?Quod partem trahit a toto cũ quo partitur,& cũ eo debet ĩ genere cõcordare. vt hominũ aliquis alieni appetẽs, aliquis ſui ꝓfuſus. & ſunt hæc.Quilibet,& quidã,atq; aliqs,qcũq;,alius,quis,Alter,vter,ſimul alteruter,numeralia,vtvn⁹.

Sed diſtributiuum,partitiuum,diuiduum,ſynonyma eſſe exiſtimo.

Quot in partitione eſſe debent. Tria. pars, totum,& quod pars regat totum, vt litterarum tuarum vnæ ſunt eloquētiæ,alteræ humanitatis & amoris plenæ. fit etiam partitio per Prolepſin, de qua dicemus cum de figuris tractabimus.

Quilibet,nonne ſignificat id,quod omnis,ſeu cunctus? Non,ſed vnum quemuis de multis. vt Accipe quem libet horum librorum, id eſt vnum quemuis,& non quenque,ſeu omne. Poetæ tamen pro omnis ponere videntur. Ouidius. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. quilibet,id eſt vnuſquiſque. ſed proprie particularis eſt dictio. Quilibet igitur & nullus, non ſunt contraria,vt putant Dialectici ætatis noſtræ:ſed omnis,& nullus.

DE CONSTRVCTIONE NOMINATIVI ET CETERORVM CASVVM.

Nominatiuus, & ceteri caſus iunguntur genitiuo poſſeſſiuè,vt M.Tullius Romanæ eloquentiæ princeps, atque is idem patriæ verus pater.& T.Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem Patauinitatem quandam redolere dixit Aſinius Pollio. Item adiectiua nō nulla genitiuum admittunt,ut plenus rimarū, diues opū,diues pictai ueſtis,& auri,peritus, doctus iuris, ignarus,inſcius,imperitus rerum, cupidus honoris, appetens alieni,ſui profuſus. Non eſt aduerſus impudentes,& improbos velitandum,quia tantiſper ſimilis,& compar eorū fies,dū paria & conſimilia dicas.

Datiuo iunguntur adiectiua ſic.facilis,vtilis amicis,grauis,damnoſus hoſtibus,carus,gratus, amicus omnibus,inimicus nemini,& multa huiuſmodi.

Accuſatiuo iunguntur adiectiua ſic. populabundus agros,oſus,peroſus inimicos, exſpectem,qui me nunquam viſurus abiſti. & cetera in rus, cum participia eſſe deſinunt amiſſione tpis,& accuſatiuo iungūtur.

Ablatiuo iunguntur ſubſtantiua ſic. homo doctrina ſeria, florenti vir facundia, egregia indole puer, præſtāti corpore nymphæ, virgo egregia forma, atque ætate integra, Hercules magna vi heros, atque cōſilio. nihil iſtac opus eſt arte. Dicimus etiā, Dux nobis opus eſt. Adiectiua ſic. plenus fide, clarꝰ, inſignis fama. Enniꝰ ingenio nobilis, arte rudis, ſecundus ab rege, & nulli pietate ſecundus, alienus a vitiis, dignus honore, indignus laude, magnꝰ doctrina, laſſus labore aſſiduo, & laſſus cura, & confectus, & id genus abūde multa.

DE PARTICIPIIS.

Quid eſt participium? Pars orationis declinabilis, partem nominis capiens, partemq; verbi. Quare inuentum eſt participium? Vt loco verbi obliquis caſibus intranſitiue adiungatur. quia cum non poſſint obliqui caſus adiungi verbis intranſitiue, loco verbi ſubit participium, ut Priſcianus ait. ut bonus homo loquebatur: boni hominis loquentis orationem audiui, bono homini loquenti dedi, bonum hominem loquētem audiui, a bono homine loquente accepi, quia nō licet dicere, boni hominis loquebatur, loco uerbi loquebatur ſubit loquentis participium. Item, vt oratio breuior ſit, & dilucidior, omiſſis relatiuis, aduerbiis, coniunctionibus. vt homo pauca loquens, inter ſapientes connumeratur, id eſt homo, qui pauca loqtur. Item cenatus eo cubitum, id eſt poſtquam cenatus ſum. & legens diſce, pro lege, & diſce. Item veniens, id eſt cum venirem.

Quod autem in hac oratione, Mulieres ornant ſe, ne videntes homines eas derideant, neceſſario participio ſit utendum, vt Valla docet, & Sipontinus, qui a Valla accepit, mihi nō uidetur. non enim ſic ea reſoluenda eſt oratio, Mulieres ornant ſe, ne homines eas videant, & derideant. quia ſic neceſſe eſſet vti participio, quoniam vident eas omnino homines. ſed ſic, Mulieres ornāt ſe, ne qui vident homines, vel ne cū

vident homines, eas derideant: vel per paſſiuum, ne a quibus videntur hominibus, derideantur: vel, ne cũ ab hominibus videntur, ſint illis ludibrio. nam ne homines videntes, non eſt, ne homines videant: ſed, ne qui vident homines, vel ne cum vident homines.

Quot ſunt terminationes participiorum? Septem. ns, ut amans, legens: rus, ut amaturus: tus, ſus, xus, uus, & dus, ut amatus, viſus, amplexus, mortuus, amandus.

In ns participia, vnde formantur? A prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi, mutando bam, vel bar in ns, ut amabam, amans: legebam, legens: oſculabar, oſculans: ſequebar, ſequens: eo, is cum compoſitis mutat bam in ens, vt ibam, iens: quibam, quiens.

In rus, vnde formantur? Ab vltimo ſupino addendo rus, vt amatu, amaturus: viſu, viſurus: pexu, pexurus: Orior tamen etſi habet ſupinum ortum, vnde ortus, participium tamen facit oriturus. Horatius in epiſtolis: Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

In tus, ſus, xus, vnde formantur? Ab extremo ſupino addendo s, vt amatu, amatus: viſu, viſus: impexu, impexus. A morior tamen debuit eſſe moritus, quod proportio magis exigebat, Priſciano teſte, quia ſupinum eſt moritum, quod etiam indicat moriturus: ſed facit mortuus geminato u, quod in nullo alio participio inuenitur.

In dus, vnde formantur? A genitiuo ſui præſentis participii, mutando tis in dus, vt amans, amantis: legens, legentis, oſculans, oſculantis, tis in dus fit amandus, legendus, oſculandus.

A verbo actiuo quot participia deriuantur? Duo, alterũ præſentis, & præteriti imperfecti tẽporis in ns, vt amans, id eſt qui amat, vel amabat: alterum futuri in rus, vt amaturus, id eſt qui amabit.

Quæ actiua non habent participium in rus? Quæ deficiunt ſupinis, & ſunt hæc.

Compeſco, cerno, renuoque, & reſpuo, lingo,

Sugo, refello, timet, lambo, vrgeo, & ambigo, caluo,
Viſoque, cum metuo, poſco, linquo, arceo, diſco.
Et cum compoſitis ſunt hæc ſine cuncta ſupinis.
Compeſco, eſcis, eſcui. per rifrenare, & conſtringere.
Diſpeſco, diſpeſcis, diſpecui. per ſpartire. Plinius.
Africam ab Aethiopia diſpeſcens.
Renuo, renuis, renui. per rinunciare.
Reſpuo, reſpuis, reſpui. per rifiutare.
Lingo, lingis, linxi. per leccare.
Sugo, ſugis, ſuxi. per ſugare.
Refello, refellis, refelli. per negare, e riprender'il falſo.
Linquo, linquis, liqui. ſupinum eſſet ſecundum analogiam lictum, vnde derelictum. per abbandonare. de quo Priſcianus. Eandem ſeruant etiam regulam liq, lictum, & ex eo compoſita reliqui, relictum.
Lambo, lambis, lambi. per leccare.
Vrgeo, vrges, vrſi. per conſtringere.
Ambigo, bigis, ſine præterito, & ſupino. per dubitare.
Caluo, caluis, calui. per ingannare.
Viſo, viſis, viſi. per andare a vedere.
Terent. Viſam ſi domi eſt. Cetera dicta ſunt in actiuis.

A verbo paſſiuo quot participia deſcendunt? Duo. alterum præteriti perfecti, & pluſquamperfecti temporis in tus, vel ſus, vel xus, vt amatus, viſus, pexus, id eſt qui amatus, viſus, pexus fuit, vel fuerat: vel per actiuum, quem amaui, vel amaueram, vidi, vel videram, pexui, vel pexueram. Alterum futuri in dus, ut amandus, id eſt qui amabitur, vel quem amabo.
Quæ habent vnum tantum participium, id eſt futuri in dus? Quæ deficiunt ſupinis. Quare? Quia cũ participium præteriti temporis inclinetur a ſupino, & ſupinum non fuerit, nec participia erunt, quæ a ſupino naſcuntur. & ſunt ea, quę paullo ante carminibus cõplexi ſumus.
A verbo neutro quot participia deſcendunt? Duo, vnum

præſentis, & præteriti imperfecti temporis, in ns, ut ſeruiens, id eſt qui ſeruit, vel ſeruiebat: alterũ futuri in rus, vt ſeruiturus, id eſt qui ſeruiet, vel a quo ſeruietur.

Quæ neutra habent quattuor participia? Quæ habent paſſiuũ in tertiis perſonis, ut ſemino, tundo, & aro, & cetera, vt ſeminãs, & ſeminaturus in actiua ſignificatione, & ſeminatus & ſeminandus in paſſiua.

Quę neutra habent tria participia? Hęc.

Prandeo, ceno, meret, nuboque, & iuro, quieſco,
Et placeo, & pateo, tituboque, & gaudeo, fido,
Fio quoq;, & ſoleo, atque aſſueſco, atque audeo iunge.

Habent enim participiũ præſentis, præteriti, & futuri in rus, vt prandeo, prandens, pranſus, & pranſurus: ceno, cenans, cenatus, & cenaturus. & ſic reliqua: ſed prandeo, ceno, iuro etiam in dus participiũ habent.

Fio tamen vel nullum habet proprium participiũ, vel vnum tantũ fiens, quod non inueniri inquit Laurentius Valla, etſi Priſcianus ponit, & Diomedes rariſſimũ dicit. Factus enim eſt a ſupino factu, quod a facio eſt, cuius paſſiuũ fuit facior apud veteres. futurus a ſum eſt potius, ut ait Diomedes: quãuis a fuo antiquo uerbo eſſe videatur. Quod vero nõſit futurus a fio, profuturus oſtẽdit a proſum, & defuturus a deſum. fiendus vero barbare dicitur: pro eo docti faciẽdus vtuntur.

A ſum etiã ens, quo vſus eſt Cæſar. & Græci ὤν dicunt, non eſt in vſu frequenti, niſi apud Dialecticos, & Philoſophos ætatis noſtræ. A ſum vero cõpoſita carent participiis, præter abſum, abſens: præſum, præſens: poſſum, potens: quod tamen, nomen eſſe vult Diomedes.

Quæ participia præteriti temporis tam actionem quã paſſionem ſignificant? Pranſus, cenatus, potus, iuratus: dicimus enim ego prandi, & cenaui, & pranſus, & cenatus ſum ficos, & fici pranſæ, & cenatę

ſunt a me. potaui & potus ſum aquam: & aqua pota eſt a me. ego iuraui & iuratus ſum numina: & numina iurata fuerunt a me.
Mereo, meres, merui, & meritus ſum. per meritare, & militare.
Iuro, iuras, iuraui, & iuratus ſum. per giurare.
Pateo, pates, patui, & paſſus ſum. per eſſer manifeſto. ſed paſſus a patior etiam & a pandor eſt participiũ.
Titubo, bas, titubaui, & titubatus ſum. per vacillare.
Quæ neutra non niſi vnum habent participium?
Quæ carent ſupinis, & ſunt hæc.
Strideo. ſterto. rudo. ſtridit. micat, æſtuo. gliſco.
Et conquiniſco, & quando dat parco peperci.
Scandoque cum ſcalpo, ſcabit. & pauet. horreo. mando.
Pſallo. luo, atque tremo. ſatagoque. & obedio. dego.
Micturio. horreſcoq;, & cetera talia, præter
Parturio, eſurio, & per vi quęcunque ſecundæ,
Vt caleo, fuerint. ſed habent tamen iſta ſupinum.
Cum placeo. noceo. libeo. careo. pateoque.
Torret, olet, valeo. paretque, doletque. latetq;.
A luo etiam eſſet lutum per analogiam, vnde dilutum vinum a diluo, in quo miſta eſt aqua. & a ſcalpo ſcalptum Priſciano teſte. nec dicas ſculpo per u. non enim dicimus ſculprum, & ſculpellum per u, ſed per a ſcalprum, & ſcalpellum, quare ſcalpta marmora dicẽdum, non ſculpta.
Oſus ab odi eſſe videtur. Sed oſus, exoſus, peroſus nomina ſunt ſecundum Seruium, & accuſatiuo figurate coniunguntur. Plautus in Amphitryone; Oſa ſum inimicos meos. Virgilius, Lucemq; peroſi. Ouidius; Tedas exoſa iugales. Valerius Maximus de Scæuola, Peroſus enim credo dexteram ſuam, quod eius miniſterio in cæde regis vti nequiuiſſet, iniectam foculo exuri paſſus eſt.
Vſurpantur a neutris quandoque in dus participia.
Ouidius,

Quæ venit indigne pœna dolenda venit. Idem,
Virq; mihi dempto fine carendus abeſt,

Strideo,ſtrides ſtridi. per gridare.

Sterto ſtertis,ſtertui. per ronfare,o roccare. Sternui vero eſt a ſternuo: & ſignificat quod vulgo dicimus ſternutare.

Propertius, Sternuit omen Amor. Columella, Donec ſternuat ouis.

Rudo rudis,rudi. gragliare,ſed rudunt etiam funes. vnde rudentes dicti, vt Stridorq; rudentum.

Strido ſtridis,ſtridi. idem quod ſtrideo,

Mico cas,cui. per giocare alla mora,ideſt ad digitos, vt baiuli ſolent. Marcus tullius officiorum tertio, Dignum eſſe dicunt,qui cum in tenebris mices.

Aeſtuo æſtuas,æſtuaui,atum per hauer gran caldo.

Pſallo,pſallis,pſalli. per cantare.

Conquiniſco conquiniſcis,conquexi. per inchinare, e quaſſare il capo.

Scando ſcandis,ſcandi. per montare,& aſcendere.

Dego degis,degi. per uiuere.

Mando mandis,mandi. per ſchizzare con i denti.

Scabo,ſcabis,ſcabi. per grattare.

Scalpo pis,ſcalpſi. idē eſt quod ſcabo,& per ſculpire.

Paueo paues,paui. per hauere paura.

Luo,luis,lui per patire la pena,& purgare la colpa.

Gliſco,gliſcis,ſine præterito & ſupino. per creſcere.
Lucilius apud Gelliū. Luna alit oſtrea,implet & echinos. muribus fibras,& pecu addit. eadem autem ipſa quæ creſcente luna gliſcunt,& deficiente luna contra deficiunt.

Tremo tremis,tremui. per tremare.

Furo furis,inſaniui. per diuentar matto.

Luceo luces,luxi, per lucere.

Pelluceo pelluces,pelluxi. per lucere molto.

Torreo torres,torrui,toſtum. per aroſtire.

A verbo communi quot participia deriuantur? Duo

in actiua ſignificatione tantum, in ns, & in rus, vt largiens qui donat, vel qui donabat: & largiturus, qui donabit. Vnum præteriti perfecti tam in actiua quã in paſſiua, vt largitus, qui donauit, & qui donatus eſt. Vnũ in paſſiua tãtũ in dus, vt largiẽdus, qui donabitur.

A verbo deponenti quot participia deriuantur? Tria: præſentis, præteriti perfecti, & futuri in rus, vt ſequẽs ſequutus, & ſecuturus.

Quæ deponentia habent quatuor participia? Quæ communia olim fuerunt, ſignificantq; actionem, vt loquendus, ſequendus, vtendus. Ouidius, Multa rogant vtenda dari. Valerius Maximus, Etiam tribunus militum adulandus erat. Et ſciendum inueniri aliquãdo participia præteriti temporis a deponentibus verbis actionem ſignificantibas paſſiuam habere ſignificationem. Virgilius, vno graditur comitatus Achate. Idẽ, Nunc oblita mihi tot carmina. Terentius, Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda.

Ab imperſonalibus ſuntne participia? Minime: niſi a tædet, pertæſus. Suetonius, Quaſi pertæſus ignauiam ſuam. Leges etiam pœnitens, & pœnitendus. pudens & pudendus. pigendus. libens. decens, quæ tamen magis nomina. Quin & pertæſus ignauiam ſuam auſim dicere nomen cum accuſatiuo figurate, vt Lucemq; peroſi, quia non habet pertæſus caſum verbi tædet, cum dicitur pertæſus ignauiam ſuam. non enim dicimus, ille tædet ignauiam ſuam, ſi tædet inuenitur unquam cum nominatiuo. ſed potius illum tædet ignauiæ ſuæ, vel, ſi licet cum nominatiuo (ego enim non memini legere) ignauia tædet illum, vt Ne plus, minuſue faxit, quod poſtea nos pigeat apud Terentium. &, Hei mihi non te hæc pudent. & quem neque pudet quicquam. &, An non pœnitebat te auctorem flagitii, quod feciſſet adoleſcens? apud eundem. & Quem ſæua pudebunt, apud Lucanum. Quare cũ

accuſatiuus ignauiam nō regatur a pertæſus ratione verbi tædet,quoniam nec per imperſonale licet dicere,illum tædet ignauiam:nec per perſonale,ille tædet ignauiam:quia potius eſſet dicendum,ignauia tædet illum:ſicut quod poſtea nos pigeat,& non quod nos pigeamus,& ſic in ceteris, vt oſtendimus, pertæſus non eſt participium,ſed nomen potius accuſatiuo figurate adiunctum,vt oſus,exoſus,peroſus.

Quot modis participia tranſeunt in uim nominis? Tribus.conſtructione,quando non habent caſum ſui verbi, vt abundans lactis, nomē eſt:abundans lacte,participium. Acceptus illi,nomen eſt: acceptus ab illo, participium. Virgilius.Quā diues pecoris niuei,quā lactis abundans. Patiens inædiæ,nomē eſt:patiens inediam,participium. Doctus grammaticæ, nomen eſt: doctus grammaticam participium. Præfectus vrbis, nomen eſt,Præfectus vrbi,participium.quare & comparationem aſciſcunt,vt abundantior,acceptior.Cōpoſitione,quando componuntur cum dictionibus,cū quibus eorum verbum componi non poteſt,vt indoctus,innocens.non enim dicimus,indoceo, innoceo. Temporis vel amiſſione,cum non ſignificant tempus, vt amandus eſt optimus quiſque,ideſt amari dignus: vel mutatione,vt in participiis in rus,cum reſoluūtur per præteritum imperfectum ſubiunctiui. Ouidius, Expectem qui me nunquam viſurus abiſti? ideſt qui eo animo diſceſſiſti,vt me non amplius videres? Valerius Maximus,Experiri enim volui, ſi tibi propoſitū ex ſententia parum ceſſiſſet, quam æquo animo me ferro eſſem interemptura,ideſt quam ęquo animo me ferro interimere auderē.Seneca de naturalibus quęſtionibus.Nullam autem mentionem fecit cometarū non prætermiſſurus,ſi quid explorati apud illos comperiſſet.non prætermiſſurus,ideſt ita affectus,vt non prætermitteret.

Participium quem caſum poſtulat ante ſe? Nullum

quoniam nulla orationis pars regit ante ſe,præterverbum. Poſt ſe quomodo conſtruitur? Cum caſu verbi ſui,vt tu,qui euadis doctus,gaudebis:tu euadens doctus,gaudebis.ego qui indigeo doctrinæ,incumbo literis:indigẽs ego doctrinæ,incũbo litteris.adamo te, qui mihi inſeruis:adamo te inſeruiẽtem mihi. Nõ vidi quenquam,qui ſit ſtudio nihil cõſecutus. Neminẽ vidi ſtudio nihil conſecutum.O puer,qui præſtas cõdiſcipulos omnes ingenio,tene memoria illud. Iſocratis,ἐὰν ἦς φιλομαθὴς,ἔσῃ πολυμαθής. O puer præſtans ingenio condiſcipulos omnes,&c.Nobis qui gaudemus virtute,multi inuident:Nobis virtute gaudentibus multi inuident.Seruire Deo præter cetera,intereſt omnium,qui viuunt:viuentium omnium intereſt præter cetera ſeruire Deo.

In quid reſoluitur participium? In relatiuum, & verbum:vt amans,ideſt qui amat,vel amabat. Nonnunquam reſoluitur in verbum, & dum, vel poſtquam, vel &,vel quoniam,vel cũ,& ſimilia, vt præceptore legente,diſcipuli diſcunt,ideſt dũ præceptor legit.& hoc dicto interiit,ideſt poſtquam hoc dixit, vel cum hoc dixiſſet,exceſſit e vita.Item, legens diſco, ideſt lego,& diſco:& veniens vidi,ideſt cum venirem,

Quando participio vti non licet? Cum in nominatiuo eſſe relatiuũ nõ poteſt,vt io allegrante te, ſon piu pouero di Codro,ego quo tu gaudes,ſũ paupior Codro. & la grammatica inſegnata da me a te, ti fara honore,& vtile:grammatice,quam doctus fuiſti a me, erit tibi honori, & commodo. Item la camiſa ſpoliata a te dal tuo famiglio, andará a lauare al fiume di Po la tua nutrice.induſium,quo tu ſpoliatus fuiſti a tuo miniſtro, ibit lotum ad flumen Eridanum nutrix tua. Et li libri miei da eſſere cargati in dui muli dal tuo mulattero,mandaro alla cittade di Venetia, o a Roma al piu preſto.Libros meos,quibus,duo muli onerabuntur a mulione tuo,mittam breui vel ad Vrbẽ.

Venetias,vel Romam.Dic per oneror quando eſt tertiæ ſpeciei,vt ſcribor,dicor.Libros,qui onerabũtur a mulione tuo duobus mulis,mittã breui ad vrbem Venetias,aut Romam.& ſic licet dicere per participiũ, Libros meos onerandos multis mulis a mulione tuo mittam in Germaniam.Præterea non licet vti participio,quando non eſt,vt io ho hauuto molte volte compaſſione a Ouidio bandezzato in Ponto:Sæpe ſum miſeratus Ouidium,qui exulauit in Põto.Item,tu impari certamente volõtieri la grãmatica ſtudiata da me, ma non fai frutto,Diſcis tu quidem non inuitus grãmaticam,cui ego ſtudui,ſed non proficis. In his non vſi ſumus participiis,quia nec exulo habet exulatus, nec ſtudeo ſtuditus,atque ideo diximus per relatiuum & verbum.

Dic vulgaria participiorum omnium. Amans,amante, chi ama,o chi amaua. Amaturus,da amare,chi amara, e per deuere amare,eſſendo per amare, & hauendo ad amare. Amatus,amato,chi e ſtato,chi era ſtato amato,eſſendo ſtato amato. Amandus,da eſſer amato, chi era amato,e per eſſere amato,hauẽdoſi ad amare, o hauendo ad eſſere amato,eſſendo per eſſer amato, & ſic in ceteris.

Participium abſolute in quo caſu ponitur? In ſeptimo ſi reperitur,vt ſtudiando io græco & hebraico, tu andaui a ſolazzo.Studente me græcis & hebraicis literis,tu deambulabas,ideſt dũ vel donec ego ſtudebã. Si vero non reperitur,dicimus per verbum & dũ vel donec,vel poſtquã,vt venuta la eſtate,molti ſi amalano.Poſtquam venit æſtas,plurimi ægrotãt.&,partita la inuernata,vien la primauera. Vbi diſceſſit hyems, uer aduenit.hic non licet dicere per ſeptimũ caſũ,q̃a venio,& diſcedo nõ habẽt participia p̃teriti tẽporis: quãquã apud vetuſtiſſimos inuenitur diſceſſus,& alia quæ nunc penitus exoleuerunt,vt interitus,oblitus.

Quare etiam hic ſeptimus caſus appellatus eſt a non

nullis ablatiuus in cōſequentia? Quia neceſſario huiuſmodi ablatiuos conſequi aliquid debet, vt ſole oriēte fit dies, ideſt ſolis ortum ſequitur dies: & Græcis Ilion obſidentibus, uicti ſunt Iliēſes, ideſt propter obſidionē Græcorū ſecuta eſt victoria de Iliēſibus. Quādo autē ſic dicimus, te ſedente, ego ſto, nō eſt neceſſe me ſtare, dū tu ſedes: nō erit igitur ablatiuus in cōſequētia: niſi i cōſequētia dicitur quia cōſequi omnino aliquid debet, ex quo perficiatur oratio. Sed dicas tu potius vel ſeptimū caſu, vel ablatiuū abſolute poſitū.

Quæ participia poni poſſunt abſolute in ablatiuo? Præſentis, & præteriti imperfecti, ideſt in ens. præteriti perfecti & pluſquamperfecti, ideſt in tus, ſus, xus. quæ frequentiſſime inueniuntur in ſeptimo caſu. exēpla vltro ſe offerūt, ſi quis inquirat, vt Te veniente die, te decedente canebat. & Sublata beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, & huiuſmodi infinita. Itē futuri in rus, vt Facturo me copiam bonorū librorū ſtudioſis omnibus, cœperunt omnes gaudere mirum in modum, ideſt cum eſſem facturus copiam. Lucanus in primo, Facile venturo Cæſare prædam Ignauæ liquere manus, ideſt, cum eſſet venturus Cæſar. Valerius Maximus libro primo, Id luce proxima conſulibus ſacrificio vel expiaturis, ſi poſſet auerti: vel, ſi certū deorum etiā monitu viſum foret, executuris, hoſtiarum exta ſomnio congruerunt. In dus quoque ſic, voluendis aſſidue bonis libris, quam plurima memoratu digna diſcuntur, ideſt voluendo libros, vel dum voluuntur. Marc. Tullius in proœmio primi libri officiorū, Orationem autem latinam efficies legendis noſtris pleniorem. ideſt legendo noſtra, vel cum leguntur noſtra. ſed hæc, cum amittūt tempus, nō ſunt participia.

DE PATRONIMYCIS.

QVid eſt patronymicum? Quod proprie a patre deriuatum ſecundum formam græcam, ſignificat filium, vel nepotem, filiam vel neptem primitiui,

ſui, vt hic Priamides, Priami vel filius vel nepos. Hæc priamis, filia, neptiſue Priami.

Quare dicendum potius patronymicum per y ψιλὸν, quam patronomicum per ὀμικρὸν? Quia quæ componuntur ab ὄνομα, mutant primum ο μικρὸν in ὠμέγα. ſecundum vero in y ψιλόν. ſic ab ἱερὸς ὄνομα Hieronymus, quod ſacrum nomen interpretatur a. σὺν ὄνομα, Synonymum.

Nonne etiam ab aliis quam a patribus patronymica deriuãtur? Quidni? ſed raro, & abuſiue, vt a matribus, ſicuti eſt Iliades, Iliæ filius Romulus. Latoides, λητόος, ideſt Latonæ filius Apollo. ab auis maternis, vt Atlantides, Mercurius filius Maiæ Atlantis. A fratribus, vt Phaetontiades, ſorores Phaetontis. A regibus ſiue conditoribus, vt Aeneadæ, Romulidæ, id eſt Romani. Theſidæ, Cecropidæ, id eſt Athenienſes. Et ſciẽdum, multa inueniri huius formæ gentilia. vt Hemonis, Theſſalis, Colchis, Argolis, Cyclas, Ias, Troas. multa itẽ propria, vt Euripides, Thucydides, Bacchis, Doris, Pithyas.

Poſſuntne deriuari patronymica a propriis patrum latinis, vt Saturnus, Iuppiter, Mars, Mercurius, Sol? Minime. nam in his, & ſimilibus dicendum eſt filius, vel nepos Saturni, Iouis, Martis, vel per poſſeſſiuum, Saturnius, Iouius, Martius. nam pro patronymicis, poſſeſſiua inueniuntur apud Latinos vſurpata, vt Aemilianus Scipio, id eſt Aemilii filius. Octauianus Cæſar, ideſt auguſtus Octauii filius. dicitur & Octauius. Virg. Luſimus Octaui. A nominibus tamen patrũ Latinis Romanũ poetã poſſe exiſtimo, ſi contigerit, patronymica inclinare, ſi græcã habere potuerint inflexione (quia græce patronymica formari debent) nec aliter apud Græcos, quam apud Latinos nomina illa appellentur. nam a Saturnus, Iuppiter, Mars, Mercurius Sol, Neptunus, ideo patronymica deriuare, non licet, quia non ſic, ſed κρόνος, ζεύς, ἄρης, ἑρμῆς, ἥλιος, ποσει-

δῶν græce dicuntur. A Petrus igitur Petrides eſſe po teſt patronymicum, quia ὁ πέτρος τοῦ πέτρου græce po teſt declinari, atque inde πετρίδης deriuari patronymicum. ſic ab Antonius Antoniades, a Cicero Ciceronides eſſe poſſunt patronymica, quia ὁ ἀντώνιος τοῦ ἀντωνίου, ὁ κικέρων τοῦ κικέρωνος græce licet inflectere, indeque ἀντωνιάδης, κικερωνίδης deducere patronymica.

Vtendum ne eſt patronymicis in proſa oratione? Nequaquam, ſed in carmine duntaxat. inueniuntur tamen vſi patronymicis etiam hiſtoriographi, quod ipſis quoque licentia vti conceſſum ſit. quare Herodotus apud Græcos fabulas etiam commiſcet hiſtoriis: quod tamen Latini reprehendunt. Iuuenalis, Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.

Quot ſunt terminationes patronymicorum maſculini generis? Tres. ιδης, vt πηλείδης. ων, vt πηλείων. αδιος, vt ὑ̓ῤῥάδιος. quarum prima qua ſolæ poetæ Latini vtuntur, communis eſt: altera Ionica: Aeolica tertia. habent enim Græci quinque linguas, Communem, Ionicam, Doricam, Atticam, Aeolicam.

Quomodo formantur græce? Sic. Si genitiuus græcus deſinit in ως, vel in ος, vel in ους, vel in ου: ſi nec ante ου eſt iota, nec quæ in ου genitiuum faciunt, primæ ſunt declinationis, in ιδης communiter formatur patronymicum, vt ὁ πηλεύς, τοῦ πηλέως, ως in ιδης, πηλείδης, & per ſynæreſin πηλεῖδης. Item ὁ πηλεύς, τοῦ πηλῆος ος in ιδης πηληΐδης a genitiuo Ionico. Homerus, μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. πηληϊάδεω pro πηληΐδου, ἀπὸ τοῦ πηλῆος genitiuo Ionico. ὁ δημοσθένης τοῦ δημοσθένους, ους in ιδης, δημοσθενίδης. ὁ ἀγαμέμνων τοῦ ἀγαμέμνονος, ος in ιδης ἀγαμεμνονίδης. ὁ πρίαμος, τοῦ πριάμου, ου in ιδης, πριαμίδης. ὁ πάνθοος τοῦ πανθόου ου in ιδης, πανθοΐδης, & per ſynæreſin πανθοίδης.

Sin autem ante ου eſt iota, vel in ου mittentia geni-

tiuum primæ ſunt declinationis, commutant ου in αδης, ut ὁ μενοίτιος τοῦ μενοιτίου, ου in αδης μενοιτιάδης. ὁ αἰνείας, τοῦ αἰνείου, ου in αδης αἰνειάδης. ὁ ἀγχίσης, τοῦ ἀγχίσου, ου in αδης, ἀγχισάδης, & πλεονασμῷ τοῦ ι ἀγχισιάδης. ὁ ἱππότης, τοῦ ἱππότου, ου in αδης, ἱπποτάδης.

Cuius declinationis ſunt patronymica maſculina in ιδης? Primæ τῶν ἰσοσυλλάβων, vt ὁ πηλείδης τοῦ πηλείδου, ὁ πριαμίδης τοῦ πριαμίδου.

Patronymica feminina quot terminationes habent? Tres, ας, ις, ιη, quibus omnibus noſtri poetæ vtuntur, vt Ilias, Tyndaris, Nerine.

Quomodo formantur patronymica feminina? In ας & in ις? formantur a ſuis maſculinis, remota δη, vt ἰλιάδης, ἰλιάς. πριαμίδης, πριαμίς. πηλεΐδης ſine ſinæreſi, πηλεΐς. vel ionice, πηληΐς ἀπὸ τοῦ πηληΐδου.

In ιη pauca admodum ſunt; vt νηρίνη, ἀδρηστίνη, ἀκρισιώνη, αἰητίνη, ὠκεανίνη, ἀπὸ τοῦ νηρέως, ἀδράστου, ἀκρισίωνος, αἰήτου, ὠκεανοῦ.

Cuius declinationis ſunt patronymica feminina? In ας & in ις quintæ, vt ἡ πηλιὰς, τῆς πηλιάδος, filia Peliæ, vel neptis. ἡ πριαμὶς, τῆς πριαμίδος. In ιη vero ſunt ſecundæ τῶν ἰσοσυλλάβων, vt ἡ νηρίνη, τῆς νηρίνης.

Qui neſcit græcas litteras nonne a nominibus græcis latino more inflexis formare patronymica poterit? Non profectò, quanquam poſſe docet omnes fere grammatici ætatis noſtræ. nam quomodo Theſeis, Aeneis, penultima longa, & huiuſmodi patronymica, a maſculinis Theſeides, Aeneides deriuabunt græcarum literarum rudes? Quod ſi a Theſeides, Aeneides facta diæreſi, Theſeis, Aeneis deducent, penultima corripietur, quia eſt ἐψιλὸν vocalis ſemper breuis apud Græcos. Quare ſciat neceſſe eſt a maſculinis θησηΐδης, αἰνηΐδης, quæ a genitiuo Ionico θησῆος, αἰνῆος (vt ſupra eſt dictum) formantur, deriuari θησηΐς, αἰνηΐς, δη

abiectione:vnde nos Theſēis, Aenēis accepimus penultima longa. Nec me præterit αἰνείδης melius ab αἰνειάδης eſſe ἀποβολῇ τοῦ α, quod a genitiuo αἰνέου formatur, quam ab αἰνῆος genitiuo Ionico. nuſquã enim legitur, vt doctiſſimi quoque dicunt, αἰνεύς. Vnde apud Virgilium, Aeneadasque meo nomen de noīe fingo. Et, Quis genus Aeneadum? ab αἰνειάδης eſt, a diphthongo ει, ι excluſa, vt Dores faciunt. Quare loco Aeneis aliud ꝓ exẽplo ponat patronymicũ, vt Achilleis, Orpheis, & ſimilia a Græcis ĩ εὺς, quæ, ſi quis fuerit penitus expers literarũ grę carũ, neſciet formare.

Adde quod Achillides, a datiuo Achilli latine formaret græcarum literarum rudis, penultima correpta, ſicut Antenorides, Atlantides, a datiuis Antenori, Atlanti, cum tetraſyllabum propter complexionem penultimam producat. Præterea a Latona Latonades faceret patronymicum, qui neſciret Latonam Græce ἡ λητὼ, τῆς λητόος λητοῦς dici. Vnde Latoides patronymicum formari ait Priſcianus.

Statius primo Thebaidos.

Dum morior, depelle globum: fors ęqua merentes
Reſpicit, ardentem tenuit reuerentia cædis
Latoidẽ. Oui. Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.

Ἀρχίου εἰς τοὺς τέσσαρας ἀγῶνας in epigrammatis. Ζηνὸς, λητοΐδαο, παλαίμονος, ἀρχιμόροιο. λητοΐδαο pro λητοΐδου Latoidæ. Eodem modo ſi a Dido, Manto, Sappho, Calypſo, & ſimilibus patronymica formarit, decipietur. Nam Didonides, Mantonides, Sapphonides, Calypſonides dicet, cum ſit dicendum Didoides, Mantoides, Sapphoides, Calypſoides, a Græcis διδοΐδης, μαντοΐδης, σαπφοΐδης, καλυψοΐδης. quæ a genitiuis διδόος, μαντόος, σαπφόος, καλυψόος formantur, mutatione τοῦ ος in ιδης

Præterea huiuſmodi nomina vix auſim ego declinare ut Iuno, ſed Græce. Neque enim, ait Quintilianus, Iam Calypſonem dixerim, vt Iunonem. Quan-

quam ſecutus antiquos C. Cæſar, vtitur hac ratione declinandi. Quam ob rem diſcendæ ſunt a pueris noſtris neceſſario græcę declinationes.

Qui latine hæc patronymica declinare, ipſiſque vti voluerit, quomodo poterit? Vertendæ ſunt græcæ literæ in latinas, necnon diphthongi vel in noſtras diphthongos, vel in vocales longas, & quod græci πριαμίδης, αἰνειάδης, ἡλιάδης, μενοιτιάδης, πηλείδης, θησείδης, Item, πριαμὶς, νηρίνη, ἡλιὰς, μενοιτίας, πηληῒς, θησηῒς dicunt. Nos Priamides, Aeneades, Heliades, Menœtiades, Pelides, Theſides, Priamis, Nerine, Helias, Menœtias, Peleis, Theſeis dicamus. Sed duo nouiſſima, & cetera id genus, penultimam modo producũt, modo corripiunt. Nam ſi a πηλείδης, θησείδης, facta diæreſi, πηλεῒς, θησεῒς deducuntur, quæ nos in latinum vertentes Peleides, Theſeides ſine ſynæreſi, & Peleis, Theſeis dicimus, corripiunt: ſin vero a πηληΐδης, θησηΐδης, quæ a genitiuis πηλῆος θησῆος, Ionice formantur, vt ſupra eſt dictũ, πηληῒς, θησηῒς deriuatur, producunt. Sed penultima breui raro legi apud Romanos huiuſmodi patronymica, Penultima vero lõga ſępiſſime. Stati⁹,

Viue precor, nec tu diuinam Aenĕida tenta. Ouidius,

Et tamen ille tuæ fœlix Aenēidos auctor,
Tranſtulit in Tyrios arma, virumq; toros. Idem,

Sumpſerit Aenēidem, genitrix ibi prima requiret,
Aeneadum genitrix vnde ſit alma Venus. Idem,

Res quoque tanta fuit, quantæ ſubſiſtere ſummo
Aeneidos Vati grande fuiſſet onus. Idem,

Vtque celer venias, virides Nereidas oro. Idem,

Nerei te vereor, tua fulmine ſæuior ira eſt. Martialis,

Luſit Nereidum facilis chorus æquore toto. Statius.

Tum viſa procul de littore mater Nereis.

In his Aeneis, Nereis penultima & producta & correpta deprehenduntur. Sed de Aeneis (vt ſupra dixi) alia ratio eſt. nam cum corripitur, eſt quia ει diphthõgus diuiditur per diæreſin ab αἰνεΐδης, quod eſt ab αἰ-

ναΐδης remota α. cum vero producitur, fit, quia ε in η conuertitur ἰωνικῶς, ſic αἰνεΐς αἰνηΐς, vnde nos æneis penultima correpta. Plerunque tamen legi penultima producta. Iuuenalis.

Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?
Vexatus toties rauci Theseide Codri? Martial.
Briseis vultum quamuis auerſa iaceret. & ſic fere vbique.

Præterea quæ apud illos primæ ſunt declinationis, apud nos itidem primæ ſint, ut ὁ θησείδης τοῦ θησείδου, hic Theſides huius Theſidæ. Quæ item apud illos ſecundæ declinationis ſunt, apud nos græce declinantur, commutatis tantum literis græcis in noſtras, vt ἡ νηρίνη τῆς νηρίνης, hæc Nerine huius Nerines. Quanquam ἦτα, duplex ἒ ψιλὸν, ſicut ὦμέγα, duplex ὂ μικρὸν eſſe exiſtimo: & non i, ſed e ſonare debere. Quare dictiones græcas, in quibus eſt η litera, perperam nunc pronunciari oſtendemus in fragmentis grammaticis. Item quæ apud Græcos quintæ ſunt declinationis, nos in noſtram tertiam transferamus, ut ἡ προιτὶς τῆς προιτίδος, hæc Prœtis huius Prœtidis. Quare hinc etiam colligimus, neceſſariam eſſe literarum græcarum cognitionem hominibus noſtris.

Inueniunturne poetæ & addere, & detrahere ſyllabas patronymicis? Maxime. Virgilius, Tum Phaetontiadas muſco circundat amaræ Corticis, pro Phaetontidas. Ouidius, Sedit Atlantiades, pro Atlantides. Virgilius, Scipiadas duros bello, pro Scipionidas. Idem. Sit ſatis Aeneide telis impune Numanum oppetiiſſe tuis, pro Aeneade. nam Aeneus, a quo deriuari videtur, non inuenitur.

Quare poetæ modo detrahunt, modo addunt patronymicis ſyllabas? Propter metrum, & maxime quando breuis ſyllaba inter duas longas comperitur, quæ eſſe in heroico verſu nõ poteſt, vt in Atlãtides, Phae

tontides, quod & Græci faciunt. Homerus μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος pro πηλείδου. Si quiſquā eſt qui ubi nō niſi latine inſtituimus pueros, græce formaſſe patronymica nos accuſet, ne ſit neſcius id nobis neceſſario factum eſſe, quia latine formari non poſſunt, vt ſupra eſt dictum: tum quia volumus, & græce & latine ſimul inſtitui adoleſcētulos, ita tamen, ut a ſermone latino ætate noſtra incipiant, nec multo poſt vna & Romanis literis & Gręcis incumbant, ſed tūc potiſſimum, vbi eas orationis partes, quæ inflectuntur, declinare latine didicerint. quod ſi aſſeruarit diligenter, cum ad patronymica noſtra ventum fuerit, quæcunque ibi a nobis conſcripta ſunt, facile intelliget. Vtrum autem ſic inſtitui pueros ſit neceſſariū necne, viderint docti. Nos certe perneceſſarium non arbitramur ſolum ſed etiam contendimus.

DE FIGVRIS.

Facturus etiam operæpretium mihi videor, ſi de figuris hoc loco, quæ a Græcis σχήματα appellantur, breuiter ſcripſero, atque id tantum attigero, quod ad puerorum inſtitutionem facere videatur.

Quid eſt figura? Quintilianus inquit, Figura eſt, ſicut nomine ipſo patet, conformatio quædam orationis remota a communi. Idem, Sit ergo figura aliqua arte nouata forma dicendi. Poſſumus etiam ſic definire, Figura eſt vitium cum ratione neceſſitatis, ornatuſue gratia permiſſum.

In quot partes diuiduntur figuræ? In duas. nam aut τοῦ λόγου ſunt, id eſt verborum, vel dictionis, vel elocutionis, vel ſermonis, uel orationis: aut τῆς διανοίας, id eſt cogitationis & ſenſus. τῆς διανοίας figuras, quorum eſſe aiunt? Oratorum tantum. τοῦ λόγου, Grammaticorum. Et diuiduntur τοῦ λόγου in tres partes, in figuras dictionis, elocutionis, cōſtructionis. Illud nō

eſſe ſilentio prætereundum cenſeo, figuras omnes pe nes quinq; Græcorum linguas attendi, ἰάδα, δωρίδα, ἀτθίδα, αἰολίδα, κοινήν. Ias enim relictis propriis verſatur in tropis. Doris, in ſingulis partibus orationis nunc adiectioni, nũc breuitati ſtudens, facit barbariſmos. Atthis breuitate gaudens admittit ſolœciſmos. Aeolis ſupra modum copioſa eſt, amatq; per circuitũ verba proferre, cuius vitium σχῆμα διανοίας appellãt. Communis eſt, in qua omnes idem ſentiunt.

Sed aduertendum in primis eſt, ut Barbariſmus & Solœciſmus euitentur.

Quid eſt barbariſmus? Pars orationis vitioſa in communi ſermone, In poemate vero metaplaſmus dicitur. Ante Auguſti Cæſaris ætatem an barbariſmũ dixerint qui pure atque integre locuti ſunt, ſe non inueniſſe Gelli⁹ ſcribit: Apud antiquos enim nõ barbare, ſed ruſtice loqui dicebantur. quos nũc loqui barbare dicimus: & ruſticus ſermo, qui nunc barbariſmus appellatur.

Quid eſt ſolœciſmus? Impar & inconueniens compoſitura partium orationis. σχῆμα λόγου, ſi eum docti fecerint, dicitur. Ab Aſinio Capitone, & eiuſdem ætatis aliis, imparilitas, a vetuſtioribus latinis ſtribiligo dictus eſt. nam στρεβλοῦν, deprauare eſt, & στρεβλὸς prauus. Gellius vero neque ſolœciſmum, neque barbariſmum, ſed ſicut βάρβαρον, ita σόλοικον, legiſſe ſe Apud Græcos in Noctibus refert. Idem antiquiores noſtros ſolœcum facile dixiſſe meminit, ſolœciſmum uero haud ſcire an vnquam dixerint. Quod ſi ita eſt, neque apud Græcos, neque apud Latinos probe dici ſolœciſmum putat. ſed aut imparilitatem, aut ſolœcum, ſed nunc & barbariſinum & ſolœciſmum dicimus.

Vnde Solœcus dictus? A Solis vrbe Ciliciæ, quod eius incolæ Athenienſibus vitioſe loqui viſi ſint: & σολοικίζειν, qui ita loquerentur, dicti.

Quomodo ruſtice & barbare quis loquetur? Si barbaris vocabulis vſus fuerit. Vt ſi dixerit treguam, & guerram pro inducijs & bello. Item ſi dictiones inuertat, vt ſi pro diſciplina, diſplicinam dixerit, & ſtexæ fillæ, pro ſtellæ fixæ: & aliquibus penultima longa cum debet corripi: & annōna, & idōlum penultima breui, cum ſit producenda.

Vitia oris & linguæ in quibus eſſe literis poſſunt? In ſingulis. nam ſi craſſe iota pronunciauerit quis, Iotaciſmum faciet. Si vero L, lambdaciſmum. Item ſi m plus ęquo pronunciarit, faciet metaciſmum. Pręterea a vocis gracilitate Iſchnoteſia eſt: a nimio vero hiatu vocis, Platiaſmos. Chiloſtomia autem fit cum in ſummis labiis vox ſcinditur. Omnia igitur quæ plus æquo, minuſue ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur, euitanda ſunt.

Quomodo Solœcum, aut ut nunc dicimus, ſolœciſmum quis faciet? Si loquetur incongrue, vt ſi dixerit quale eſt pater mea, mater meus, Virgilius ſcripſerunt, ego doceo tibi grammaticam.

In quo a ſolœciſmo differt barbariſmus? Hic in dictione tantum fit. ille vero in oratione.

DE FIGVRIS DICTIONIS.

Syncopa de medio tollit, quod epentheſis auget.
Extinxti ut te meq; ſoror, magna induperatrix.
Troiugenumq; dolos, noſtri Mauortis in antro.
Apocope eum tollit finem, quem dat Paragoge,
Vt ſat erit magicas me inuitam accingier artes.
Troius heu do meæ miſeram me occiderit hoſpes?
Apponit Protheſis caput id, quod Aphæreſis aufert,
Gnate renarro tuam mittas heu linquere matrem.
Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos.
Corripit, vt ſteterunt, ducendam Syſtola vocem.
Ectaſis italiam producit corripiendam.
Dicit &, inſanis vitam dederītis in vndis.
Romane at dices & dederītis & dederītis.

Aulai in medio libare Diæreſis, atque
Virgilius cecinit rus, ſyluasq;, duces.
Et qui magna fuit Pelignæ gloria gentis,
Nunc quoque te ſaluo perſoluenda mihi.
Eſtque Synæreſeos deiectus fulmine Phæton.
Fixerit Aeripedem ceruam Tyrinthius heros.
Gramma tibi Antithesis pro grammate ponit, ut olli
Inquit ſubridens hominum ſator, atque deorum.
M necat Ecthlipſis, vocalem ſed Synalœphe.
Littora mult'ill'& terris iactatus & alto,
Atqu'ea diuerſa penitus dum parte geruntur.
Metathesis eſt ordo mutatus litterularum.
Vt tibi Timbre caput Euandrius abſtulit enſis.

DE FIGVRIS CONSTRVCTIONIS.

Prolepſis quæ latine dicitur præſumptio, eſt pronunciatio rerum ordine ſecutarum. vel eſt, cum ante numerus redditur, quam perſonæ definiantur. vt,

Continuo reges, ingenti molle Latinus,
Quadriiugo uehitur curru, cui tempora circum
Auratis bis ſex radii fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen, bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro:
Hinc pater Aeneas, Romanæ ſtirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cæleſtibus armis,
Et iuxta Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ:
Procedunt Caſtris. Per hanc autem figuram, ſi plurale verbum præponitur ante vtrunque quod ſequitur, nominatiuum præcedere in congregatione oportet, vt, duæ aquilæ deuolauerunt, hæc ab oriente, illa ab occidẽte. vel, Altera ab ortu ſolis, altera ab occaſu. Sin ad ea quę diuiduntur, ſingulare verbum ſequitur genitiuum, ſingulare diuidẽdo præcedere oportebit. vt, Duarum aquilarum, altera deuolauit ab oriente, altera ab occidente. Præterea ſingulare modo in ſingularia, modo in pluralia licet diuidere. vt humanũ gen⁹, aliquod bonũ, aliquod malũ eſt. humani generis ali-

qui boni, aliqui praui. Et rurſus plurale nunc in pluralia, nunc in ſingularia hominũ, aliqui boni, aliqui mali. duarum auium, altera volatilis, altera non. Si nominatiuus igitur præcedit, verbum in congregatione ponitur: ſin autẽ genitiuus, in iis quæ diuidũtur. Quod ſi & congregationem, & eius partes oblique proferre volumus, neceſſe eſt loco verbi vti participio obliqui caſus, & ad aliã perſonam facere tranſitionem, vt aquilarum volantium, alterius ab oriente, alterius ab occidente ſimilis eſt celeritas. Et per datiuum, Aquilis volantibus, huic oriens, illi relinquitur occidens, & per accuſatiuum, aquilas volantes, hanc oriens, illam miſit occidens. Veteres tamẽ interdum pro genitiuo plurali nominatiuum legimus propoſuiſſe. Homerus ὀδυσσείας μ, οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, τὸν δ᾽ ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει ὀδυσσεῦ, hoc eſt, Duo ſcopuli, alter ad cælum vſq; latum peruenit, alterum vero ſcopulum humiliorẽ videbis Vlyſſe. vbi ſcđm artem genitiuo vtendũ fuiſſet τῶν δὲ δύο σκοπέλων. σολοικοφανὲς igitur fecit. Quemadmodũ ἰλιάδος γ. Αμφω δ᾽ ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν ὀδυσσεύς, hoc eſt, ambo vero ſedentes, honoratior Vlyſſes erat. ἀντὶ τοῦ ἀμφοῖν δ᾽ ἑζομένοιν, ambo rum autem ſedentium, honoratior Vlyſſes erat. quale eſt apud Horatium in poetica, o maior iuuenum. ad duos enim Piſones ſcribebat. de hoc vero abunde in comparatiuis. Item ἰλιάδος π.

Νεστορίδαι δ᾽, ὁ μὲν οὔτασ᾽ ἀτύμνιον ὀξέϊ δουρὶ Ἀντίλοχος, λαπάρης δὲ διήλασε χάλκεον ἔγχος. Ἤριπε δὲ προπάροιθε. μάρις δ᾽ αὐτοσχεδὰ δουρὶ Ἀντιλόχῳ ἐπόρουσε κασιγνήτοιο χολωθεὶς, Στὰς πρόσθε νέκυος, τοῦ δ᾽ ἀντίθεος θρασυμήδης, Ἔφθη ὀρεξάμενος πρὶν οὐτάσαι. Neſtoridæ autem, Antilochus acuto telo percuſſit Atymnium ferro adacto in ilia. cecidit vero ille coram. ſed Maris propinquus lancea inuaſit Antilochũ ira, germani cauſa percitus, aſtans ante mortuum. hunc autem deo ſimilis Thraſymedes celeriter percuſſit, ante

quam ille feriret. pro τῶν νεστοριδῶν, ὁ μὲν ἀντίλοχος οὔτασ' ἀτύμνιον, μάριν δὲ ἀντίθεος θρασυμήδης, Neſtoridarum Antilochus percuſſit Atymnium, Deo vero ſimilis Thraſymedes Maridem. Similiter ſiquis dicat, Duo fratres alter facilis, alter durus eſt, vitium facit: cum ſit dicendum, Duorum fratrũ, aut e duobus fratribus alter facilis, alter durus. Tale eſt etiam illud Liuii, vt Priſcianus refert, Periti religionũ iuriſq; publici, quando duo ordinarii conſules eius anni, alter morbo, alter ferro periiſſet, ſuffectum conſulem negabant recte comitia habere poſſe: cum ars ſic exigeret, Quando duorũm ordinariorum conſulũ, aut ex duobus ordinariis conſulibus alter morbo, alter ferro periiſſet: aut ſic, Quãdo duo ordinarii conſules eius anni periiſſent, alter morbo, alter ferro. quæ eſt præſumptio frequentiſſima, vt illa ὀδυσσείας α. ἀλλ' ὁ μὲν αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας, αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν, οἱ μὲν δυσσομένου ὑπερίονος οἱ δ' ἀνιόντος. Sed ille Aethiopas petiit qui procul, ſunt: Aethiopas, qui diuiſi ſunt in duas partes vltimi hominum, alteri in occidẽte, alteri in oriẽte. Et illa in Iphigenia in Aulide κατεῖδον δύ' αἴαντε συνέδρω, τόν τε οἰλέως, τελαμῶνός τε γόνον τῆς σαλαμῖνος στέφανον, Vidi duos Aiaces conſidentes, alterum Oilei, alterum Telamonis filium Salaminæ decus. Apollonius in primo περὶ συντάξεως, illud Homeri, οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, ſic mutat, οἱ δὲ δύο σκόπελοι ἱκάνουσιν, ὁ μὲν ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, ὁ δὲ ἄχρι τοῦ ὀλύμπου, duo perueniunt ſcopuli, alter vſque ad cælum, alter vſque ad olympum. quod poeta noſter præſumptione dimiſſa ſic mutauit in primo Aeneidos. Geminiq; minantur in cœlum ſcopuli. In huiuſmodi igitur conſtructione tam diuiduorum, quam κατὰ πρόληψιν, Græci articulis ſubiunctiuis vtuntur. vt ἀετοὶ διέπτησαν δύο, ὁ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν. καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μέν εἰσιν ἀγαθοί, οἱ δὲ πονηροί. καὶ

τοῖν δυοῖν αἰάντοιν, ὁ μὲν τελαμώνιος, ὁ δὲ οἰλέως υἱὸς ἐγένετο. Nos vero aut pronominibus, aut nominibus, vt duæ Aquilæ deuolauerunt, hæc ab ortu ſolis, illa ab occaſu, vel altera ab ortu ſolis, altera ab occaſu. & hominum hi boni, illi mali ſunt. vel aliqui boni, aliq; mali ſunt. & duorum Aiacum hic Telamonius, ille Oilei filius fuit: vel alter Telamonis, alter Oilei filius fuit. In prolepſi quinque eſſe plerunq; oportet, Congregationem, vt Reges. Partes, vt Latinus, Turnus, Aeneas, Aſcanius. Verbum, vt procedunt. Partium determinationes, vt Latinus Turnus ab vna parte, Aeneas Aſcanius ab altera. Ordo, vt præcedat congregatio, vt reges. ſequantur partes, vt Latinus Turnus, & Aeneas Aſcanius.

Eſt autem prolepſis duplex, Explicita in qua omnia inueniũtur quæ in prolepſi eſſe oportet, vt equi concurrunt, hic a dextra, ille a ſiniſtra parte hippodromi. Implicita eſt, in qua tacetur aliquid, vt homines inuidẽt alter alteri, deeſt & alter alteri. Item, alter alterius onera portate, deeſt & alter alterius, vt portate onera alter alterius, & alter alterius. hoc eſt, tu face onus portes illius, ille tuum: & apud Ouidium, Alter in altẽrius iactãtes lumina vultus, Quærebant taciti, noſter vbi eſſet amor. Deeſt & alter in alterius.

Aliam eſſe prolepſin dicit Diomedes, cum id quod poſterius accedit, ante tempus aſcribitur, vt Lauinia venit litora. Lauinium enim nondum erat cum in Italiãm venit Aeneas. Et apud Saluſtium, Montem ſacrũ atque Auentinum inſedit, qui mons ob hoc, quod illũ plebs inſederat, poſtea ſacer dictus eſt.

DE SYLLEPSI.

Syllepſis quæ latine conceptio, & comprehenſio dici poteſt, eſt diuerſarum clauſularum vel per vnum verbum, vel per adiectiuũ pluralis numeri conglutinata concluſio, vt ſunt nobis mitia poma, caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis, ideſt poma mitia, caſtaneæ mol

les, & copia lactis preſſi ſunt nobis, vt pluralis numerus concipiat ſingularem, ita tamen vt pluralis præcedat. nam aliter eſſet zeugma. vt, Amaryllidi & lac & caſtaneæ placuerunt. & Nihílne te nocturnum præſidium palatii, nihil horum ora, vultusq; mouerunt? quod exemplum in zeugmate ponit Diomedes, & hypozeugma appellat. Dices etiam per Syllepſin, Ferdinãdus rex & Eliſabeth regina Hiſpaniæ homines quã iuſtiſſimi Bethycam, quæ Granata nunc dicitur, vrbẽ & maximam, & munitiſſimam, & bellicoſiſſimam, opulentiſſimamq; decem ab ipſis annos obſeſſã, & nunquam antea a chriſtianis debellatam, atque ideo ſummis laudibus ſũmoq; honore digniſſimi, Anno a natiuitate IESV CHRISTI DEI Opt. Max. milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, quarto nonas Ianuarias expugnauerunt.

In ſyllepſi quinque eſſe oportet, Dictionem concipientem. dictionem conceptam. coniunctionem, verbum, vel adiectiuum pluralis numeri. & quod reſpondeatur dictioni concipienti. vt Rex & Regina Hiſpaniæ, principes optimi. Dictio concipiens, Rex. concepta, Regina, adiectiuum pluralis numeri, optimi. coniunctio, &. reſponſio adiectiui ad regem.

Quot ſunt ſpecies ſyllepſeos? Septem. Eſt enim prima ſyllepſis in genere, quæ fit cum maſculinum genus cõcipit fœmininum & neutrũ, vt rex & regina iuſtiſſimi. Dominus & mancipia pugnaces. Aut cum fœmininũ cõcipit neutrũ, vt Hic leges & plebiſcita coactę.

Secunda ſyllepſis eſt in numero, cum pluralis numerus concipit ſingularem, vt milites & imperator fortiſſime pugnauerunt.

Tertia ſyllepſis eſt in perſona, nam prima & ſecunda perſona poſſunt concipere tertiam. neutram vero harum tertia. Ego enim & ille deambulamus, & tu & ille deambulatis dicimus: Ille autem & ego deambulant, aut ille & tu deambulant, non dicimus. & quem

admodum prima,& ſecunda poſſunt concipere tertiã ita prima ſecundam:ſed non contra. nam ego & tu deambulamus,dicimus.non etiam deambulatis.

Quarta ſyllepſis eſt in caſu, quæ fit cum nominatiuus comprehendit ablatiuũ cũ præpoſitione cũ.vt,Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt,id eſt, Quirinus, & frater Remus.

Quinta,ſyllepſis eſt indirecta,quæ fit quando verbum concordat cum ablatiuo cum præpoſitione cum,&ablatiuus concipit nominatiuum, vt hanc tecum genitor cunctis celebrabitis annis. &, Iphitus & Pelias mecum diuellimur inde.

Sexta ſyllepſis eſt implicita, quæ fit quando demonſtratis mare & femina per diſtributiuum & partitiuum nomen maſculini generis,comprehenditur etiam femina,Vt vterque horum eſt iuſtus.& apud Virgiliũ, Eſt mihi nanque domi pater;eſt iniuſta nouerca,Biſque die numerant ambo pecus,alter & hœdos:alter, ideſt nouerca.eodem modo nullus homo currit eſt ſyllepſis implicita,vbi nullus comprehendit etiam feminam.quare qui dicunt,omnis homo currit,& nullus homo currit,non eſſe contraria, errant. quoniam nullus complectitur etiam feminam in hac oratione, nullus homo currit:quemadmodum omnis,in ea quæ dicit,omnis homo currit.

Septima ſyllepſis eſt in male cohærentibus, ſeu in improprie comprehenſis,quæ fit quando plura concipit verbum,ita tamen vt vni tantum conueniat, cetera vero improprie complectatur, vt apud Virgilium, Sacra manu ,victosq; deos,paruumq; nepotem Ipſe trahit.trahit licet nepotis tãtum ſit,tamen & ſuperiora concludit, ſed καταχρηστικῶς eadem eſt figura apud Homerum ἰλιάδος ι. ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα, βορέης,καὶ ζέφυρος, τώτε θρῄκηθεν ἄητον. vt duo venti piſcoſum mare concitant, Boreas; ac Zephyrus,qui ſpirant a Thracia.vbi quod Boreæ tan-

tum eſt, Zephyro quoq; attribuit, qui flat ab occaſu. Item ἰλιάδος τ. τὼ δὲ δύω σκάζοντε βάτην Ἄρεος θεράποντε, Τυδείδης τε μενεπτόλεμος, καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς, ἔγχει ἐρειδομένω. ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα λυγρὰ, Duo autem claudicantes ibant miniſtri Martis, Tydidesq; bellicoſus, & diuus Vlyſſes, haſta firmantes greſſum: adhuc enim moleſta erãt illis vlcera. Quod erat igitur Diomedis, Vlyſſi quoque attribuit. ſolus enim Diomedes claudicabat, pedis plãtam vulneratus. Vlyſſes autem in latere vulnus acceperat. Sunt fortaſſe & aliæ ſyllepſeos ſpecies, ſed ego non plures ſeptẽ inueni, & ne has quidẽ quæſiuiſſem, niſi legiſſem apud Seruiũ, Sacra manu, victosq; deos, paruũque nepotem Ipſe trahit, ſeptimam eſſe ſyllepſin. & apud Fabium multas præſumptiones. Primam item, ſecundam & tertiam reticentiam apud Donatum, & vſque ad ſextũ Parelcon apud eundem. An autem aliter, atque ego ſcripſi, accipiantur Syllepſeos ſpecies, neſcio. ſic equidem tãdiu ſentiam, donec aut ipſe melius inuenero, aut ab alio didicero.

DE ZEVGMATE.

Zeugma, eſt vnius verbi vel adiectiui viciniori tam ſingularis, quam pluralis numeri reſpondentis, concluſio, ita coniuncta diuerſis, vt neceſſe ſit per ſupplemẽtum ſingulis reſpondeatur. vt, cæli & terra mouenda eſt, vel cæli mouendi ſunt & terra, ideſt cæli mouendi ſunt & terra mouenda eſt. Item, hebræi ſunt, & ego. ideſt, ipſi Hæbrei ſunt, & ego ſum Hæbreus. Itẽ, erraui ego & vos. ideſt ego erraui, & vos erraſtis. Et, nihilne te nocturnũ præſidium palatii, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concurſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus ſenatus habendi locus, nihil horum ora, vultusq; mouerunt? ideſt præſidium mouit, vigiliæ mouerunt, timor populi mouit, bonorum concurſus mouit, munitiſſimus habendi ſenatus locus mouit, ora & vultus mouerunt.

Fabius συνεζευγμένον appellat, quod fieri dicit, cum vnum ad verbum plures ſententiæ referuntur, quarũ vnaquæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Volũt etiam eſſe zeugma cum remotiori verbum, adiectiuũ ue reſpondet, ſi ſit id quod remotum eſt numeri tantum ſingularis, vt ego & tu & præceptor erraui, id ẽ, ego erraui & tu erraſti, & præceptor errauit. quem loquendi modum apud approbatos nõ memini legere.

Tribus autem modis fit zeugma. in perſona, vt non ego ſolum, ſed etiam tu erraſti Præceptor. in genere, vt cæli & terra mouenda eſt. in numero, vt nihilne te hic munitiſſimus ſenatus habendi locus, nihil horum ora, vultuſq; mouerunt?

Quinque eſſe oportet in zeugmate, diuerſa ſubſtãtiua, vt cæli & terra. coniunctionem, vt &. verbũ, adiectiuumue tam ſingularis, quam pluralis numeri, vt mouenda eſt. & quod verbum, vel adiectiuum viciniori reſpondeat, vt cæli, & terra mouẽda eſt, vel cæli mouendi ſunt, & terra.

In quo differt zeugma a ſyllepſi? In zeugmate verbum vel adiectiuum ita viciniori reſpondet; vt ſingulis poſtea reddendum ſit, & tam ſingularis, quam pluralis numeri eſſe poteſt. Per ſyllepſin vero contra, nam nec viciniori reſpõdet, nec numeri eſſe ſingularis poteſt, nec vt ſingulis vt in zeugmate reddatur oportet, ſed omnia ab vno verbo vel adiectiuo concipiũtur, atque ideo σύλληψις a Græcis, a noſtris Conceptio appellatur. Dices enim per zeugma, Sociiſq; & rege recepto, & rege recepto & ſociis, & recepto rege & ſociis, & rege ſociiſq; receptis, ideſt rege recepto, & ſociis receptis. Item, Hic illius arma, hic currus fuit, & hic currus fuit & arma, & hic fuit currus, & arma, & hic currus & arma fuerũt, ideſt hic currus fuit, & arma fuerunt. Per ſyllepſin vero, Sociiſq; & rege receptis: & hic illius arma, hic currus fuerunt. Illud autẽ Valerii libro primo, capite vltimo, De motu, & voce

Deorũ immortalium humanis oculis,auribuſq; pcecepto.legendum eſt.vt etiam antiqui habent codices. De voce,& motu percepto,eſt enim zeugma.

Quot ſunt ſpecies zeugmatis?Tres.hyperzeugma,cum verbum præponitur,vt ſi erraui ego,& tu. Meſozeugma,cum interponitur,vt ſi ego erraui,& tu.Hypozeugma; cũ poſtponitur,vt ſi ego,tu quoque erraſti.

DE SYNTHESI.

Synthefis fit in vitio vocali,cum verbum vel adiectiuũ diſcordat in voce ab eo,cui redditur, & concordat in ſignificato,vt pars in fruſtá ſecant, vt gens armati. Tria eſſe oportet in ſynthefi, vnum ſubiectum verbum,vel adiectiuum,& quod id ipſum verbum vel adiectiuum ita reſpõdeat ſubiecto,vt ab eo diſcordet in voce,& concordet in ſignificato,vt anſer fœta.

Fit autem ſynthefis in genere tantum.in numero tantũ: in genere, & numero ſimul. In genere tantum, vt Præneſte ſub ipſa,In Eunuchum ſuam,Centauro uehitur magna.In numero tantum,vt turba ruunt.pars in fruſta ſecant. In numero & in genere ſimul, vt gens armati,turba proterui.Virg.Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.

DE ANTIPTOSI.

Antiptoſis fit cum caſus pro caſu ponitur,vt ſermonem quem audiuiſtis non eſt meus.ſermonem,pro ſermo. Item populo vt placerent,quas feciſſet fabulas. fabulas pro fabulæ.Et,Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. vrbem pro vrbs.

In antiptoſi autem,tria eſſe oportet. vnum ſubiectũ, vt vrbem. vnum verbum,vt eſt.& quod caſus pro caſu ponatur,vt vrbẽ pro vrbs.& nota produci pro in antiptoſi,ſic enim ſcribitur Græce,ἀντίπτωσις eodem modo in monoptotum,diptotum,triptotum,& huiuſmodi penultima producitur.

DE EVOCATIONE.

Euocatio fit cum prima perſona vel ſecunda euocat ad ſe tertiam, vt ego Virgilius ſcribo, tu Cicero oras. Nos homines erramus, vos pueri non legitis. Et, Troes te miſeri ventis maria omnia vecti Oramus. id eſt nos Troes oramus.

In euocatione quatuor eſſe oportet, dictionem euocantem primæ vel ſecundæ perſonæ. dictionem euocatam tertiæ perſonæ. verbum primæ vel ſecundæ perſonæ. & abſentiam coniunctionis.

DE APPOSITIONE.

Appoſitio eſt immediata coniunctio ſubſtantiuorum cum alterum ponitur ad declarationem alterius, ut Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent.

Tribus modis fit appoſitio. reſtringendæ generalitatis gratia, vt animal equus currit. ad remouendam æquiuocationem, vt comedi canem piſcem. ad proprietatem attribuendam, ut Cæſar vir magno ingenio.

DE SYNECDOCHE.

Fit Synecdoche, cũ ponitur pars pro toto, ut Aethiops albus dentes. mulier trunca manum. Fit etiam per verba, vt expleri mentem nequit Dido. Item, doleo caput. Cum vero ex vno plures intelligimus, ex parte totum, ex ſpecie genus, ex præcedentibus ſequentia, vel contra, eſt alia Synecdoche, quæ eſt ſignificatio pleni intellectus capax, cum plus, minuſue pronunciat. Aut enim pars tota, parua de parte cognoſcitur, ut Puppesq; tuæ, pubesq; tuorum: a puppibus enim naues ſignificat, a pube vero iuuentutem omnẽ. Aut pars de toto, vt Ingens a vertice pontus in puppim ferit. non enim totum pelagus, ſed pars pelagi ferit in puppim. Item, fontemq; ignemq; ferebãt. In hac figura plurimum valet numerorum illa libertas, vt ait Fabius, nam & Liuius ſæpe ſic dicit, Romanus prælio victor. & Virgilius, Hoſtis habet muros. Idẽ, Et armato milite cõplet. pro Romani victores. hoſtis

R

pro hoſtes.milite pro militibus. Et contra,Cicero ad Brutum,Populo inquit impoſuimus, & oratores viſi ſumus.cum de ſe tantum loqueretur.

Tria eſſe oportet in ſynecdoche,cum eſt figura conſtru ctionis.totum, vt Aethiops. partem , quæ ſemper ſit caſus accuſatiui,vt dentes.adiectiuum,vt albus. Inuenitur etiam pars in ablatiuo,vt Crine ruber,niger ore,breuis pede,lumine læſus.

Et notandum quod cum dicimus,Oculos ſuffuſa nitentes,&id genus per participium,non eſt ſynecdoche, ſed Græca conſtructio.

ALDI MANVTII PII ROMANI INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM

LIBER IIII.

IN tenui re eſſe laborem hunc noſtrum, & vilis pompæ futuram gloriam, vt de ſe Terentianus ait,cum de literis, & ſyllabis,ac metris ſcriptur⁹eſſet,certo ſcio; ſed mihi tantūmodo curæ eſt,quocunq; poſſim modo,prodeſſe ſtudioſis bonarū literarum.Quod ſi nulla,aut perparua inde gloria, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Quamobrem hoc libro quædam non inutilia de metricis pedibus primum perbreuiter,deinde de ſyllabarum quãtitate,inde denuo de pedibus copioſius, poſtea de quibuſdam metrorū generibus ſcripturi ſumus . quibus abſolutis nonnihil de accentibus,ac diſtinctionibus attingemus.

DE PEDE IN METRO.

Pes,eſt ſublatio,ac poſitio duorum,aut trium, amplius

ue ſyllabarum ſpatio comprehēſa. dicitur autem pes in metro, quia pedis officio fungitur. ſicut enim corpora pedibus mouentur, ita metra ipſa cum ſcādunt, quibuſdam quaſi pedibus incedere vidētur. hinc etiā ſcandi dicuntur metra, quia tractando ſingulos metri cuiuſque pedes, veluti ſcalarum gradus videmur aſcēdere, ac gradatim viciſſim incedere mouendis pedibus. Scanſionem præterea definiunt eſſe legitimam metri in ſingulos pedes diſtinctionē, & dimenſionē.

Ex pedibus, alii legitimi, alii nothi. legitimi ſunt, ex quibus maxime vnumquodq; metrum conſtat, ſuntq; metri cuiuſque proprii, & peculiares, vt ſpondeus & dactylus in heroico. Nothi vero qui rariſſime metrū ingrediuntur, ut anapæſtus, & proceleuſmaticus in eodem heroico.

Pedes omnes poeticos duodetriginta numero eſſe conſtat, ex quibus diſyllabi quatuor, triſyllabi octo, tetraſyllabi ſedecim. Quoniā autē duobus ſignis, quæ græce μακρὰ & βραχεῖα dicuntur, quantitas ſyllabæ oſtenditur, ſciendum breuem ſyllabam hoc ſigno oſtēdi ◡, longam vero hoc - quibus etiam ſinguli pedes notantur in hunc modum.

DE PEDIBVS DISYLLABIS.

Pyrrhichius conſtat ex duabus breuibus	◡ ◡	Dĕă.
Spondeus ex duabus longis	- -	Mūsǣ.
Iambus ex breui, & longa	◡ -	Dĭēs.
Trochæus ex longa & breui	- ◡	āldŭs.

DE TRISYLLABIS PEDIBVS.

Tribrachus ex tribus breuibus	◡ ◡ ◡	Dŏmĭnŭs.
Trimacrus ex tribus longis	- - -	Vīrtūtī.
Anapæſtus ex duabus breuibus, & longa	◡ ◡ -	Vĕnĕrī.

Dactylus ex longa,& duabus breuibus.

- u u Cārmină.

Bacchīus ex breui,& duabus longis

u - - Quĭrīnō.

Palimbacchīus ex duabus longis,& breui

- - u Aūgūſtŭs.

Amphimacrus,vel creticus ex extremis longis

- u - Dēmŏphōn.

Amphibrachus ex extremis breuibus

u - u ĕrāſmŭs.

DE TETRASYLLABIS PEDIBVS.

Proceleuſmaticus ex quatuor breuibus

u u u u ărĭĕtĕ.

Diſpondeus ex quatuor longis - - - - Fōrtūnātī.

Antiſpaſtus ex iambo & trochæo

u - - u ălēxāndĕr.

Choriambus ex trochæo & iambo

- u u - æthĕrĕō.

Diiambus ex duobus iambis

u - u - Plătōnĭcī.

Ditrochæus ex duobus trochæis

- u - u Dūlcĭōră.

Ionicus a minore ex pyrrhichio & ſpondeo

u u - - Dĭŏmēdēs.

Ionicus a maiore ex ſpondeo & pyrrhichio

- - u u Pērtērrĭtŭs.

Pæon primus ex trochæo & pyrrhichio

- u u u Læ tĭtĭă.

Pæon ſecundus ex iambo & pyrrhichio

u - u u Hŏrātĭŭs.

Pæon tertius ex pyrrhichio & trochæo

u u - u ălĕāndĕr.

Pæon quartus ex pyrrhichio & iambo

u u u - Cĕlĕrĭtās.

Epitritus primus ex iambo, & ſpondeo

u - - - Ārĭſtārchō.

Epitritus ſecundus ex trochæo, & ſpondeo

- u - - Ārchĭmēdēs.

Epitritus tertius ex ſpondeo, & iambo

- - u - Dēmōſthĕnēs.

Epitritus quartus ex ſpondeo, & trochæo

- - - u Mātūtĭnŭs.

ΠΕΡΙ ΔΙΣΥΛΛΑΩΝ ΠΟΔΩΝ.

Πυῤῥίχιος ἐκ δύο βραχειῶν

u u θεός.

Σπονδεῖος ἐκ δύο μακρῶν

- - ἥρως.

Ἴαμβος ἐκ βραχείας καὶ μακρᾶς

u - ἔρως.

Τροχαῖος ἐκ μακρᾶς, καὶ βραχείας

- u ἄλδος.

ΠΕΡΙ ΤΡΙΣΥΛΛΑΒΩΝ ΠΟΔΩΝ.

Τρίβραχυς ἢ χορεῖος ἐκ τριῶν βραχειῶν

u u u πρίαμος.

Μολοττὸς ἐκ τριῶν μακρῶν

- - - ἡρώδης.

Ἀνάπαιστος ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς

u u - ἑκάβη.

Δάκτυλος ἐκ μακρᾶς καὶ δύο βραχειῶν

- u u ἥλιος.

Βακχεῖος ἐκ βραχείας καὶ δύο μακρῶν

u - - ἀχιλλεύς.

Παλιμβάκχειος ἐκ δύο μακρῶν καὶ βραχείας

- - u ἡφαιστος.

Ἀμφίμακρος ἢ κρητικὸς τούτῳ ἐναντίος

- u - ἡγεμών.

Ἀμφίβραχυς ἐκ βραχείας καὶ μακρᾶς καὶ βραχείας

u - u ἔρασμος.

ΠΕΡΙ ΤΕΤΡΑΣΥΛΛΑΒΩΝ ΠΟΔΩΝ.

Προκελευσματικὸς ἐκ τεσσάρων βραχειῶν
υυυυ φιλόσοφος.

Δισπόνδειος ἐκ τεσσάρων μακρῶν
---- ἡρακλείδης.

Ἀντίσπαστος ἐκ βραχείας, καὶ δύο μακρῶν, καὶ βραχείας
υ--υ ἀλέξανδρος.

Χορίαμβος ἐκ μακρᾶς καὶ δύο βραχειῶν μακρῶν
-υυ- εὐφορίων.

Δίιαμβος ἐκ βραχείας, μακρᾶς, καὶ βραχείας μακρᾶς
υ-υ- κορινθίους.

Διτρόχαιος ἐκ μακρᾶς, βραχείας, καὶ ἐκ μακρᾶς, βραχείας
-υ-υ δημοφῶντα.

Ἰωνικὸς ἀπ' ἐλάσσονος ἐκ δυο βραχειῶν καὶ δύω μακρῶν
υυ-- διομήδης.

Ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος ἐκ δύο μακρῶν καὶ δύο βραχειῶν
--υυ δημήτριος.

Παίων πρῶτος ἐκ μονης πρωτης μακρᾶς
-υυυ στησίχορος.

Παίων β, ἐκ μόνης δευτέρας μακρᾶς
υ-υυ φιλοστρατος.

Παίων γ, ἐκ μόνης τρίτης μακρᾶς
υυ-υ κλεόβουλος.

Παίων δ, ἐκ μόνης τετάρτης μακρᾶς υυυ- διομέδων

Ἐπίτριτος πρῶτος ἐκ μόνης πρώτης βραχείας
υ--- ἀριστείδης.

Ἐπίτριτος β, ἐκ μονης δευτέρας βραχείας
-υ-υ εὐρυμήδης.

Ἐπίτριτος γ, ἐκ μόνης τρίτης βραχείας
--υ- δημοσθένης.

Ἐπίτριτος δ, ἐκ μόνης τετάρτης βραχείας
---υ μισάνθρωπος.

Ante, quam de ſyllabarum quantitate ſcribere incipiamus, admonere voluimus diſcipulos, vt literarum

diuiſiones,ac diphthongos,& quicquid de literis,& ſyllabis in primo harum inſtitutionum libro a nobis ſcriptum eſt,& ſæpe,& accurate legant. Nam quantum inde emolumenti ſit futurũ, ex his Quintiliani verbis licet cognoſcere, Nequis igitur tanquã parua faſtidiat grammatices elementa de litteris,non quia magnæ ſit opæ conſonantes a vocalibus diſcernere, ipſasq; eas in ſemiuocalium numerũ,mutarũq; partiri,ſed quia interiora velut ſacri huius adeuntibus apparebit multa rerũ ſubtilitas,quę nõ modo acuere ingenia puerilia,ſed exercere altiſſimam quoque eruditionem,& ſciẽtiã poſſit.Hæc ille & vere,& docte, vt omnia.Sed iam de ipſa ſyllabarum quantitate tractemus:nõ vt a ante b,ante c, & huiuſmodi minutiores regulas doceamus(Id.n.tum quia difficillimũ ẽ regulis comprehendere, tum etiam quia perterrere potius,& confundere ingenia videtur, prætermittimus)ſed generales tantum regulas, & quæ facile teneri memoria poſſint,cõſcribemus.

DE SYLLABIS.

Syllabarum aliæ breues, aliæ longæ, aliæ communes, quæ etiã ambiguæ,& ancipites dicuntur.Breues sũt, quę correptam vocalem habent, & non deſinunt in duas conſonantes,vel in aliud,quod poſſit producere.Longæ vero,quæ longam, &. ſunt aut natura, aut poſitione.Cõmunes quæ vocalem habent ancipitem, hoc eſt,quæ & longa,& breuis eſſe in metro poteſt. nam in proſa oratione non itidem.De quibus ſuis locis abunde dicemus.

DE PRIMIS SYLLABIS.

Syllabæ omnes aut primum,aut medium,aut vltimum locum tenent.Quæ in primo loco poſitæ ſunt,octo cognoſcuntur modis,Poſitione, Vocali ante alteram vocalem,Deriuatione,Compoſitione, Præpoſitione. Diphthongo,Regula,Exemplo.

Poſitione ſyllaba ſemper longa eſt. Fit autem ſylla-

ba poſitione longa modis ſeptem. Primo cū correpta vocalis in duas deſinit conſonantes,ut,ēſt īn Carphatio Neptuni gurgite vates, ēſt in,ſpondeūs. Altero, cum correpta vocalis excipitur a duabus conſonātibus,vt āgrĭcŏla incuruo terram molitus aratro.āgrĭcŏ,dactylus. Tertio, cum correpta uocalis deſinit in duplicem conſonantem.ut,Nōx ĕrăt,&terris animalia ſomnus habebat,nōx ĕrăt,dactylus. Quarto,ſi ſequēs ſyllaba a duplici incipiat,ut,āxem hŭmĕro torquet ſtellis ardentibus aptum:āx hŭmĕ,dactylus. Quincto,ſi deſinit in conſonantē,& excipiatur ab i uel u non vocalibus,vt,āt Vĕnŭs obſcuro gradientes aere ſepſit.āt Vĕnŭs, dactylus.Et āb Iŏuĕ principiū Muſæ.āb Iŏuĕ,dactylus.

Sexto,cū correpta vocalis deſinit in conſonantem,& ſequens item a conſonante incipit tam in eadem dictione,quam in diuerſa.In eadem,vt, ārmă, vĭrūq;. cano.ārmă uĭ,dactylus.In diuerſa,vt, āt Rĕgina graui iamdudum ſaucia cura.āt rē,ſpondeus.

Septimo,ſi inter duas vocales i fuerit, vim habens duplicis conſonantis, vt Trōiă quĕ nunc ſtares. Idē etiā facit u in præteritis perfectis,vt amāui,replēui, petīui,audīui,&in deductis ab eis,vt amāuerā,replēuerā,petīuerā,audīuerā,&ſic in id genus ceteris.Notantur bĭiŭgus,& quadrĭiŭgus,& huiuſmodi,in quibus i conſonās inter duas vocales nō facit poſitionē.

Notandum liquidas mutis ſubditas, necnon x duplicem,& s ſemiuocalem c p t mutis præpoſitā, in eadē poſſe dictione poſitionem facere.vt āgricola,rēpleo, cāpreolus,āxis,rēſtiti,rēſcii, rēſpui.In diuerſa vero non poſſe eas ex trochæo ſpondeum facere,præter,s, mutis præpoſitam ſequente vocali vel natura vel poſitione longa,ut,ūndē ſcire potes,percūſsā ſpumat arena.Sed de his plura dicemus, vbi de communiū ſyllabarum modis tractabimus.Quē tamen coniūctio ſæpe inuenitur producta apud Virgiliū in principio I

ſecundi pedis,quod videtur factum poſitione mutæ, & liquidæ,quæ ſequuntur ſtatim in altera dictione, vt Lappæquē tribŭliq;.& Tribulaquē trāhĕ æquē.& Fontesquē flŭuioſquē,vocò, & Terráſquē trāctúſquē maris. & ; Drymoq;, Xanthóq;, Ligeaque, Phyllodocêque.quē tribŭ,quē trăhĕ,quē flŭuī,tres dactyli.quē trā,quē Xān,duo ſpondei.idque ad imitationem Græcorum. Heſiodus, δατῶτε προτῶτε, φέρουσάτε,δμωχμένη τε. τε̄ πρῶ, ſpondeus. Homerus, οὐδ᾽ ἄρ ἔτ᾽ αὐτὸς ἔην, θάνε δὲ ξανθὸς μελέαγρος. δε̄ ξᾱν, ſpondeus. Idem, ἄργος τε, σπάρτη τε καὶ εὐρυάγυια μυκήνη. τε̄ σπᾱρ ſpondeus. Idem ἕσσατο δὲ φθογγὴν υἷι πριάμοιο πολίτῃ, δε̄ φθο̄γ, ſpōdeus. Seruius autē ſuper eo verſu Aeneidos tertio,Liminaquē laūruſq; dei:ſic ait, Quĕ,breuis eſt pro longa poſita,quod hac ratione defenditur,aut quia omnia monoſyllaba ad artē non pertinent,& his licēter vti poſſumus:aut certe, quia omne μόριον, id eſt particula,quæ ſui ſubſtantiā non habet, membrū putatur ſuperioris orationis.quod ſi eſt Lumináque,qua ſi una pars orationis eſt.Poteſt etiā que,finalitatis ratione vel produci,vel corripi.Hæc Seruius.Sed & id potuit feciſſe Virg.Græcos imitatus,apud quos liquētes etiā aliquādo inueniuntur producere antecedentē breuem. Homerus πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν ἡρώων, αὐτοὺς δ᾽ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν. τοῡς δε̄ ſpondeus. Idem. ἱμερόεν κονάβησε θεὸς δ᾽ ὑπὸ μέλος ἄεισε. με̄ λο̆ς ᾰ,dactylus,ē producta ratione λ liquidæ. Theocritus, ἁδὺ μὲν ὁ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χ᾽ ἁ βῶς, ἁδὺ δὲ χ᾽ ἁ σῦριγξ, χ᾽ ὡ βουκόλος, ἁδὺ δὲ κἠγών. ο̄ μο̄, ſpondeus producta prima ſequente μ, liquida.nec placet, vt legatur ἁ μόσχος feminine, tum quia ὁ μόσχος maſculine,quoſcunque vidimus, codices habent:tum etiam,quia in præcedenti Ecloga maſculine legitur, ἁδὺ δὲ χ᾽ ὠμόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χ᾽ ἁ βῶς. Id Perſius quoque videtur imitatus in illo Choliambo,Cātare credas pegaſeium mēlos,vbi mē

los producit primam ratione liquidæ. Quanquam Politianus in Miſcellaneis, Nectar, non melos legendũ cenſet, tum quia ſic in antiquiſſimo codice ſcriptum legerit, tum etiam, quia non meminerit vnquam legere apud Græcos μέλος prima producta. cui etiam accedit Iocundus Veronenſis, homo accuratus, ac doctus, & qui non vrbes ſolum, ſed & prouincias peragrauit inueniendi, conferendiq; librorum gratia. eſt enim ſtudioſiſſimus bonarum literarum, & amantiſſimus antiquitatis: & propterea multa tulit, fecitq; ſenex ſudauit & alſit: multa etiam legit, multos libros, eoſdemq; caſtigatos nuper reportauit e Gallia, quos mihi, quæ hominis eſt erga ſtudioſos beneuolentia, imprimendos dedit. is in quibuſdam Perſii antiquis codicibus nectar legiſſe dicit, ad meq, vnũ attulit in membrana, miræ antiquitatis, vbi ſcriptum eſt pegaſeium nectar, & ſupra ſcriptũ minutioribus litteris, vel melos. Sed ſi, vt plurimi habent codices, mēlos legatur, non repugnat ſyllaba.

TERENTIANVS DE POSITIONE.

Syllaba prima breuis, quæcunque pedem generabit,
Longa fit a geminis quibus indita conſona vis eſt,
Seu pariter iunctæ, ſuberuntue in parte ſequenti,
Seu ſunt diuiſæ, finemque, caputq; tenentes.
Exemplis manifeſta magis reddenda videntur.
Pōſt quam res, prior eſt iunctis adiuta duabus.
Subiectis æque fiet, cum dicimus āgros.
At tu ſume pedum, diuiſas cernis vtraſque.
Dactylon hæc eadem poterit toties dare forma.
Quando breuem mediam, breuis æque tertia claudet.
Nvnc ăgĕ, nĕſcĭō quis, nec non & bĕlgĭcă collo.
Vda etiam quocunque loco ſeu ſubdita detur,
Libera ſeu, verbo quaſi conſona curret in vno.
ārmă, vĭrūmquĕ cănō, dūris āgreſtibus ārmă.
Si ſit longa prior, mox hanc correpta ſequatur
Vocalis verbi pariter cum fine reſiſtens,

Syllabaq; adiaceat geminis exorta ſonoris,
Non ſemper videas ſpondeon poſſe creari,
Quia mutas ita coniungi natura recuſat,
Vt pariter poni poſſint in parte ſequenti,
Vdas nec poſſis vnquam præponere mutis,
Nec tempus præſtant vdæ cum ſubiiciuntur
Nominis in capite,aut verbi:Supereſt igitur quid?
Vt ſint diuiſæ,ſubduntur quando Trochæo,
Vnam detineat,ſequitur quia ſyllaba primam,
Atque ita vocalis ſuperet non ſola trochæo,
Altera ſuccedat,qua proximus exoritur pes.
Et quīs cuique dolor uicto,quæ gloria palmæ.
Poſtquām res Aſiæ,geminum hoc exemplar habebis.
Ergo vt vocalis remanens in fine trochæi,
Et verbi finem faciat,ſpondeon & edat.
Vnicus efficiet caſus,ſi qui ſequitur pes,
Naſcatur certis,quas debet habere,ſonoris,
Dum caput obtineat fortiſſima littera verbi.

DE VOCALI ANTE ALTERAM VOCALEM.

Vocalis ante alteram vocalem in latinis dictionibus ſemper fere corripitur. Virgilius, Māgnă lŭes commiſſa tibi. Idem,Sūm pĭŭs Aeneas. Idē, fŭĭmūs Troes, fŭĭt Ilium. In græcis vero nominibus ſæpe inuenitur producta. Virgilius, Pīĕrĭdes vos hæc facietis maxima Gallo. Dicite Pīĕrĭdes. Dīă Cămilla. Aegle Nāĭădum pulcherrima. Heſiodus μῶσαι πιερίηθεν. πῑε͂ρι, dactylus. Homerus, δῖος ὀδυσσεύς, δῖος ἀχιλλεύς. δῖος ὀρέστης. εἰς ἅλα δῖαν. δῖος ὁ, δῖος ἀ, δῖος ὁ, tres dactyli: δῖ ᾰν trochæus. Theocritus, καὶ νύμφαν ἄκρηβος ἐωῖτι ναΐδα γᾶμεν. νᾱ ῑ δᾱ dactylus. Sic āer, īapetus, īapetionides, Lāodamia, Io, Lāertes, Thȳas, pīerus, & alia id genus multa producunt primam, quia græca ſunt. ἀήρ. ἰάπετος. ἰαπετιονίδης. λαοδάμεια. ἰώ. λαέρτης θύας. πίερος. Notandum ſi in ſio produci. Martialis, Eſſe vides, lignum, ſerues niſi lumina, fīēt De candēlabro, magna lucerna tibi. Iuuenalis, Sic fīunt octo mari-

ti. Niſi cum poſt e ſequitur r, tunc enim corrĭpitur, fi. Iuuenalis, Quĭd fĭeri non poſſe putes.

DE PRIMIS SYLLABIS DERIVATIONE COGNOSCENDIS.

Deriuatiui tanta eſt ſyllaba, quanta & primitiui. ămor corripit primam, quia deriuatur ab ămo, cuius etiam prima corripitur. Virgilius, Nimphæ nŏſtĕr ămor Libethrides. Idē, & me Phoēbus ămat. Sed hic modus habet exceptiones duas, quarum prima eſt, A breuibus deducta primam producũt, vox vōcis, a vŏco. Lex lēgis, a lĕgo. Sēdes, a sĕdeo. Rēgula, & rex rēgis, a rĕgo. Tēgula, a tĕgo. Lāterna, a lăteo, Sēculum a sĕquor, vel ut alii, a lene. Vōmer, a vŏmo. Iūmentum, a iŭuo. Vēna, a vĕnio, Pētus, a pĕto. Fōmes & fōmētum, a fŏueo. Rēmus, rēmex, remigo, rēmigiū, a rĕmeo. Rāpū, a răpio. Vīres, a vĭreo. Mōbilis, a mŏueo. Iūnior, a iŭuenis. Vītupero, a vĭtium, quod a vīto. Hūmanus, hūmor, ab hŭmus. Iōcūdus a iŏcus: vel ſi per u placet ſcribere, a iŭuo. Bīnus, a bĭs. Nōnus, a nŏuē. Dēnus, a dĕcē. Vīginti, a bĭs decem. Brāchium a βραχύς. Cēpa, vel a κεφαλή, vel a căput. Tōtus, a tŏt. Trīnus, a trĭbus. Ītalia, ab Ἰταλός, Mācero, a măcer. Nēquam, a nĕqueo. Sēcius, a sĕcus. Cēritus, a Cĕres. Pēdor, a pĕde. Fēralis, a fĕro fers. Iūgerum, a iŭgo. Grādiuus, a grădu, Rēte, a rĕtineo.

Secunda eſt, A longis deducta primam corripiunt. Dux dŭcis, ā dūco. Dĭcax, maledĭcus, cauſidĭcus, a dīco. ărena, & ăriſta ab āreo. Lŭcerna, a luceo, fĭdes, a fīo, & dicitur vt fiat quod dictum eſt. perfĭdus, a fīdo. Stăbulum, & ſtabilis, a ſtō. Tĭtulus, a tūtando, nam tutulus antiquis. Manus, a māno. Sŏpor, a ſōpio, Dĭſertus, a diſſero. Frăgor, & frăgilis, a frango. Vadum a vādo, Nŏto, a nōtu. Năto, a nātu. Vĭr vĭri, a vīs. Mămilla, a mamma. Sĭquidem, a sī, & quidem. Bŭbulcus, a būbus. Sĭgillum, a sīgnum. Pŏſui, a pōno. Gĕnui, a gīgno. Tĭgillus, a tīgnum Strĭgilis, a ſtrīngo. Fărina

ā fārre.ōfella,ab ōffa.Sāgax,a sāga.ācerbus, ab ācer• adiectiuo. Lōtiū,a lōtu. Fātuus,a fātu.Cūrulis,a cūr ru.Līgula,a līngua.Martialis.Quamuis mē līgulam dicant equitesq; patreſq;: Dicor ab indoctis lingula grammaticis.Vitium a vīto.ōdium,ab ōdi.

DE PRIMIS SYLLABIS COMPOTIONE COGNOSCENDIS.

Compoſitio ſyllabarum quantitatem demonſtrat accentu.nam ſi neſcias in pŏtens & pĭus, quanta ſit prima, cognoſces ex compoſitis impŏtens, atque impĭus eſſe breuem.quod oſtendit accētus in antepenultima quia in polyſyllabis dictionibus apud latinos,ſi penulma breuis fuerit,accentus in antepenultima eſſe debet,qui locus eſt acuti duntaxat:in ămo igitur,&lĕgo lĕgis,cognoſces primam eſſe. breuem,ex adămo,deămo,perămo,redămo,perlĕgo,relĕgo,quoniam acuūt antepenultimam.Contra sōlor,Clāmo,Lēgo lēgas ſi componātur,penultima longa pronuntianda ſunt,vt consōlor, exclāmo,relēgo,allēgo,quod oſtēdit accētus in penultima,quia ſi penultima longa fuerit vel poſitu,vel natura,in ea eſſe accentus debet aut acutus, aut circunflexus,exceptis quibusdā perpaucis. dictionibus,quæ in vltima accentum habent,vt dicemus in hoc eodem libro,cum de accentibus tractabimus.Nā quanta eſt ſimplicis ſyllaba, tanta & compoſiti eſſe debet,præter innŭba,pronŭba,deiĕro,peiĕro,cognĭtus,agnĭtus,inſĭo,ſuffio,maledicus,cauſidĭcus penultima correpta, a nūbo, iūro, nōtum, fīo, dīco, quæ primam producunt.Notatur,ſemisōpitus antepenultima breui,quæ in sōpitus longa eſt. Ouidius Theſea præſumit sēmĭsōpita manus. Virgilius.Hūc ego ſōpītum ſomno.Ambitus præterea penultimam producit.Ouidius,Iuſſit,& āmbītæ circundāre littora terræ.ad differentiam nominis āmbĭtū s.Lucanus, Letaliſque āmbĭtūs vrbis.ſic comĭtium antepenultimam producit ex con & ītum compoſitum,&Conui

tium,ex con & vitium.quanquam alii a vocibus quaſi conuocium:alii a vicis,in quibus primo habitum eſt, dictum conuicium tradunt.quod ſi eſt,per e ſcribendum eſt.

DE PRIMIS SYLLABIS PRAEPOSITIONE COGNOSCENDIS.

Præpoſitione cognoſcitur ſyllaba modis ſex.Primo,Præpoſitio quanta eſt in appoſitione,tanta etiam in compoſitione eſſe debet.vt in hoſtē,īnermis:sūb Ilio alto, sūbigit.Secundo,ab,ad,ob,ſub,in,re,con, cum iacio cōpoſita producūtur,vt ābiicio,ādiicio ōbiicio.sūbiicio,rēiicio,cōniicio,a in i mutata,ſicuti fit iverbis in ſilio,incipio.Virg.Rēiicē,ne maculis infuſcet vellera pullis Idem. Quantū vere nouo viridis ſe sūbiicit alnus.Idē, Eripe me his īuicte malis,aut tu mihi terrā iniicē.Illud autem eiuſdem,Tityre paſcentes a flumine rĕiicē cāpellas,rĕ correpta in rĕiicē,factum eſt abiectione alterius i,vt fiat proceleuſmaticus rĕiicē cā. Quotieſcunque igitur huiuſmodi præpoſitiones cum verbo iacio compoſitæ corripiūtur,fit adiectione alterius i,vt apud Lucanū,Cur ŏbicis Magno tumulū.Stathius,Tēla manu,rĕicitq; canes.Silius,Arietat in primōs,ŏbicitq; immania mēbra. Quod aūt nō cōponātur ab icio ſeu ico,(vtrunque enim verbum legitur apud grāmaticos) ſed ab iacio,oſtēdit præteritū in eci, vt rēieci,īnieci,sūbieci.(Nā ab icio,ſeu ico, cōpoſita, rĕici,ĭnici,sŭbici facerent,quod nuſquā legitur.)Vir. Strepitusq;. Acherontis auari sūbiēcit pedibus.Terē. inieci ſcrupulū.Præterea non liceret eas vnquā producere,cū fere ſemp producātur poſitione.Obiices etiā & ſubiices gemino ii debere ſcribi ait Gellius ſup eo Virgilii verſu,Qua ui maria alta tumeſcāt obiicibus ruptis.Tertio,E,de præ,ſe,in compoſitione producūtur,vt ēdiſco,dēdoceo,prǣfero,sēduco.niſi īterdū ſequēte vocali,vt apud Vir.ūndā dĕhiſcēs,& ſudibūſu e prǣuſtis.& Dŏnā dehinc auro grauia.Notādū prēmo

prĕcor, deprĕcor, prĕces, interprĕs, interprĕtor, prĕtium, prĕhendo, comprĕhendo, vnde per ſynæreſin prendo, comprendo, non eſſe a præ præpoſitione, & propterea corripi. quarto, di, vbique producitur, vt dīduco. præterquam in dĭrimo, & dĭſertus. Virgilius, Dixitque, & prœlia vōce dĭremit. Horatius, Fecundi calices quem non fecērē dĭſertum? Quincto, Prō ſemper producitur, vt, Prō dulci Aſcanio veniat. et ſuper et Garamantas, & Indos Prōferēt imperium. Excipiuntur, Prŏcella, prŏfugus, prŏteruus, prŏnepos, prŏficiſcor, prŏcuro, prŏpero, prŏfecto, prŏfundo, prŏfanus, prŏfundum, prŏfiteor, prŏfeſſus, prŏpago, prŏfuſus, prŏpino, prŏfugio. Virgilius, Creberq; prŏcellis Africus. Idem, Italiam fatō prŏfugus Lauinia venit. Idem, Impériū Dido Tyria regit ūrbē prŏfecta. Ouidius, Riſit, & his īquit facito mea tēlă prŏcures. Idē, Solaque formoſam cūlpă prŏfeſſa facit. Item, ſi componantur cum dictione incipiente a vocali. Virgilius, Oramūs, prŏhĭbe infādos a nauib⁹. igneis. Prŏpheta corripitur, quia Græcum eſt, προφήτης. Sexto, Rĕ vbique corripitur, vt Fertquē, rĕfertq; ſoror. Excipitur refert cum diſtare, aut intereſſe ſignificat. Iuuenalis; Quíd refert dictis ignoſcat Mucius, an nō? nec mirū tunc produci, nō enim a re præpoſitione, ſed nomine componitur. Repperi, reppuli, rettuli, relligio, relliquiæ in metro, gemina ſcribenda ſunt conſonante, vt re breuis præpoſitio poſitu intendatur. In proſa vero perſone nō itidem. inueniuntur etiam redduco, & rellatus, re poſitione producere. Horatius, Dii tibi dent capta clăſſem rēdducere Troia. Lucretius, Rēddūcit Venus, et reddūctam Dædala tellus. Terētius in Phormione, Quod ab illo allatum eſt, ſibi eſſe īd rēllatū putet. vbi Donatus ait, Et geminauit ll, vt Relliquias Danaū. eſt enim ſenarius iambicus. Lucretius, Id rurſum cæli rēllatum membra receptāt. Sic puto littera, littus, quattuor, terra in metro geminant conſonātes,

vt producant primam poſitione, quæ naturaliter breuis eſt. nam in lĭtera, vel a lĭno liui litũ, vel quaſi legi tera dicta ſit, quia legenti iter præbeat, lĭ breuis eſt. Lĭtus a lĭtando dicitur, quod corripit primã. Quătuor ſimplici t deber̃ ſcribi, oſtẽdit quăter ab eo aduerbiũ. Virgilius, o tĕrquẽ, quăterq; beati. Tĕra a tĕrẽdo dicta eſt, prima correpta. Quamobrẽ in proſa oratione, ſimplici, meo iudicio, cõſonante ſcribenda ſunt quattuor hæc, lĭtera, lĭtus, tĕra; quatuor, vt præſeferant a breuibus deducta eſſe, etſi omnes fere aliter ſentiant. qui error hinc ortus eſt, quia, cũ in carmine geminent conſonantem, idem etiam in proſa faciendum exiſtimãt. Adde quod in augurum libris tĕra ſimplici r ſcribi ſolebat.

DE PRIMIS SYLLABIS DIPHTHONGO COGNOSCENDIS.

Diphthongo ſyllaba longa eſt ſemper. Virgilius, Phœbĕ grăues Troiæ ſemper miſerate labores. Idem, Si quis mihi paruulus ăulã luderet æneas. Idẽ, ăudiĭt eurōtas iuſſitq; ediſcere lăurōs. Interdũ vero ſequente vocali corripit, vt præuro, præeo. Qua de re multa dicturi ſumus in communium ſyllabarum modis.

DE PRIMIS SYLLABIS REGVLA COGNOSCENDIS.

Regula cognoſci poſſunt primæ ſyllabæ modis ſeptem. Primo, omne præteritum diſyllabum producit primam, vt ēmi lēgi lāui fōui. præter bĭbi, a bibo. Dĕdi, a do. Fĭdi, a findo. Scĭdi, a ſcindo. Stĕti, a ſto. Tŭli, a tollo, cum ſuis compoſitis. Quæ duobus his tribrachis comprehendũtur, vt facilius memoria teneri poſſint. Bĭ Dĕ Fĭ Scĭ Stĕ Tŭ. Fŭi autem, & rŭi, & ſimilia, quia vocalem ante vocalem habent, corripiunt primam, vt ſupra diximus. Illud hoc loco nolui præterire, diſyllaba prĝterita ideo producere primam, ne minorum tẽporum ſit præteritum, quam præſens, quod rariſſime inuenitur, Priſciano auctore. Debet enim præteritum

vel pluriumi temporum eſſe, quam præſens, vt lĕgo, lēgi: vel totidē, vt vĕnĭō vēni. Pauciorū autem rariſſime inuenitur, vt fĭndŏ fĭdī, ſcĭndo ſcĭdi. Virg. Dĭffidit, & multa porrectum extendit arena. Luc. Quam e tellurē ſubitis aut obruit vndis, āut ſcĭdĭt. Mar. Vnguĕntūm fătĕōr bŏnūm dĕdĭſtī Cŏnuīuīs hĕrĕ, ſĕd nihĭl ſcĭdĭſti. Antiqui etiā ſcicidi protulerūt. Ennius in Menalippa, vt Priſcianus citat. Cū ſaxum ſciciderit. Langueo, & liqueo, langui & licŭi pares hn̄t in præſenti, & in præterito ſyllabas. Corripiunt enim penultimam præteriti, idq; vſus comprobat. Oui. Impoſito fratri moribunda relanguit ore. Idem. Nectare corpus dēlĭcŭit. Idem, Dēlĭcuit, ſtagnumq; ſuo de nomine fecit.

Secundo præterita geminantia, primam corripiunt, vt cĕcĭdi a cădo. cecĭdi a cædo. pĕpendi, tĕtendi, tŏtondi, mŏmordi, pĕpĕri fĕfĕlli, tŭtŭdi, tĕtĭgi, pŭpŭgi, & ſimilia, a pendo, tendo, tondeo, mordeo, pario, fallo, tōdo, tango, pungo, diſco. Et notādum, compoſita ſeruare ſimplicium tempora, vt cădo cĕcĭdi, concĭdo cōcĭdi, occĭdo occĭdi, penultima correpta. cædo cecīdi, cōcīdo cōcīdi, occīdo occīdi, penultima, pducta. Antiquiſſimi tamen a tundo compoſitum præteritū etiā producebant, ne a præſentis temporibus vinceretur. Ennius, vt Priſcianus citat, Viroſq; valētes Cōntūdit crudelis hiems. Nam hic corripuit, Infit o ciues quæ me fortuna fero ſic Cōntŭdit, indigno bello confecit acerbo. Sed huiuſmodi a tundo præteritum non memini legere, niſi correpta tū ſyllaba. Virgili⁹, & lapſa ancilia cælo ēxtŭdĕrat. Hora. Quod regum tumidas cōntŭdĕrit minas. Idem, Nō auſpicatos cōntŭdĭt impetus. cōntŭdĕrit choriambus. cōntŭdĭt dactylus.

Tertio, omne ſupinum diſyllabum producit primam, vt mōtum, crētum, lātum. præter queo quiui quĭtū. Terentius, Nām cūm cōmprēſſa 'ſt nātă, fōrma in tĕnĕbrīs noſcī nōn quĭtā 'ſt, iambus.

eſt enim quaternarius iambicus. A ſino ſiui ſĭtum. Virgilius, Sed te vĭctă ſĭtu. A cieo cies ciui, cĭtū. Statius, exc ĭtūs & longam pridem indignantia pacem Corda tumor. Nam a cio cis quartæ, producitur ci. Virgilius, ēxcītum ruit ād pōrtum. A ſero ſeui ſătū. Ouidius, Sōlĕ ſătus Phaethon. A lino liui lĭtum. Virgilius, Et paribūs lĭtă corpora guttis. Ab eo iui ĭtū. Idem, Mōrte ōbĭta. A Do dedi datum. Idem, Hoc mihi sōrtĕ dătum. A Reor, ratum. Idem, Nos abiīſsĕ răti. A Ruo rui rŭtum. Ouidius. Dīrŭtă marte tuo. quæ vt facilius teneri memoria poſſint, comprehēdi quatuor pyrrhichiis, & ſyllaba, ſic, Qui Si, Ci Sa, Li I, Da Ra, Ru. Sunt qui addunt, A ſto ſteti ſtatum. quod tamen producitur ſecundum Priſcianum. Sic enim præcepit, Stĕti vero Stātum ſupinum penultima producta debet facere. Vnde Lucanus in ſecundo, Cōnſtātura fides ſuperum. Deinde addit, Eſt tamen in hoc quoque notandum, quod nomina ab eo deriuata ă penultimam corripiunt, & antepenultimam, vt Stătus ſtăta ſtătum. Stăbilis. Lucanus ĩ 10. Quorūm ſtătă tempora flatus. Idem in 5. Quam nō ē ſtăbĭli. Hæc ille. Notandum præterea a Statum compoſita, i penultimam corripere, aſtĭtum, præſtĭtum, conſtĭtum, a vero producere, Aſtātum, præſtātum, conſtātum, tanquam illa a Stĕti, ſtĭtum, hæc a Stāui, ſtātum veniant, Quemadmodum a Sonŭi Sonĭtum, a Sonāui Sonātum. licet Staui præterito, & Stĭtum ſupino non vtamur.

Quarto, Quanta eſt præſentis prima ſyllaba, Quanta item præteriti perfecti, ac ſupini, tanta etiam eorum eſt, quæ ab illis naſcuntur. Sed notandum quinque hæc producere. Dē a Do das, Dēmus, dētis, Dētur, dēmur, dēmini. Dă vero tam penultimam, quam antepenultimam vbique corripere, Dămus, dătis, dătis, dăre, dătur. Dămur, Dăbam, Dăbar, Dăbo, Dăbor, Dăte, Dăto, Dăre, Dărer, Dătus, Dăturus, Dător, id quod

manifeſtius accentu,qui in antepenultima eſt cõpoſita oſtendunt,circumdămus,circumdăbam,circũdăbo,circumdăte,circumdăre,circũdătus, ſic peſſundămus,peſſundăbam,peſſundăbo,peſſundăre. Genui,genitum,&poſui,poſitum cum deductis,primam corripiunt,et ſi gigno,& pono producunt.

Quincto.propriorum nominum primæ,& mediæ ſyllabæ ponuntur indifferenter,vbi non fuerit certa regula,aut ſi nõ aliter eis poetæ approbati vſi fuerint.

Sexto.Bĭ & Trĭ in compoſitione corripiuntur,Bĭuium, Bĭmater,Bĭdens, Bĭceps. Trĭuium, Trĭcorpor,Trĭdens,Trĭcuſpis.

Septimo.Dictiones per ſynæreſin,aut craſin,producuntur,vt Nīl a nĭhĭl. Mī, a Mĭhi,Cōgo,a Cŏăgo,Phaēthōn,a phăĕthon. Nam detrimentum litteræ,ſyllabæue,productione compenſatur.

DE PRIMIS SYLLABIS COGNOSCENDIS EXEMPLO.

Exemplo cognoſcuntur primæ ſyllabæ,ſi deficiente regula,ad approbatos poetas confugiamus.vt ſi neſcias in Pecus atque Apis quanta ſit prima , ſcies eſſe breuem ex approbato aliquo, vt ex illo Virgilino Quis cultus habendo Sĭt pĕcŏri,ātque ăpĭbus quãta experientia parcis.Eodem modo,Si neſcias quanta ſit iu in Iuniperus,& fru in Fruges,cognoſces eſſe longam ex illo Virgilii,Iūnĭpĕri grauis vmbra, nocent & frūgĭbūs vmbræ.Tenẽdi ſunt igitur memoria quãplurimi optimorum poetarum verſus,ut Virgilii,Horatii, Ouidii & aliorum illuſtrium , ad quos recurramus,vt queadmodũ illi vſi fuerint ſyllabis,&nos vtamur.Et qm̃ infinitum prope eſſet,quas ſemper aut corripuerint,aut produxerint poetæ,colligere,eas tãtum,quibus indifferenter uſi inueniuntur quotquot potuim⁹, hic ſubiunximus.hæ vero ſunt.Britannus,Bithynus, Cacus,Coſyra,Crathis,Criticus,Curetes,Diana,Fidenæ,Gradiuus,Hinnulus,Hymen,Italus, Lycas,Li-

quor, Liqdus, Orion, Obicio, Obiicio, Pachinus, Palatia, Propago, Pyrene, Procuro, Profundo, Propino, Rubigo, Rutilius, Rudo, Reduco, redduco, Relatus, rellatus, Reperi, repperi, Retuli, rettuli, Repuli, reppuli, Reiicio, Sychæus, Sicani. ſed hæc primam ſyllabam indifferentem habere inueniũtur: mediam vero hæc, Aegeon, Bebryces, Bathaui, Cybele, Cyane, Connubium, Cõtudi, Ficedula, Lecythus, Malea, Orionis, Porſena, Porſenna, Pharſalia, Syphacem. Id ita eſſe oſtendatur approbatorum exemplis.

PRIMARVM SYLLABARVM COMMVNIVM AVCTORITATES.

Et penitus toto diuiſos ōrbĕ Brĭtannos. Virg.
Nam quid Brĭtānnis cælum differre putamus? Lucr.
Quanquam & Cappadoces faciant, equiteſquĕ Bĭthyni. Iuuen.
Bīthȳno, Phrygioue ſatũ, ſed quem ſua noto. Val. Flac.
Hīs Căcūs horrẽdũ Tiberino gurgite monſtrum. Oui.
Cācŭs ăuentinæ timor, atque infamia ſiluæ. Idem.
Fertilis eſt Melite ſterili vicīnă Cŏſyræ. Idem.
Et bellare Tabas docilīs, Cōſyraq; parua. Sil.
Huc Licus, huc Sagaris, Peneusque, Hipanīſquĕ, Crăthiſque. Ouid.
Crāthȳs, ĕt hinc Sybaris ueſtris cõterminus oris. Idem.
ŭt Crĭtĭci dicunt, leuiter curare videtur. Hor.
Aequalis liber eſt Crītĭcĕ qui malus eſt. alii tamẽ Cretice. Mar.
Illic bellaci confiſus gĕntĕ Cŭretum Lucan.
Celme Ioui, largoq; ſatōs Cūretas ab imbri. Ouid.
Tergeminamq; Hecatē, tria virginis ōrā Dĭanæ. Virg.
Exercēt Diana choros, quam mille ſecutæ. Idem.
Hi tibi Nomentũ, & Gabios, vrbẽmquĕ Fĭdenā. Idem.
Viuat Fīdĕnis, & agello cedo paterno. Iuue.
Et genus a magno ducentem fōrtĕ Grădiuo. Ouid.
Grādĭuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis. Virg.
ātque Hīnŭli pellis totos operibat amantes. Prop.

Vitas Hinŭlēō me ſimilis Cloe. Hora.
Hȳmēn o Hymenæ ĕ Hȳmē, ades o Hymenæe. Cat.
Hinc Auguſtus agēns itălos in prœlia Cæſar. Virg.
Coniecto ſternit iaculo, volat ītălă Cornus. Idem.
Fiet vti cibus omnis & aridus ēt lĭquŏr ipſe. Lucre.
Pondus vti ſaxis, color ignis, lĭquŏr ăquarum. Idem.
Craſſaq; cōueniūnt lĭquĭdis, & lĭquĭdă craſſis. Idem.
Indĕ Lȳcam ferit exectum iam matre perempta. Virg.
Protinus Antæum, ēt Lȳcă prima agmina Turni. Idē.
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimbōsŭs ōrion. Idem.
Enſifer ōrion æquore merſus erit. Ouid.
Cūr obĭcĭs Magno tumulum, manesq; vagātes. Luc.
ōbiĭcĭunt portas tamen, & præcepta faceſſunt. Virg.
Præſtat Trinacrii metas luſtrārĕ Păchini. Virg.
E quibus imbriferos versūs Pāchinus ad auſtros. Ouid.
Haud metuam magni dixīſsĕ pălatia cæli. Idem.
Quam tanti fuerit cadere, ūt pălatia cernas. Sil.
Siluarumq; aliæ flexos prōpāginis arcus. Geor. 2
Eſſe ſinent, nimium vobis Romānă prōpago. Virg. 6
Nō ſine me eſt tibi partus honos tua bellă Pȳrene. Ti.
Nubiferæ colles, atque aeriăm Pȳrenen. Luc.
Riſit & hi inquit facito mea tēlă prōcures. Ouid.
Prōcūrate viri, & pugnam ſperate parati. Virg.
Impia dementis vulgi, & vix tōtă prōfudit. Sil.
Has poſtquam mæſtō prōfudit pectore voces. Cat.
Hiſcere, tanquam habeas tria nomina, quāndŏ prōpi-
nat. Iuue.
Cenat, prōpīnat, poſcit, negat, innuit, vna eſt. Mart.
Vteris ore aliter, nimĭa quĕ rūbigine captus. Idem.
Exeſa inuenies ſcabră rūbigine pila Virg.
Solaq; culminibūs fĕrali carmine bubo. Virg.
Hanc quia iuſta ferunt, dixērĕ fĕralia lucem. Ouid.
Et graue magnanimi robur mirārĕ Rŭtĭlī. Ouid.
Famæ Rūtĭlium ſuæ relinquas. Mar.
Vincla recuſantum, & ſera ſub nŏctĕ rŭdentum. Vir.
Findor, vt Arcadiæ pecuaria rūdĕrĕ dicas. Perſ.

Eiectam claſſem,ſocios a mōrtĕ rĕduxi. Virg.
Rĕddūcit Venus,& rĕddūctum Dædala tellus. Lucret.
Eſſe fidem,digitis ad fontem ſǣpĕ rĕlatis. Ouid.
Id rurſus cæli rēllatum membra receptāt. Lucre.
Quod ab ipſo allatū'eſt,ſibi eſſe īd rēllatū putet. Ter.
At qui condiderat.poſtquam non rĕppĕrĭt aurum.
Auſon.
Aptauit collo quē̄m rĕpĕrit laqueum.
Quæque ferōs rĕpŭli doctis medicatibus ignes. Ouid.
Rĕppŭlit a Libycis immenſum ſyrtibus æquor. Lucre.
Tytire paſcentes a flumine rĕīcĕ căpellas. Virg.
Rĕīicĕ,ne maculis infuſcet vellera pullis. Idem.
Anna(fatebor enim)miſeri poſt fātă Sȳchæi. Idem.
Huic coniux Sȳchæus erat ditiſſimus agri. Idem.
Fida reor fraterna Erycis,portūſq;.Sīcanos. Idem.
Sīcāno prætenta ſinu iacet inſula contra. Idem.

MEDIARVM SYLLABARVM communium auctoritates.

Hæc centumgemini ſtrictos Aegǣōnīs enſes. Claud.
Aegæōnā ſūis immania terga lacertis. Ouid.
Bēbrȳcīs & Scythici procul inclemētia ſacri. Val.Fla.
Poſſeſſus Baccho ſæua bebrȳcīs in aula. Sil.
Vagionēs,Bă:hăuiq; truces,quos ære recuruo. Luc.
Hic petit Euphratem iuuenis domitiq;.Bathāuī. Iuue.
Hinc viduæ Cȳbēles,illinc ſacraria Veſtæ. Mart.
Vel tu quæ tardam mouiſti fune Cybēllēn. Pro.
Cōnnūbĭo iungam ſtabili,propriamq; dicabo. Virg.
Cuiq; loci leges dedimus,connūbĭā noſtra. Idem.
Speratum meritis diram qui cōntŭdĭt Hydram. Hor.
Viroſq; valentes cōntūdit crudelis hiems. Ennius.
Mergere fīcēdŭlas didicit nebulone parente. Iuue.
Cerea quę patulo lucet fīcedula lumbo. Mart.
Ionioq; marī,Mălēæq;.ſequacibus undis. Virg.
Diſtinet,& raucæ circumſonat ira Malēǣ. Stat.
Aut Helicen iubeo,nitidumq; Orīōnis enſem. Ouid.

Enſiferi nimium fulget latus Oriōnis. Luca.
Hanc ſpectare manum Pōrſēnā non potuit. Mar.
Nec non Tarquinium eiectum Porſēnnā iŭbebat. Vir.
Phārſālĭam coeunt, pharſālĭā recta frequentant. Cat.
Compulimus dirŭm Sўphăcem, fractumq; Metello. Claud.
Tolle tuum precor Hannibalē, victūq; Syphācēm. Iuu.
Sīdōnĭaſq; oſtentat opes, vt bemq; paratam. Virg.
Obſtupuit primo aſpectu Sidōnĭă Dido. Idem.

DE MEDIIS SYLLABIS.

Syllaba, quæ in medio loco poſita eſt, ſeptem modis cognoſci poteſt, Poſitione. Vocali ante alteram uocalem. Deriuatione. Diphthongo. Declinatione. Regula. Exemplo.

Poſitione producitur media ſyllaba ut prima, vt Capīllus, fortīſſimus, pulchērrimus. Vbique enim poſitio producit ſyllabam. Quonam modo id fiat, in primis ſyllabis diximus.

Vocali ante alteram vocalem, & in media dictione ſemper corripitur ſyllaba. Virg. Mōllĭă lūtĕōla pingit vacĭnĭă caltha. Idem, Addam cērĕă pruna. Idem, Cāſtānĕaſq; nucēs mĕă quas Amaryllis Amabat. Ouid. Fīlĭŭs āntĕ dĭēm pātrios inquirit in annos. Priſcian' tamē refert, antiquiſſimos produxiſſe etiam penultimam præteritorum iu u i ſyllabas, quæ a præſenti in u o ſyllabas deſinente proficiſcuntur, vt eruo erūi, arguo argūi, annuo annūi. Ennius, ānnūit ſeſe mecū decernere ferro. Virgilius contra corripuit, ānnŭĭt, & totū nutu tremefecit olympū. Id quod & nobis ſemp faciendum. Sed hic modus habet exceptiones tres: quarum prima eſt. Genitiui, & datiui quinctæ declinationis ē vocalem puram producunt. Horat. Quarta iā parte diēi pterita. Secunda, Genitiui in ius cōmunem habēt penultimam in metro. Virg. Hic īllĭŭs arma. Idē, Quam noſtro īllīus labatur pectore vultus. Idem ūnĭŭs ob noxam, & furias Aiacis Oilei. Idem,

Nauibus, infandum, amiſſis vniūs ŏb iram. Sic ipſius, ſolius, totius, & huiuſmodi, præter alius genitiuum ſemper longum, & alterius correptum. Terentianus tamē alterius penultima longa protulit, Seſcuplo vel vna vincet alterīūs ſingulum. Idem, Sub altĕrius con ſonat vocabulo. Idem, nec altērius indigēs opis veni. Sunt enim duo extremi ſenarii Iambici, in quibus eſſe debet in ſecundo loco iambus, vel tribrachus. primus vero eſt trochaicus, ī quo rīūs in ſexta ſede iāb' eſſe non poteſt, quoniam trochaicum metrum nō recipit iambum. prætérea, ꝑducere hic alterius penultimam ſic fit manifeſtius, ſi ex eo ipſo uerſu amoueas creticum, id eſt ſeſcūplō, & facias iambicum. vt Terē tianus præcipit. remanebit enim, vĕl ūnā vīncĕt ăltĕ rīūs sīngŭlūm. vbi ſi alterius correpta penultima dixeris, tĕ rĭ, eſſet pyrrhichius. Sed de his infra dicem', ſuo loco. In proſa vero oratione penultima producta ſemper pronunciari debent, prēter alterius vbique correptum. Tertia, poſſeſſiua in ius, ia, ium, producūt antepenultimam. Virg. Implerunt montes, flerunt Rhodopēiæ arces. Idem, Ecce trahebatur paſſis Pria mēia Virgo Crinibus. Idem, Tu quoque littoribus noſtris Aenēia nutrix. Mart. Venit ab Orpheo cultor rhodopēius hæmo.

DE MEDIIS SYLLABIS
deriuatione cognoſcendis.

Deriuatione media cognoſcitur ſyllaba, ſi quanta ſit in primitiuo conſideraueris. Nam ſi neſcias cto in Victōrinus quanta ſit. Item ſti in Iuſtīnianus, cognoſces ex Victōris & Iuſtīnus primitiuis, in quibus, cto & ſti producuntur. Eodem modo, ſi neſcias, Venĕreus, & Hectŏreus quantam habeāt antepenultimā, cognoſces ex Venĕris, & Hectŏris primitiuis, in qui bus nĕ & ctŏ corripiuntur, quod accentus facile oſtē dit. Sed quomodo penultimæ & antepenultimæ ī de riuatiuis dignoſci poſſint, īfra, vbi de regula tractabi

tur, clarius patebit.

DE MEDIIS SYLLABIS DIPHTHONGO COGNOSCENDIS.

Diphthõgo media ſemper producitur ſyllaba, qu emadmodum & prima. Horatius, Interdum tamen & vocem Comœdiā tollit. Idẽ, Effutire leuᵉˢ indigna tragœdiā verſus. Virgil. O Melibœē, Dēus nobis hæc ocia fecit. Idẽ, Damonis muſam dicemus, & Alpheſibœ ī. Idẽ, prouehimur pelagō vicina ceraūniā iuxta. Idẽ, quas dira Celǣ nō, harpȳǣ q; colunt aliæ. Sed ȳ in diphthongo imprōpria apud Græcos, vtimur dũtaxat in dictionibus græcis. Catullus vellera virgati cuſtōdeībāt, calathiſci. cuſtodeībant, pro cuſtodiebant, per ei diphtongum melius ſcribitur more antiquo.

DE MEDIIS SYLLABIS REGVLA COGNOSCENDIS.

Regula cognoſci poſſunt mediæ ſyllabæ tribus modis. Primo incrementa nominum A E O producuntur, vt musārum, deābus, quārum, diērum, diēbus, rērum rēbus, dominōrum, quōrum, maiōrum, doctiōrum, ambōbus, duōbus. I vero & V corripiũtur, vt trĭbus, manĭbus, verŭbus, tribŭbus. Excipiuntur Samnīs, ſamnītis. delphīn, delphīnis, tellūs, tellūris. ſalūs, ſalūtis, & huiuſmodi in quibus I & V incrementa producuntur ſecũdum vltimā nominatiui ſui. Secundo, Incrementa verborum A E producuntur, Amāmus, amābā, amābo, amārē, amāre, amāmur, amābar, amābor, amārer, amārī, Doceāmus, videāmus, & alia id genᵘˢ. Præter Dămus, dătis, dăbā, dăbo, & reliqua a do das, & compoſitis, in quibus A incremẽtum corripitur, vt ſupra diximus in quarto modo de primis ſyllabis, quę regula cognoſcuntur. Item, Amēmus, dēmus, dētur, docēmus, docētis, docēbam, docēbo, legēbam, audiēbā, amēris, vel amēre, docēris, vel docēre, docērer, do

cerēmur,audirētis,audirēmur,legerētis,legerētur,legerēmur;legerēmini,amauērūt,vel amāuere, docuērunt,vel docūere,legērunt,vel legēre,audiuērūt, vel audiuēre. Sed cū ſequitur R poſt E in deriuatiuis a pterito perfecto indicatiui,corripitur e,amauĕram, amauĕrim,amauĕro docuĕram,docuĕrim,docuĕro,legĕrā,audiuĕram. Et in futuris in bor,amabĕris, docebĕris. Et in optatiuo actiuo tertiæ coniugationis in toto ſingulari,& in tertia plurali,legĕrem,legĕres, legĕret,legĕrent,& in prima duntaxat perſona paſſiui eiuſdē optatiui,legĕrer,& ī infinitiuo, legĕre. I vero & V corripiūtur ,legĭmus,cupĭmus,quærĭmus,volŭmus, poſſŭmus.præterquam in quarta coniugatione,audīmus,audītis audīris,audīrer,audīre.& in volo,& ſum cum cōpoſitis,velīmus,sīmus,poſſīmus, in quibus I producitur. Prima tamen perſona pluralis præteriti perfecti quartæ coniugationis corripit penultimam audiuĭmus. Item in omni coniugatione,primæ & ſecundæ perſonæ plurales præteriti ſubiunctiui in rimus, & ritis corripiunt I penultimam: amauerĭmus,amauerĭtis:docuerĭmus,docuerĭtis,Legerĭmus legerĭtis. Audiuerĭm⁹,audiuerĭtis. Eæ ipſæ vero futuri eiuſdē modi producunt, Amauerīmus,amauerītis, Docuerīmus,docuerītis. Legerīmus,legerītis, Audiuerīmus,audiuerītis,quod fit,vt ait Diomedes Grammaticus,vt accētu præteritū a futuro diſtinguat. hinc illud apud ouidium,Hauſtus aquæ mihi nectar erit, vitamq; fatebor Accepiſſe, ſimul vitam dederītis in vndis. Et in obſcœno carmine,Vtilis,hæc,aram ſi dederītis,ĕrit. Ennius,Non mi aurū poſco,non mi præciū dederītis. Oui. Cū gelidā Thracē,& opertū nubibus Hæmum,Et maris Ionii trāſierītis ăquas. Idem, Copia nec vobis illo prohibente videndi Conſulis, vt limē contigerītis,ĕrit. Sed an liceat etiā eam ipſam penultimam RI in rimus. & ritis corripere, diſſeremus in vltimis ſyllabis in is deſinentibus. Præterea cū

poſt i ſubit u digamma in præteritis perfectis indica-
tiui,& ab his deductis,producitur i,cupīui,cupīuerā
audīui,audīueram.Idem etiam corripitur abiecto u
per ſyncopam,Cupii,cupieram:Audii,audieram.

Tertio,Supina in atum & itum,a præteritis perfectis in
aui,& iui producūt penultimam,amāui,amātum.vo
cāui,vocātum.cupīui,cupītum,petīui,petītum.au-
dīui,audītum.ſepelīui,ſepelītum.

Quarto, i in compoſitione medium corripitur,Agrīco
la,Enſīfer,Centīmanus,Omnīpotens,Multīuola eſt
mulier,Magnīficus,Cauſīdicus,identīdem, & ſimi-
lia.Cat.Nullum amans vere,ſed identīdem omniū
Ilia rumpens.Quāticunque,& qualicunque ī produ
cūt ratione genitiui,aut datiui in i.nō enim ſeruatur
i in ceteris caſibus,vt in omnīpotens,& aliis ſupradi
ctis,ſed in genitiuo tantum quantīcunque & in dati-
uo,vel ablatiuo qualīcunque dicimus,vt in quantus,
& qualis.nam ſicut quantus quanti,quāto,quantum,
& qualis in nominatiuo,& genitiuo,qualī,qualē: ſic
quātuſcunque,quantīcunque,quātocunque,quantū-
cunque,& qualiſcunque in nominatiuo,& genitiuo,
qualicunque,qualemcunque dicimus.Iuue.quantīcū
que domus conſtet.M.Manlius,Omne quidē ſignū
ſub qualīcunque figura.Vbīque quoque, & plerīque
producunt I,Vndique vero corripit.Quinto,Media
ſyllaba cum penultima eſt,accentu,quanta ſit,cogno-
ſci poteſt.nā ſi in ea fuerit accentus,producitur,Ro-
mānus,Diuīnus,Idōlum,Theodōrus,Annōna, Poē-
ta.Sin autem in antepenultima,corripitur,Domĭnus
profŭgus,Littŏra littorĭbus contraria,fluctĭbus vn-
das.Piĕtas.Ergo in diſyllabis dictionib⁹ ſi neſcias quā
ta ſit prima,accētu cōponendo cognoſces.lēgo,perlē
go:amo,redămo,perămo,lĭgo,relĭgo.Fēro,adfēro,re
fēro.Plĭco,multĭplico,pŏtens omnipŏtens,Clāmo,
exclāmo,proclāmo,cōclāmo,Prīmus,apprīme.Dōno
Cōdōno.Scrībo,deſcrībo:lēgo,lēgas:relēgo,relēgas.

Sexto, Penultima, ſyllaba in deriuatiuis, ante TAS corripitur, bonĭtas, Pĭetas, DVS, Florĭdus, Candĭdus. LVS, la, lum in diminutiuis, vrceŏlus, vnciŏla, aureŏlum. LIS in verbalibus, vtĭlis, ſterĭlis a Græco στέρομαι, amabĭlis, futĭlis. MEN, a ſecunda & tertia coniugatione, monĭmen, vnde monĭmentum, regĭmen. nā a prima & quarta producuntur, oblectāmen, munīmen. Item ante CEN Tubĭcen, lyrĭcen, fidĭcen, præter tibīcen, pro tibiīcen. Ante AL ſeruatur penultima primitiui, & ante TVS penultima participiorum; ceruīcal, a ceruīcis, tribūnal, a tribūs genitiuo. Anĭmal, ab anĭmus. hic ornātus, posītus, sĭtus, terrĭtus. Vectīgal etiam producit penultimam a vehendo dictum.

Septimo, Penultima in deriuatiuis ante GO producitur, Carthāgo, Virāgo, Calīgo, Lanūgo, Aerūgo. præter lĭgo. Ante DO, dulcēdo, libīdo, fortitūdo. Ante AR, Lacūnar, paluīnar, Lupānar. Ante NAS, arpīnas, capēnas. Ante RIS, vel RE, militāris, militāre. Ante TIS, ſamnītis, veſtrātis. præter cerĭtis. Ante NVS, Romānus, terrēnus, Iuſtīnus, parietīnus arietīnus, clādeſtīnus, mediaſtīnus. Silius, Ceu clandeſtīno traheretur fœdere bellū. Marc. Manlius, Et clandeſtīnis traheretur fraudibus arma. Hor. Tu mediāſtīnus tacita prece rura petebas. Præter Ianthĭnus, hyacinthĭnns, myrrhĭnus, cryſtallĭnus, adamantĭnus, bombycĭnus, Sandicĭnus, amethyſtĭnus, & huiuſcemodi Græca in ινος. Item, Diutĭnus. Priſtĭnus, Craſtĭnus, Ornotĭnus, Serotĭnus, oleagĭnus, fagĭnus. Mart. Coccina famoſæ donas & iānthĭnā mœchæ, Perſius, Hic aliquis, cui circa humeros hyacīnthĭnā læna eſt. Iuuen. Grandia tollūtur cryſtāllĭnā, maxima rurſus Mўrrhĭnā. Propert. Colchis flagrantes adamāntĭnā ſub iuga tauros. Iuuenalis, Cauſidicum vēdunt amethўſtĭnā. nec ſcribas ſine t. eſt enim verbale a præterito paſſiuo μεμέθυσμαι, μεμέθυσαι μεμέθυσται. vnde μέθυσος, & cum α priuatiua ἀμέθυσος, ἀμεθύστινος.

Octauo, Ante BILIS, quacunque præcedente vocali, ſi a ſupino formentur, ſequuntur illius penultimam, amātum, amābilis, delectātum, delectābilis. flētum, flēbilis. delētum, delēbilis, ſcītum, ſcībilis. audītum, audībilis, petītum, petībilis. cupītum, cupībilis. vendītum. vendībilis. mōtum, mōbilis. nōtum, nōbilis. volūtum, volūbilis. ſolūtum, ſolūbilis. Excipitur a ſtatū. ſtăbilis. hăbilis ſequitur verbum hăbeo, vt dŏcilis, dŏceo. dĕbilis, dĕbeo. făcilis, făcio. A genitiuo vero participii, corripiunt antepenultimam, viſi, viſĭbilis. ſenſi, ſenſĭbilis. intellecti, intellectĭbilis. ac ſi mediū i haberent compoſita, vt magnĭficus, centĭmanus, omnĭpotens, ignĭuomus. Eodem modo ſi a ſecunda & tertia coniugatione aliunde quam a ſupino deducta fuerint, corripiunt antepenultimam horrĭbilis, terrĭbilis legĭbilis, dicībilis, conducībilis, concupiſcĭbilis.

Ante BVNDVS, item a ſupino deducta, ſequuntur illius penultimam errātum, errābundus. vagātum, vagābundus. populātum, populābundus. cogitātum, cogitābundus. ſitītum, ſitībundus. morĭtum, morĭbundus. A ſecunda vero & tertia coniugatione aliunde quam a ſupino deducta, corripiunt antepenultimam, Rideo, rides, ridĭbundus. gaudeo, gaudes, gaudībundus. ludo, ludis, ludībūdus. furio. furis, furĭbundus. In vniuerſum, ſiquis voluerit ſubtilius indagare, inueniet omnia ſecuta ſupinorum penultimā analogice tanquam a legĭtum, legĭbilis. horrĭtū, horrĭbilis. dŏcĭtum, docĭbilis. furĭtū, furĭbundus ridĭtum, ridĭbūdus. rubĭtum, rubĭbundus, pro quo rubĭcundus b in c conuerſa vocalitatis gratia. gaudĭtum, gaudĭbundus, & id genus alia, licet non vtamur.

Præterea producitur a ante BVLVM, conciliābulum præter ſtăbulum. Ante CVNDVS, Irācundus & hæc quoque ſequuntur ſupinum. ſic iūcundus a iūtum, experīmentum ab experītum, rudīmentum a rudītum. ornāmentum ab ornātum. mirāculum a mirā

tum. verēcundus autem producit e antepenultimam aliunde quam a ſupino deductum. Item, A ante CEVS, vel CIVS producitur. ordeāceus, gallinaceus. CVLVM, mirāculum. RIVS, ria, rium, ſagittārius, librārius, ſtatāria, armārium. Denarius & cetera a numerorum nominibus communem habere inueniuntur. Martialis, Dēnārĭis tamen hanc non emo Baſſe tribus. Et illud, Dilige dēnārĭum. Mart. Hanc volo, quam redimit totam dēnārĭūs alter. Item E ante CVLA in diminutiuis Diēcula, vulpēcula. ante MENTVM, incrēmentum. ante FACIO vero communis eſt. calefacio, tepefacio, liquefacio. Cat. Alta tepēfaciet commiſta ſanguine cæde. Ouid. Thura liquēfaciunt, indutaq; cornibus aurum Victima vota facit. Claud. Sāguine quā largo Græcos cālĕfēcerit amnis. Idē. Interior glacies quō lĭquĕfacta noto. Item O ante RIVS, ria, rium producitur, vxōrius, Vxōria, Prætōrium
Nono, ante CVLVM, corripitur antepenultima; verrĭculum. CIES, canĭcies, TIVS, tia, tium tribunĭtius. iuſtĭtia, ſodalĭtium. CVLVS, cula, culum in diminutiuis, ignĭculus, anĭcula, retĭculum. Notātur, Multītius, Nouītius, Redimīculum, Cutīcula, Canīcula, Tegetīcula, Cratīcula, ſuppoſititius, antepenultima producta. Iuuenalis, Quid facient alii, cum tu multītiā ſumas? Idem, Iam ſedet in ripa, tetrumq; nouītĭūs horret. Idem, Accipient te Paulatim qui longa domi redimīcūla ſumunt. Idem, Semper & aſſiduo curata cutīcūlā ſole. Perſius, Scire erat in voto, damnoſa canīcūlā quantum Raderet. Mart. Dat tibi ſecuros uilis tegetīcūlā ſomnos. Idem, Parua tibi incurua cratīcūlā ſudet ofella. Idem, Hermes ſuppoſītītĭūs ſibi ipſi. Quotidianus quoque ti producit in hendecaſyllabo illo apud Martialem, Cūltūs ſīndŏnĕ nōn quōtīdĭānā. Dilŭuium quoque, prolŭuies, illŭuies, & cetera a luo corripiunt lu. Præterea Strimŏnius, Pallădium, Adăgiō, hæc Adăgio fœmini

num. Præsĭdium, officium, Iudĭcium, conſĭlium, Exĭlium, Remĭgium, Augūrium, Municĭpium, Monūmētum, Munĭmentum, Contāgium, Præſāgium, Pericŭlum, Solātium, ſuāuium, veſtĭgium, faſtīdium, conuĭuium. Iunōnius, & id genus multa in ᴉ ᴠ s, ɪ ᴀ, ɪᴠᴍ, ſequūtur ſua primitiua. Strymŏnis, Pallădis, ăgo, adĭgo. nam Adăgium, quaſi ambăgium, & circumăgium dicitur, quod per ora hominū circumagatur, vt illud, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς, Non omnium eſt Corinthon ire nauibus. Præsĭdis, effĭcis, iudĭcis, Conſŭlis, Exŭlis, Remĭgis, Augŭris, Municĭpis, Monĭmen, Munĭmen. contingis, præsāgis, perīris, Solātis Suāuis, Veſtĭs, Faſtīdis. Conuĭua, Iunōnis. Notantur Sidonius, ſidonia, ſidonium, & cōnubium, quorum alterum contra primitiui ſui penultimam ɴ v, communem habet, vt diximus in exemplis mediarum communium, Nam nubo primam ſemper producit. alterum vero græcum eſt σιδόνιος. Homerus, ὀδυσσείας δ'. αἰθίοπας θ᾽ ἱκόμην, καὶ σιδονίους, καὶ ἐρεμβούς, quod & per ω magnum ſcribitur, vt βιςώνιος. Euripid. in Helena, σιδωνίαν δὸς. καὶ ἐρετμῶν ἐπιςάτας. De quo Stephanus, σιδώνιος διὰ τοῦ ω μεγάλου. καὶ διὰ τοῦ ο μικροῦ. Idem, ἐκτείνεται δέ. καὶ λέγεται βιςωνὶς διὰ τοῦ ω, καὶ βιςώνιος ποιητικῶς.

DE MEDIIS SYLLABIS declinatione cognoſcendis.

Declinatione mediæ ſyllabæ cognoſci poſſunt, ſi antepenultima ſyllaba declinando fiat penultima. nam ſi neſcias, quanta ſit antepenultima in Amauĕrimus, legĕremus carmĭnibus, tempŏribus, genĭtore, altitŏnante, domĭnorum, clandeſtĭnorum, perlēgerunt, cōfŏdiſtis, flectendo cognoſces ſi ex antepenultima penultimam feceris, hoc modo, amauĕrim, legĕrim, legĕrem, carmĭna, tempŏra, genĭtor, altitŏnans, domĭnus clandeſtĭnus, perlēgi, confŏdi.

DE MEDIIS SYLLABIS EXEMPLO COGNOSCENDIS.

Exemplo cognoſces medias ſyllabas, quemadmodum & primas. Nam ſi neq; regula, neque aliquo ex prædictis modis, quãta ſit media ſyllaba cognoſci poteſt, ad alicuius approbati poetæ auctoritatem recurrendum eſt. Medias vero modo breues, modo longas auctoritate ſupra, vt quæque ad manus erant, connumerauimus. Sed iam de vltimis ſyllabis dicere incipiamus.

DE VLTIMIS SYLLABIS.

Syllabæ quæ in vltimo loco poſitæ ſunt, iiſdem fere modis cognoſci poſſunt, quibus & primæ, & mediç. Poſitione, amãnt, legũnt, ãt tũ ſume pedum, ũndẽ ſciſſa coma. Dipthongo, poetæ̃, hæ̃c. heũ. Declinatiõe, ſi declinaueris. nam ſi neſcias in nominatiuo quanta ſit vltima, cognoſces plerumque accentu in genitiuo creſcente. nam in Latinis dictionibus, ſi in penultima genitiui creſcentis fuerit accentus, longa erit vltima nominatiui, Tellũs, Salũs, Vırtũs, Delphĩn, Samnĩs, & huiuſmodi producunt vltimã, quia penultima genitiui creſcentis producitur. Tellũris, Salũtis, Virtũtis, Delphĩnis, Samnĩtis. Aduerſatur huic regulæ, palũs, quod licet in genitiuo palũdis penultimã producat, tamen vltimã̆ nominatiui corripit, quod obſeruauit etiam Seruius in libello de ſyllabis, citans illud Horatii, Regis opus, ſterilisq; diũ pălũs, aptaq; remis. aliq tamen ſiſtolẽn feciſſe Horatiũ dicunt: quod ſi eſſet, nõ præteriſſent Acrõ, & Porphyrius diligẽtiſſimi interpretes. Itẽ in Carmẽ, miles, ſanguis, corpus, ſi neſcias quanta ſit vltima, cognoſces in genitiuo cármĭnis, mílitis, ſánguĭnis, córpŏris, eſſe breuem accentu in antepenultima. Excipiuntur maſculina, & feminina in or doctŏr, doctõris. Sorŏr, ſorõris, decŏr, decõris. honŏr, honõris. Item, neutra in AL, vt Animăl, animãlis, ceruicăl, ceruicãlis. Et i AR, vt Puluinăr, puluinãris, lupanar,

nār,lupanāris,& ſimilia,quorũ vltima noĩatiui cor‑ripitur,licet penultima genitiui creſcentis producat accentu.Contra pār,pāris.lār,lāris.vās,vādis.pēs,pĕdis.Cerēs,cerĕris.compōs,cōpŏtis.impōs,impŏtis, bōs,bŏuis.sūs,sŭis.grūs,grŭis:producunt vltimā nominatiui,licet penultima genitiui creſcentis corripiatur.In Græcis autem dictionibus plerunque in genitiuo creſcente accentus eſt in penultima,&tamen et vltima noĩatiui,& penultima genitiui ē breuis,Amaryllís amaryllídos,Aeneís Aeneídos,Pallás pallàdos.

DE VLTIMIS SYLLABIS REGVLA COGNOSCENDIS.

Regula cognoſcuntur vltimæ ſyllabæ modis vndecim: Primo,A finita producunt,amā,contrā, prætereā,a poetā, a musā. Sed hic modus habet exceptiones tres,Prima eſt.Nominatiui, Accuſatiui,Vocatiui in a corripiunt,hæc & o fabulă, Priamēiă uirgo.hic & o ꝓphetă.preter vocatiuos a nominatiuis Græcis in as,hic Aeneās o Aeneā,& Græca in a productũ,Neméā,tegéā,in quibus a producitur.Virgilius,Vigilás ne Deum gens Aeneā? vĭgĭla.Statius,Te Nemeā tĭbĭ lerna comas:lariſſaq; ſupplex poneret. Idem, Non tegeā nõ ipſe Deo vocat alite felix Cyllene.Secūdā, Numeralia in ginta , finalem habent indifferentem, Mart.Sexāgīntā tĕras cum limina mane ſenator. Virgilius,Trīgintā māgnos voluendis menſibus orbes. Tertia,Putā,itā,quiā corripiuntur.

Secundo, A.D.M.T.finita corripiuntur,ut ăb,ăd, milĭtŭm,capŭt.niſi aut poſitio,aut diphthongus,aut ſyncopa prohibeat,vt amānt , legūnt,āut,hāud,fumāt, obīt,pro fumauit,obiuit. Iuuen. Magnus ciuis obīt, ĕt formidatus Othoni.

Tertio,c finita producuntur,fāc,dīc, dūc, halēc.præter Nĕc,Donĕc,Lăc breuia.Oui.Pārue (nĕc inuideo)ſine me liber ibis in vrbem. Idem , Dōnec ĕrunt fontes,ſydera dōnĕc ĕrunt,Hic pronomē commune eſt.

Sed de hic & hoc differemus in ſexto modo communium ſyllabarum.

Quarto, E finita corripiuntur. Millĕ, omnĕ, ſcribĕ, penĕ, ritĕ, ponĕ, impunĕ, & huiuſmodi aduerbiá. Oui. Pēnĕ puĕr cæſis abducta arméta recepi. Vir. Rītĕ sĕcūdaret viſus. Sed hic modus habet q̄nq; exceptiões. Quarū prima, in E, a Grecis in η producuntur; πηνελόπη Penelópē, πασιφάη Paſiphăē, ὦ ἀγχίση, ὦ ἀχιλλεῦ, ὀρφεῦ, ὀδυσσεῦ, o Anchisē, o Achillē, Orphē, Vlyſſē. Secūda, Genitiui, Datiui, Ablatiui quintæ declinationis in E producuntur, ut huius, huic & a diē, fidē. Ouidius, Prima fidē vōcisq; ratæ tentamina ſumpſit. Item ab hac famē. Tertia, imperatiua ſingularia ſecūdæ coniugationis producuntur, Monē, Docē, Manē. Valĕ vero, & cauĕ, cum corripiuntur, ſunt a valo, & cauo tertiæ coniugationis. Ouidius, Idq; quod ignoti faciūt, vălĕ dicere ſaltem. Idē, Tū căuĕ defendas, quamuis mordebere dictis. Quarta, monoſyllaba in e producuntur, tē, mē, sē, prę̄ter quĕ, uĕ, nĕ pro an: nā quæ relatiuum, & væ interiectio, diphthongo producuntur. nota in tutĕ, & tutĕmet, corripi tĕ. Lucretius, Accipe præterea quæ corpora tūtĕ nĕceſſe eſt. Idem, Tūtĕmĕt a noſtris iam quouis tempore uatū. Ennius, o, Tite, tūtĕ Tăti tibi tāta Tyrāne tuliſti. Alphius Auitus, vt citat Priſcianus, Seū tūtĕ mālīs hōſpĭtēs, ſeū tūtĕ cāptīuōs hăbēs. ſunt. n. dimetri iābici. Quinta, aduerbia in e, a datiuo in o, producuntur, doctē, pulchrē, valdē pro validē, ferē, a docto, pulchro, valido, fero. p̄ter benĕ & malĕ correpta. Ouidius, Læta ferē lǣtus cecini tibi triſtia triſtis. Fermē etiam producitur, eiuſdem cuius & fere ſignificationis. Iuuenalis. Mobilis, & varia eſt ferme nătura malorum.

Quinto, I finita producuntur, Deī, Amarī, Dixī. Sed hic modus habet duas exceptiones. Quarū prima, Datiui & vocatiui in i, quarū genitiuus ſingularis in os correptam apud Græcos deſinit, corripiūtur, huic

Palladĭ,Minoidĭ,o Phillĭ,Amaryllĭ,Parĭ,Alexĭ.Statius,Pallădĭ littoreæ celebrabat Scyros honorem. Cat.Morte ferox Theſeus qualem Minōĭdĭ luctum, Ouidius,Phy̆llĭ făce expectes Demophoonta tuum, Virgilius, Mirabar quid mæſta deos Amary̆llĭ vŏcares. Ouidius, Bella gerant alii, tū Părĭ ſemper ama. Virgilius.Te Corydon o Alēxĭ, trăhit ſua quemque voluptas.Idem,Dăphnĭ,tŭum pœnos etiã ingemuiſſe leones Interitū. Quos caſus a Græcis mutuati ſemper corripimus. Theocritus, δάφνῐ δῐ τῷ χαρίεντι συνάντετο βουκολέοντι Μάλα νέμων, ὡς φαντὶ, κατ᾽ ὤρεα μακρὰ μενάλκας. Idem, κῆφα, δάφνῐ τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα πᾶσαν ἀνὰ κράναν πάντ᾽ ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται. Idem, κύπρῐ νεμεσσατὰ, κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής. Homerus. αὐτὰρ ὃ αὖτε πέλοψ δῶκ᾽ ἀτρέϊ ποιμένι λαῶν. Ατρεὺς δὲ θνήσκων ἔλιπε πολύαρνι θυέστῃ, αὐτὰρ ὃ αὖτε θυέστ᾽ ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. Idem. Βάσκ᾽ ἴθι ἶρι ταχεῖα ποσειδάωνι ἄνακτι. In quibus δάφνῐ δῐ, ἀτρέῐ, ποιμένῐ, ἀγαμέμνονῐ, datiui in i breuem deſinunt, eſt enim tertia dactyli. Idem δάφνῐ τά, ἶρῐ τά, κύπρῐ νε, vocatiui ſunt in i breuem deſinentes.eſt enim ſecunda dactyli.Cum igitur apud Latinos Daphnidi,Tyndaridi & huiuſcemodi datiui producunt i, fit per communem modum,cum dictio in breuem deſinit, & eſt pedis principium.quod eſt frequentiſſimum apud Homerum.Sed de hoc diſſeremus,vbi de communium ſyllabarum modo tractabimus. Secunda exceptio eſt, mĭhi,tĭbi,sĭbi,ŭbi,ĭbi, modo pyrrhichii ſunt, modo iambi.prima enim ſemper breuis eſt,vltima vero indifferens.in nĭsĭ & quăsĭ vtraque corripitur.ſunt enim duo Pyrrhichii.

Sexto L finita corripiuntur, animăl, Annibăl, Vigĭl, mĕl,Conſŭl. Præter Sōl,Pōl,nīl a nihil per ſynæreſin, vt mī a mihi, & barbara in el ſyllabam, vt Daniēl,quæ producuntur.

Septimo, N finita producuntur, Pæān, himēn, ēn, quīn, Xenophōn, delphīn. Sed hic modus habet exceptiones treis. Quarum prima eſt, forsăn, forſităn, tamĕn, attamĕn, ĭn, vidĕn, ăn corripiuntur. Virgilius, Fŏrsăn ĕt hæc olim meminiſſe iuuabit. Idem, Errabunda bouis ueſtigia, fŏrsĭtăn illum. Martialis, Quid ego Caſta facit? Non dat. Nōn tămĕn illa negat. Ouidius, Nil mihi reſcribas, āttămĕn ipſe veni. Virgilius, Quo te Mœri, pedes, an quo via dūcĭt ĭn vrbem? Catul. Sic certē, vĭdĕn, vt perniciter exiluere. Horatius, Cōlchŭs ăn Aſſyrius, Thebis nutrītŭs, ăn Argis.

Secūda eſt, Neutra in en vt nomĕn, carmĕn corripiūtur, quod oſtendit accentus in antepenultima in genitiuo creſcente, nomĭnis, carmĭnis. Tertia, Nominatiui, accuſatiui Græci in on per o paruum, vt pēlĭon, pylŏn, caucasŏn corripiuntur. Ouidius. Et quas oſſa tulit, quaſq; altus Pēlĭŏn, herbas: Idem, Nōs pylŏn, antiqui Neleia Neſtoris arua Miſimus. Idē, Caucasŏn appellāt. Itē accuſatiui in In, ut Alexĭn. Mart. Tu licet & noſtrum dixit Alēxĭn ămes. Et in an a Græcis in a, ut Iphigenĭan, æginăn. Ouidius.
Neſcio quam dicunt Iphigeniăn ĭter. Stat.
Nanque ferunt raptam patriis æginăn ăb undis.
Nam a noīatiuo in as producitur vt hunc Aeneān. Virg. Aeneān, alacris palmas vtraſque tetendit.

Octauo, O finita, & corripi & produci poſſunt, vt Amo, ſcribo, amando, virgo, Cato. Sed hic modus quinque habet exceptiones. Quarū prima eſt, Datiui, & ablatiui in o, producūtur. vt huic & ab hoc Dominō, Templō. Secunda, Monoſyllaba in o, producuntur, Stō, Dō. Tertia, Græca in ω magnum producuntur, Didō, Mātō, Iō, Echō. præter Egō a Græco ἐγὼ quod nuſquam memini legere productum, apud approbatos, ſed vbique aut correptum, vt ille egŏ qui quondam. aut per ſynalœphan, vt Stultus ego huic noſtræ

ſimilem. Nam Ouidii illud in epiſtol is,legēdū ſic ē, Sed quid ego hæc reuoco,dictis his omen abeſto. Itē apud Propertiū illud, Thuſcus ego,a Thuſcis orior. Et apud eundem,Cum tibi nec frater,nec ſit tibi fili' vllus,Frater ego,& tibi ſim filius vnus ego.Sic itē & illud,Sed quid ego hæc, feſſoſq. optatis demoror vn dis?Quod ſi in iis ipſis exemplis non fiat colliſio, defenditur magis vno ex modis cōmunium ſyllabarū, quam quod producatur o,licet Probus produci poſſe dicat ſecundum naturam o litteræ vocalis, quæ in vltimo frequentius producitur,quam corripitur.

Quarta,Duŏ & ſciŏ cum compoſitis corripiuntur. Virg.Præterea dŭŏ nec tuta mihi valle reperti Capreoli.Idem,Sī dŭŏ præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros. Idem,Nūnc ſcĭŏ quid ſit amor.Idem, Nēſcĭŏ,quis teneros oculos mihi faſcinat agnos. Quinta, illicŏ, modŏ,citŏ corripiuntur. Sero autem, quādo,ergo,profecto,indifferenter poni inueniunt. Statius,Sērŏ mĕmor thalami.Martial.Dic mihi cras iſtud Poſthume quāndŏ vēnit. Idem, dic bene,dic neutrum, dic aliquāndŏ māle.

Nono,R finita corripiuntur. Cæsăr,torculăr,pĕr,vĭr, amŏr,turtŭr.Sed hic modus duas habet exceptiones, quarum prima eſt,fār,lār,nār,uēr,fūr,cūr,pār,cum compoſitis diſpār,compār,producuntur, cor vero cōmune eſt.Secunda,In er a Græcis in ηρ producuntur. vt aēr,cratēr,æthēr,charactēr.Græce enim ἀὴρ, κρατὴρ,αἰθὴρ,χαρακτὴρ dicuntur. Præter patĕr & matĕr, quæ ſemper corripiuntur,licet a Græcis veniant πατὴρ,μήτηρ.

Decimo,S finita in quinque diuiduntur partes.as.es.is. os.us.

As finita producuntur,maieſtās,puellās,amās.Sed hæc regula duas habet exceptiones, quarum prima eſt, Nominatiui in as quorū genitiuus in dos definit,corripiūtur,ut Pāllăs et inflexq quæ terret Mænala cor-

nu.Et,Quattuor autumnos plēĭăs orta facit.
Secunda, Accuſatiui Græci in as eorum nominũ quæ per os mittunt genitiuum, corripiuntur, vt āŏnăs in monteas vt duxerit vna ſororum. Et, Permiſtos herōăs, ĕt ipſe videbitur illis. Et, Super & Garamāntăs, ĕt Indos proferet imperium.

Es finita producuntur, vt pariēs, patrēs, docēs. Hæc regula habet exceptiones tres. Quarũ prima eſt, Corripiẽtia penultimã genitiui creſcẽtis, corripiũtur, vt diuĕs, milĕs, ſegĕs. Vir. Dīuĕs īnacceſſos vbi ſolis filia lucos. Idẽ, Impiꝰ hęc tã culta noualia mīles hăbebit. Oui. Iām sĕgĕs eſt vbi Troia fuit. Pręter, Ariēs, abiēs, Cerēs, fidēs, rēs, pēs, pariēs, ſpēs, terēs. quæ producũt. Secũda eſt, Nominatiui Græci plurales in es, corripiũtur. Virg. Nāĭdĕs, indigno cum Gallus amore periret. Idẽ, ārcădĕs, o mihi tũ quam molliter oſſa quieſcent. Idem, Infándi Cyclōpĕs, ĕt altis montibus errant. Idem. Thrācĕs ărant. Tertia, ĕs a ſum cum cõpoſitis potĕs, adĕs modi tam indicandi, quam imperãdi, & penĕs, & inquiĕs, corripiuntur. Perſius, Fūr ĕs ăit Pedio. Iuu. Sī pŏtĕs illa pati. Virg. Hūc ădĕs o Meliboee. Hora. Quẽm pĕnes arbitriũ ẽ & ius, & norma loquendi. Nã ab edo ēs producitur differẽtiæ cauſſa.

Is finita corripiuntur, ignĭs, Păris. Hæc regula habet exceptiones ſeptem. Quarum prima eſt, Datiui, & ablatiui, & accuſatiui in is producuntur, his & ab his Dominīs, quīs pro quibus. hos fontīs, manīs, has partīs, & hos & has omnīs, leuīs. ſed quis & accuſatiui in is, tũ vt differant a nominatiuo ſingulari, tum etiã vt diphthongo longos eſſe ſignificetur, per ei melius ſcribuntur, quod & antiquos feciſſe legimus. Illud igitur ſic, Tu calamos inflare leueis, ĕgŏ dicere verſus. Itẽ, Queīs ānte ora patrum. Item, Treīs nŏtŭs arreptas in ſaxa latentia torquet. Secunda, producentia penultimam creſcentis genitiui, producuntur, Delphīs, delphīnis. Samnis, ſamnītis.

Tertia, in is a Græcis in εις per ει diphthongū produ-
cuntur. vt Pyroεις, Simoεις. Ouidius, Interea volu-
cres Pyroεis, ēous, & æthon. Idem, Hac ibat Simoεις;
hīc eſt ſigeia tellus. quæ licet penultimam corripiat;
tamen in ea accentus eſt acutus, quia integræ ad nos
veniunt. ſed de hic dicemus, vbi de accentibus tracta
bimus.

Q uarta, monoſyllaba in is producunt, vt uīs, ſīs. Præ-
ter īs, quīs nominatiuos, mīs, tīs, bīs, quæ corripiun-
tur. Iuuena. ſatyra quinta corripuit poſſis in eo uer-
ſu, Tam ieiuna fames? cum pōſſīs hōneſtius illic.
melius tamē defenditur extremi s abiectione, vt cor
ripiatur i per communem modum.

Q uinta, Secundæ perſonæ ſingulares in is quartæ cō
iugationis producuntur, vt audīs, neſcīs. Martial.
Neſcīs heu neſcīs dominæ faſtidia Romæ, quod oſtē
dit circunflexo accentu penultima primæ & ſecundæ
perſonæ pluralis neſcîmus, neſcîtis audîmꝰ, aud îtis.
Q uod ſi apud poetas aliquando is correptam inue-
nias (quod ipſe non memini legere. nam illud apud
Ouidium, ſic legendū eſt. Neſcio, an exciderint me-
cum loca) non propterea dixeris, communem eam
eſſe ſyllabam. Nec, quia Virgilius dixit, obſtupuīt, ſtē
tēruntq; comæ, propterea dicēdum fuerit in ſteterūt
penultimam eſſe communem

Sexta, Velīs cum compoſitis malīs, nolīs, producun-
tur. quare in plurali penultima in prima, & ſecun-
da perſona producitur, velīmus, malīmus, nolīmus,
velītis, malītis, nolītis.

Septima, Secūdæ perſonæ ſingulares futuri ſubiūcti
ui producuntur. vt dedero dederīs, audiero audierīs.
Ouidi. Da mihi te facilē, dederīs in carmine vires.
Horatius, Audierīs hæres ergo nunc Damna ſodalis.
Idē, Miſcuerīs ēlixa, ſimul conchylia turdis, Dulcia
ſe in bilem vertent. vnde in plurali, ut ſupra diximus
in tractatu de mediis ſyllabis, producunt penultimā

primæ,& ſecundę perſonæ,dederīmus,dederītis,au dierīmus,audierītis. Præteriti vero perfecti eædē ſin gulares corripiūtur,vt dederim dederīs,audierim au dierīs. Vnde in plurali prima, & ſecūda corripiūt pe nultimā,vt dederī mus,audiuerī mus:id quod ex Dio mede Grammatico licet cognoſcere,ſic enim inquit, Et in hac ſubiunctiua numero plurali vniformē de- clinationem præteriti,& futuri temporis, accētus di ſtinguit. Perfectū enim acuto accentu delineatur,fu- turum circumflectitur.ſic,Præterito cum dixérim*, Futuro cum dixerīmus. Sed notandū inueniri apud auctores is futuri vltimam in ſingulari, & ri penul- timam in plurali etiam correptas. Virgilius in ſexto, Cum tu ſupplex in rebus egenis, Quas gentes Ita- lum,aut quas non orāuerīs vrbes? Iuuenalis: Græ- culus eſuriens in cęlum iūſsērīs,ibit. Idem, Si dīxē- rīs, æſtuo, ſudat. orauerīs, iuſſerīs, dixerīs, futuri ſunt temporis, & ris corripitur. Horatius, in arte poetica, In verbis etiam tenuis, cautusque ſerendis, Dīxērīs egregie. hic dixerīs futuri eſt temporis, pro dices, aut dicere poteris, & tamen corripitur ris. Idem in ſermonibus, Nam fruſtra vitium vitāuērīs, illud,Si te alio prauum detōrsērīs. Vitāuērīs, & De- tōrsērīs, futuri ſunt temporis, & ris in vtroque cor- ripitur. Eſt enim ſenſus,fruſtra laboraueris vitan- do aliquod vitium, ſi prauus in aliud deflectes. vt ſi dixeris,fruſtra vitaueris Charybdim,ſi in Scyllam in cideris,id eſt fruſtra poteris vitaſſe Charybdim,ſi in Scyllam incides. Quod in prima perſona fiet mani- feſtius,Fruſtra vitauero Charybdim,ſi in Scyllam in cidero. Si quis autem diceret ſub perſona C. Cæſaris, Fruſtra ſubegerim Gallias,niſi & Pompeium vicero, alia eſt figura loquendi: quod quia non facit ad rem præterimus. Satis fuērit oſtendiſſe ſecundam perſonā futuri ſubiūctiui vltima correpta etiā inueniri apud auctores. Vnde Lucretius in primo, penultimam pri

mæ pſonæ futuri in numero multitudinis corripuit,
Quas ob res vbi vīdērīmus nil poſſe creari De nihilo
tum quod ſequimur, iam rectius inde Perſpicimus. Illud autem Virgilii in ſexto, Nanque vt ſupremam falſa inter gaudia noctem ēgērīmus, noſti. rī in ēgērīmus bene correpta eſt quia non futuri eſt, ſed præteriti temporis. Concludimus igitur in præterito I S & R I corripi ſemper. in futuro vero, & corripi, & produci poſſe. exempla cum R I producitur in futuro, adduximus ſupra, vbi de mediis ſyllabis regula cognoſcendis diſſeruimus. Veruntamen in proſa oratione illas ipſas IS & R I in præterito corripiendas, in futuro producendas cenſeo, vt ſicut lego legis vltima correpta, legīmus legītis penultima pronuntiamus: ita legerim legerīs vltima, legerīmus, legerītis penultima breui pronuntiemus. eodem modo quia in amauerim amauerīs, docuerim docuerīs, audiuerim audiuerīs, I S vltima corripitur, in amauerīmus amauerītis, docuerīmus docuerītis, audiuerīmus audiuerītis, R I penultima corripietur. Præterea ſicut amo amās, vltima, amāmus amātis penultima: doceo docēs vltima, docēmus docētis penultima: audio audīs vltima, audīmus, audītis penultima longa dicimus: ita contigero, contigerīs vltima, contigerīmus cōtigerītis penultima: dedero dederīs vltima, dederīmus dederītis penultima: docuero docuerīs vltima, docuerīmus docuerītis penultima: Tranſiero tranſierīs vltima, tranſierīmꝰ trāſierītis penultima producta dicamus. quidam tamen R I S tunc produci aiunt a poetis, cum eſt principium pedis, nec aliter, & defendi vno ex modis ſyllabarum communium: R I autem in plurali produci regula, quia cum inueniuntur ſimul quattuor breues, licet vnam producere propter metrum. Sed vt vidimus, Diomedes aliter ſentit, vult enim omnino produci eas in futuro, corripi in præterito.

Os finita producuntur, vt dōs, honōs, dominūs. Sed

hæc regula duas habet exceptiones. Quarum prima eſt, ōs oſſis corripitur. Secunda, græca in os per o paruum, vt Delŏs, Iliŏs, Chaŏs, huius Aeneidŏs, Tereŏs, corripiuntur. Ouidius. In chăŏs antiquum confundimur. Idem, Attamen ille tuæ felix æneïdŏs auctor. Martialis, Flet Philomela nefas inceſti Tēreŏs, & quæ Muta puella fuit garrula fertur auis. Nam in os per ω magnum, ſemper producuntur, vt herōs, Minōs, androgeōs.

Vs finita corripiuntur. Deŭs. Sed hæc regula habet exceptiones quattuor. Quarum prima eſt. Genitiui ſingulares, & nominatiui, & accuſatiui, & vocatiui plurales producuntur, vt huius, hæ, has, & o manūs. Secunda, Producentia penultimam genitiui creſcentis, producuntur, tellūs tellūris, virtūs virtūtis, ſalūs ſalūtis. Notatur, vt ſupra dixi, palŭs palūdis, in poetica, Regis opus, ſterilisq́ diū pălŭs, aptaq; remis. quod defendi poteſt excluſione s litteræ correpta u, quemadmodum Inſulæ Ionio in magno. Tertia, Monoſyllaba in vs producuntur, plūs, thūs, mūs autem & sūs non ſolum quia monoſyllaba, ſed etiam quia Græce μῦς σῦς dicuntur, & ὐψιλὸν longa eſt, id quod etiam accentu circumflexo oſtenditur. Quarta, Græca in ūs vt panthūs, melampūs, Sapphūs, amathūs producuntur. At pus tamen compoſita etiam corripiuntur. Horatius in epodis, Pōlўpŭs, an grauis hirſutis cubet hircus in alis. Idem in ſermonibus, Delectant, veluti Balbinum Pōlўpŭs Agnæ. ſed tunc a Græcis in os ad nos veniunt, nam Græce & πολύπους & πόλυπος, οἰδίπους & οἴδιπος, & τρίπους, & τρίπος dicitur. nam Attici πολύπους, Aeolici πόλυπος dicunt, vt alterum ſit per ſynæreſin πολύποος πολύπους. vt νόος νοῦς. alterum abiectione, πολύποος πόλυπος. componitur enim a πούς, & πούς a ποὸς ὀξυτόνως, vnde ποὸς πούς cum acuto accentu. vide Etymologicon in dictione πούς. Multa de Polypo apud Athenæum ha-

bentur; in quibus & hæc, τὴν δὲ ἀττικὴν πολύποιυ φασὶν, ὡς καὶ ἀλκίνοιυ, καὶ οἰδίποιυ, καὶ τρίποιυ δὲ λέβητα αἰσχύλον εἰρηκέναι ἐν ἀθάμαντι ἀπὸ ἁπλοῦ τοῦ πϋς, ὡς νόος νοῦς, τὸ δὲ πόλυπον λέγειν αἰολικόν, ἀττικοὶ γὰρ πολύποιυ λέγουσιν. Ἀριστοφάνης δαιδάλῳ, ταῦθ' ἑκόντα πολύπους, καὶ σηπίας, καὶ πάλιν. πολύπου μοι ἔθηκε, καὶ πάλιν, πηγοὶ λέγονται πολύπου πιλουμένου. ἀλκαῖος ἀδελφαῖς μοιχευομέναις, ἠλίθιον εἶναι, νοῦν τε πολύποδος ἔχειν, ἀμειψίας κατεσθίοντι, δεῖ μὲν ὡς ἔοικε πολλῶν πολύπων. πλάτων παιδὶ, ὥσπερ τοὺς πολύποδας, πρώτιστα σέ. ἀλκαῖος, ἔδω δ' ἐμαυτὸν, ὡς πολύπους, εἰ δὲ πολύποδα, προφέρονται ἀνάλογον τῷ ποῦς ποδὸς ποδὶ πόδα. Paullo poſt ſubiungit, ἐπίχαρμος δ' ἐν ἥβας γάμῳ, πώλυποί τε, σηπίαι τε. καὶ ποτ' αὐαὶ τοὶ τείδες χαλυσῶδας βολβίτις γραῖαί τ' ἐριθακώδεις. ἀρχέστρατος δέ φησι, πώλυποι ἔν τε θάσῳ καὶ καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι, καὶ κέρκυρα τρέφει πολλοὺς, μεγάλους τε τὸ πλῆθος. δωριεῖς δ' αὐτὸν διὰ τοῦ ω μεγαλον καλοῦσι πωλύποιυ, ὡς ἐπίχαρμος. καὶ σιμωνίδης δ' ἔφη, πώλυπον διζήμενος, ἀττικοὶ δὲ πολύποιυ. Itidem etiam legitur in epigrammatis ΑΝΤΙΠΑ´ΤΡΟΥ, πώλυπος εἰνελίῃ πότ' ἐπὶ προβλῆτι γανωθεὶς ἠελίῳ ψύχειν πολλὸν ἀνῆκε πόδα. ΙΣΙΔΩΡΟΥ, πώλυπον ἀγρεύσας ποτὲ γύνιχος, ἐξ ἁλὸς ἐς γῆν ἔρριψεν, δήσας θηρὸς ἱμαντοπέδων. Homerus quoque in ος vſus eſt nominatiuo in dictione ἄρτιπος, ait enim ἰλιάδος ι, ἠδ' ἄτη, σθεναρή τε, καὶ ἄρτιπος οὕνεκα πάσας. vbi notandum in illo Horatii, Polypus an grauis:& in illo eiuſdem, Balbinum Polypus Agnæ, po produci poſſe dorice, a πώλυπος per ω magnum. eadem ratione etiam Polydamas apud Perſium. Quanquam aliqui & Pulypus, & Pulydamas p u legunt, p v, quoniam & πουλυδάμας, & πούλυπος per ου diphthongum apud Græcos cum πο producturi ſunt, inuenitur.

Vndecimo, v finita producuntur omnia, fluctū, manū,

tū,diū,cornū,genū,amatū.Sed notādum neutra in u. in nominatiuo,accuſatiuo,& vocatiuo corripi,in reliquis vero produci,id quod Max.Victorinus de nominatiuo ſcribens,ſic teſtatur. u terminatus corripitur,vt cornŭ,genŭ,tonitrŭ. Quanquam Priſcianus refragatur his verbis.In u neutrorum, quæ indeclinabilia ſunt in ſingulari numero,vt hoc genu,huius genu,hoc cornu,huius cornu,In quibus quamuis quibuſdā artium ſcriptoribus videatur temporū eſſe differentia(Dicunt enim nominatiuum quidem,&accuſatiuum,& vocatiuum corripi,reliquos vero produci)Ego in vſu pariter in omnibus produci inueni caſibus hæc nomina.nec irrationabiliter.Omnis enim in quacūq; parte terminatio in u definēs,producitur,vt. fluctū,panthū,tū,diū.Ouid.in octauo Met. Dextraq; a poplite leuum Preſſa genū,digitis inter ſe pectine iunctis.Ecce enim hic accuſatiuus eſt ſine dubio, & producitur.Apud Virgilium quoque in primo Aeneidos,Nuda genū,nōdoq; ſinus collecta fluentes.quomodo enim ſinus collecta accuſatiuum iūxit nominatiuo,ſic etiam nuda genu.hæc Priſcianus.cui ego non accedo:primum,quia eam regulam,quod omnis in quacūque parte terminatio in v definēs producatur, ipſe ſibi videtur finxiſſe.Nam qui ante eum fuerunt, grammatici,vt Max.Victorinus,Marius,Seruius, aliter ſentiūt,vt& ipſe Priſcianus teſtatur.Deinde,quia preſſa genū apud Ouidium,& Nuda genū apud Virgilium,poteſt produci ratione communis ſyllabæ, per eam regulā.quæ dicit,In heroico verſu cuiuſcunque pedis ſyllaba prior,cum a ſuperiore verbo remāſerit promiſcue lōga erit,aut breuis,vt poeta voluerit,quoniam in ea pars orationis impletur,vt illud Virgilii in Georgicon tertio,Inualidūs,ĕtiamq; tremens, etiam inſcius æui.Ecce dūs natura breuis,producitur, quia eſt in fine dictionis,& pedis prima ſyllaba. Præterea præter Grāmaticorum Victorini,& Seruii auctorita-

Item,poteſt etiã v in nominatiuo corripi,ad imitationem Græcorum,qui ὑψιλὸν in huiuſmodi nominibus corripiũt,vt γόνυ apud Theocritũ in eo verſu, ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται, ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμας. ἦ γόνῠ, dactylus. Sĭc πρόχνυ apud Homerum ἰλιάδος ι, πρόχνυ καθεζομένη, δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι, πρόχνυ pro πρὸ γόνυ,pro ἐπὶ γόνυ, & abiectione ὁ πρόγνυ, καὶ πρόχνυ. & corripitur νῠ, πρōχνῠκᾰ,dactylus. ὑψιλὸν enim apud nos ſæpe in v mutatur,vt τὺ tu. μῦς mus: κῦμαι Cumæ. δύο duo. γόνυ genũ. Adde quod ibi,Nūdă, gĕnū, poteſt genu eſſe ſeptimus caſus.Nam,etſi vni dictioni non licet diuerſos caſus coniungere,duabus tamẽ & pluribus licet. Alba enim crinibus,& dentes mulier,non licet dicere.Alba autem crinibus,& nigra faciẽ,licet.Sic in verbis,etſi me amas, tamen mihi ſemper noces.Item,Sed vos qui tandem?quibus aut veniſtis ab oris?Quoue tenetis iter?non igitur neceſſe eſt genu caſus eſſe accuſatiui,quia ſequitur ſinus collecta fluentes,poteſt enim ſimul per nomẽ eſſe ſynecdoche cum caſu ſeptimo:per participium vero,Græca figura cum accuſatiuo, ac ſi dixiſſet,Rubra genis, nodoq; ſinus collecta fluentes. Eſſe præterea ſeptimum caſum nuda genu,colligitur etiã ex Probo, vbi ait,Nominatiuum ſingularem aptōti nominis neutri generis V littera terminatum in poemate aliquo,non facilius inuenies, vt ſi facias hoc cornu , hoc genu , vel hoc gelu.Nam hæc nomina apud Virgilium in ſeptimo caſu inueniuntur.

DE SYLLABIS NATVRA LONGIS.

Syllabæ natura longæ quinque modis eſſe poſſunt. Primus eſt,cũ vocalis ſola eſt, & producitur vt ō ānĭmam, & mores,cum qua dii nocte loquuntur,&Spē gregis,āh sĭlice in nuda connixa reliquit,&dicitur,is modus conſtat natura.Secundus eſt,cum diphthongus fuerit,de qua dicitur,conſtat diphthongo, vt æ,

œ,au,eu,ei. Tertius eſt,cum præponitur conſonāti,vt ēn ĕgō victa ſitu.de qua dicim⁹,incipit. Quartus,eſt cum poſtponitur, vt,nē pĕtē connubiis natam ſociare Latinis.de qua dicimus,ſic terminaī. Quinctus ē cum inter duas pluras ve ponitur cōnſonantes,vt,Sōl qui terrarum.

DE SEPTEM MODIS COMMVNIVM SYLLABARVM.

Communium ſyllabarū modi ſunt ſeptem. Primus eſt cum correpta vocalis excipitur a duabus conſonantibus,quarum prior ſit muta,ſequens vero liquida,vt cy in Cyclops. Eſt enim hic breuis apud Virgilium, vaſtosque ab rūpĕ Cўclopas. longa vero hic apud eundem. At genus e ſyluīs Cўclopum & montibus altis. Et pa in patres, eſt enim hic breuis, Albanīquē pătres,atque altæ mœnia Romæ.hic longa,Perpetui ſoliti patres conſidere menſis. vt A itē in Atlas, eſt enim breuis,Viribus inferior(quis enim par eſſet ătlantis Viribus)hic longa,Conſtitit heſperio regnīs ātlantis in orbe.idq; tantum in eadem dictione,vt in ſuperioribus exemplis.In diuerſis autem dictionibus muta cum liquida nō poteſt producere antecedentē breuem,ſed breuis,vt erat remanet, vt Summa pete, aut ſummas defringe ex ărbŏrĕ plantas.Item,& cō iuratos cęlum reſcĭndĕre fratres.Et,Tum multa in tectis crepitans ſalit hŏrrĭdă grando.Et, Quā circum extremæ dextra,læuāquē trăhuntur.id quod Terentianus ſic præcepit.

Si mediam vocalis habet,quam conſona,& vda
Excipiunt, nequeunt geminæ vexare priorem.
ūndĕ trĕmor terrīs,aut hoc percūſſă trĭdēnti,
Dactylus efficitur,nam longa eſt reddita prima,
Et mediam nil vda iuuat,quæ ſubdita currit.
Sic manet ūndĕ brĕuis,ſic & percūſſă tridenti.
Syllaba ſi contra fortisq; & viuida detur,
ūndĕ ſcire potes,percuſſā ſpumat arena,

Reddet ſpondeos iuſta ratione locatos.
Nec modo quia verbo finem facit ūndĕ, pŭtato
Sic cecidiſſe, magis ſermone notabis in vno
Congruere, vt caſſæ pariter ſint conſona, & vda,
Et ſolem geminum, ēt dŭplīces ſe oſtendere Thebas.
ēt dŭplīces mediam non poſſint reddere longam:
Reſpicis vdarum quamuis, modo fiat inanis,
Subiectæ quoties, & iuris ſunt alieni.

Non poſſe ait mutam cum liquida producere antecedentis dictionis breuem, s vero litteram poſſe. c PT ſcilicet mixis præpoſitam, quod oſtendit eo verſu, ūndē ſcīrē pōtes, pcūſſā ſpūmāt arena, vbi ūndē, cuſſā ſpondei ſunt. Idem etiam colligitur ex his eiuſdē verſibus, in quibus docet præcedentis dictionis, trochæū nunquam exire in ſpondeum adiumento conſonantium, quæ ſequuntur, ſed in dactylum ſemper.

Quippe vbi ſola manet verbi vocalis in imo,
Et breuis hæc abſciſſa aliam, comitemq; requirens,
Nullaq; conſona iuncta parat dare temporis auctum,
Nil iam ſpondeo videas ſupereſſe relictum.
Vel tu ruricolæ primum decurre Maronis.
Liber & ālmă Cĕres, & fĕrtĕ sĭmul Dryadesque.
Munera vĕſtră căno. & ſtudium cui prīmă frĕmentem
Fudit equum magno tellus percūſſă trĭdenti.
Ipsĕ nĕmus, Tegeæ ĕ fauens, oleæquĕ Minerua.
Diquĕ Dĕæq; omnes, ſtudium quibus ārua tŭeri.
Quīquĕ nŏuas, & quīquĕ ſatis, & quæquĕ sĭbi mox.
Nec tibi regnandi veniat tam dīră cŭpido.
ān nĕ nŏuum, tunc īpsĕ tĭbi plus pārtĕ rĕlinquit.
Vērĕ nŏuo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zĕphyro putris ſe glēbă rĕſoluit.
Et quid quæquĕ fĕrat regio, & quid quæquĕ rĕcuſet.
Bis decies, vnumq; ſupra, niſi fallimur, ecce
Dactylon efficiet talis, quem dico, trochæus,
Spondeum & nullum potuit dare verſibus iiſdem.

Non niſi in eadem dictione inueniri liquidam poſt

mutam producere antecedentem breuem, ſic idem Terentianus.

Vda igitur nunquam præbebit ſubdita tempus,
Præbebit verbo depreſa, aut nomine eodem,
Rēplēt cum dico ſubiecta eſt vuida mutæ.
ātlās vt Græca, ſic profero voce latina.
Vda ſecunda vtinam noſtra ſic voce ſederet.
Exemplo ſat erit, qui dixit membra pyrāchmōn,
Tertia rūni cy̆cnus & quarta frequentior his eſt.
Nam mutis docui ſubiectam hanc omnibus eſſe.
Fābrĭcĭum dixīt, sācrum, qui limite quādrēt.
āgrĭcola, ēt vēpres dixit ſaluere per ūtres.
Tempora ſic præbent udæ, cum ſubiiciuntur.

M tamen & N liquidas poſt mutas in Græcis tātum dictionibus inuenimus, vt ſic dixerim, liqueſcere, & caſſas fieri quanquam M ne in dictione quidem Græca apud noſtros memini legere, ſed N dūtaxat. Ouid. Piſcosāmquē Gnĭdon, grauidamq; Amathunta metallis. Martialis, Delectat Marium ſi perniciōsūs ĭchneumon. Idem, Quæ capta eſt alio nupta Lacæna cy̆cno? Seneca in Hercule furente, Mundus puellæ ſerta Cnoſiacæ gerit. In quibus verſibus sām quē Gnĭ, ōsūs, ĭ, cænā cy̆, tres eſſe dactylos videmus, & tăcnō iambū in quarto loco, atque N udam nihil iuuare antecedentem breuem. Quod factum eſt ad imitationē Græcorum, apud quos μ & ν frequenter poſt mutas effluunt. Euripides in phœniſſis, Ἰσότης ἔταξε. κἀριθμὸν διώρισεν. Idem in iiſdem, κλεινάς τε θήβας. τῶν δ' ἑλοῦ δυοῖν πότμοιν τὸν ἕτερον, ἢ γὰρ παῖδα σῶσον, ἢ πόλιν. In iiſdem, τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις, ἡγοῦ τέκνον, Πρὸς οἶκον, ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ. In iiſdem, ἀπωλόμεσθα δύω κακῶ σπεύδεις τέκνον. Idem in Hecuba, ἔπλευσ' ὅπως δ' ἔπλευσα θεσμανῶ πότμῳ. In eadem, καὶ πῶς, ἔχεις δὲ πρόφασιν. ἔστι γὰρ τέκνα. Callimachus. Νύμφης, ὡς μεγαρέων οὐ λόγος οὐδ' ἀριθμός. Theocritus, ἄμμες δ' οὔτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθμητοί.

τοί. Cratinus in cleobulinis, vt citat Hephęſtion, ἴστω ἀνμών, καὶ σφυρὰ νοάνια δῠτριχι πάλω. Idem in Panoptis, κρανια διστὰ φορῶν, ὀφθαλμοὶ δ᾽οὐκ ἀριθματοί. In horis, ὁ δὲ πρὸς εἶδος ἄρ ἦν ὁὐδὲν προσιδόντι τεκμαρτόν. In quibus, ῥέθμῶν in quarta ſede ſenarii verſus Iambici, & Ρὸτμῶν & bis τέκνον, & τί χνῦ, & Ρὸτμῶ ĩ ſexta, ſex ſunt iambi. Item ἴστ̆νᾰ, dactylus in prima ſede heroici verſus. Itē δ᾽οὐκ ἄρῐ, οὐ δ᾽ ἄρῐ, οὐ τἄρῐ. δῶν τῐ τέ, bis duo dactyli.

N etiam poſt M inuenitur apud Græcos ſyllabam facere indifferentem. Cratinus, ἀλλοτριογνώμοις ἐπιλάσμοσι μνημονικοῖσι. λάσμοσι, dactylus. Epicharmus in Megaride, δύ̆υμνος, καὶ μουσικὰν ἔχουσα πᾶσαν φιλόλυρος ἦχή. δῡ ῡ trochæus. Eſt enim metrum trochaicum, quod in locis imparibus nō niſi trochæum, vel tribrachyn ſuſcipit. In δύ̆υμνος Y, ſequentibus μ ν, communis eſt. Callimachus, vt citat Hphęſtion, τῶς μὲν ὁ μνησάρχειος ἔφη ξένος. τῶς μὲν ὁ dactylus. vbi μν in μνημονικοῖσι, & in δύ̆υμνος, & μνησάρχειος non producunt antecedentes breues ſ. ν.ο. Quos imitatus Horatius in prima ode, dixit, Euterpe cohibet, nec Pŏlȳmnēia; vbi ly in Polymneia corripuit, licet ſequantur m & n, quæ poterant poſitione producere, vt in illo Heſiodi, Τερψιχόρη τ᾽ ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ᾽, οὐρανίη τε, λῡμνῐ ᾰ dactylus. Eſt enim Euterpe cohibet, nec polymneia, metrum choriambicū Aſclepiadeum tetrametrum, conſtans ſpondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio ſic, Eūtēr, ſpondeus. pē cŏhĭbēt, choriambus. nec pŏlȳmnē, iterum choriambus. ĭă, pyrrhichius. Idem quoque ſenſiſſe videtur Ouidius quincto faſtorū, vbi ait, Diſſenſere Deæ, quarūm Pŏlȳmneia cœpit. rūm pŏlȳ, dactylus. quāquam hic & pulymnia legi poteſt, vt ſit ſpōdeus rūm pū. vt illud apud Perſiū, Nec mihi Pūlȳdămas, nec troiades Labeonem, pro Polydamas, quod ab Homero accepit, qui Iliad. χ, ita Hectorem inducit loquentem, ὤμοι ἐγώ, ἤ μένει πύλας, καὶ τεί

κεκάδω, Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει Ποῦλυδάμας pro πολυδάμας propter metrum, vt illud Virgilii, Venit & ūpīlio, tardi venere bubulci. vpilio pro opilio. eodem modo fortaſſe apud Ouidium Pulymnia tetraſyllabum, pro polymnia. Quanquam πωλύμνια, πωλυδάμας & huiuſmodi per ω magnum ſcribunt Dores, vt πωλύπους Athenæo teſte, vt ſupra diximus in vltimis ſyllabis, quæ in vs deſinunt, vnde Polymnia, Polydamas primam poſſunt producere ſecundum Dores. ſed magis placet, vt ſit pentaſyllabū polymneia, ad imitationem Horatii, cuius fuerat familiariſſimus, de quo ſic ſcripſit ī Triſtibus, Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures, Dum fecit Auſonia carmina culta lyra. Aliqui tamen vtrobiq; legūt polyhymnia, quod non placet. non enim componitur ex πολὺ, καὶ ὕμνος, ſed ex πολὺ καὶ μνεία, vt a memoria dicatur, cuius filias eſſe muſas teſtatur Heſiodus, μοῦσαι ὀλυμπιάδες κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο, τὰς ἐν πιερίῃ κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα μνημοσύνη. & licet Græci per vnum ὑψιλὸν, & per iota μνι, & carmine, & proſa oratione ſcribant; ſic πολύμνια προπαροξυτόνως, ſicut & Heſiodus eo verſu protulit, πολύμνιά τ' οὐρανίη τε. & Gaza in tertio, vbi dicit, ἐξαιρέσθω τὰ εἰς μνια, καὶ τρια; πολύμνια ψάλτρια, τῶ γὰρ, tamen puto factum magis ἐξαιρέσει τοῦ ε ex ει diphthongo, quam vel geminiū υ in vnum υ συναιρέσει. nam nuſquam legitur geminum υ υ in vnum υ contrahi, vel alterius υ abiectione, quoniam quæ componuntur ex πολὺ, ſeruant υ, vt πολυειδὴς, πολύυμνος, πολυυδρία, πολυΐστωρ, ex ει vero modo ι, modo ε auferri κατὰ διάλεκτόν τινα legitur. nam Iones ἀθενία pro ἀθένεια, & εὐγενία pro εὐγένεια ἐξαιρέσει τοῦ ε, dicunt, vt in eodem libro de orthographia Gaza refert. Iones etiam ἱρεὺς pro ἱερεὺς proferunt. Idem igitur in Polymnia factum dixerim, vt ἐξαιρέσει τοῦ ε proferatur ἰωνικῶς, receptumque, vt per i ab omnibus ſcribatur. Quod autem

μνεία per ει diphthongum ſcribatur, teſtis eſt Theodorus in eo ipſo de ortographia libro, vbi ait, ἡ μνεία πρὸ φωνήεντος μὲν μνίον τῷ ῑ μνεία τῇ ει, & etymologicon vbi legitur, μνεία. μένω. μενία, καὶ καθ᾽ ὑπερβιβασμὸν μνεῖα, καὶ συναιρέσει μνεία. Ex πολὺ igitur, & μνεία πολύμνεια, & diſſoluta ει diphthongo, polymneia πενταςυλλάβως protulit Horatius propter metrum, quemadmodum in elegia factum legimus; quod quia per ει ſcribitur in penultima apud Græcos ſic ἐλέγεια noſtri interdum diſſoluta ει diphthongo, elegia ει πενταςυλλάβως proferunt, antepenultima producta. Ouidius, Flebilis iudignos Elegēiă ſolue capillos. Idem, Blanda pharetrâtos Elegēia cantet amores. Sed plerunque elegia τετραςυλλάβως dicitur. Martialis, Detineat cultis aut elegīă cōmis. Statius, Quas inter vultu petulans elegīă prōpinquat. A quo elegidium diminutiuum. Perſi°, Sed ſiqua elegīdiă crudi Dictarunt proceres. & vbique e & le primæ ſyllabæ corripiuntur, & i a diphthongo ει producitur, ſic ĕlegus ſemper corripit primas ſyllabas. ēlēgi igitur in eo verſu, Flendus amor meus ēſt, ēlēgī flebile carmen, non nomen eſt, ſed verbum. Sunt prçterea qui volunt legendum apud Horatium, Neque polymnia, licet repugnet ſyllaba, præſertim cū præcedat, ſi neque tibias, quaſi non liceat nec poſt neque ſubiungere, quod facile inuenitur. Virgilius, Sed neque Medorum ſiluæ ditiſſima terra, Nec pulcher Ganges. ſed non recte iudicant, primum quia non eſt quiſquam obſeruantior ſyllabarum Horatio. Deinde quia cum in ceteris fuerit diligentiſſimus, nō eſt credendum fuiſſe hic tam negligentem, vt abuſus fuerit ſyllabam. Silius quoque corripuit ra in theramneo, cum dixit. Ecce inter primōs thĕrămneo a ſanguine clauſi, mōs thĕiă, dactylus. Phornutus, qui de natura deorum ſcripſit, de polymnia hæc inquit, Πολύμνια δέ ἐςι πολυύμνητος ἀρετή. ἢ μᾶλλον ἣ πολλὰ ὑμνοῦσα, i. καὶ ὅσα

περὶ τῶν προγενεστέρων ὑμνεῖται παραληφθῆναι καὶ τῆς ἐκ τῶν ποιημάτων καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων ἐπιμελημένη. vult igitur Phornutus ἀπὸ τοῦ πολὺ, καὶ ὕμνος, componi Polymnia. vtcunq; igitur ſcripſeris aut Polymneia aut Polyhymnia apud Horatium (nam eſſe alterum neceſſe eſt) recte ſcripſeris.

Duæ præterea mutæ inueniuntur aliquando non producere antecedentem breuem, ut m & n liquidæ. Mar. Sardonicās ſmărăgdos, adamantas iaſpidas vno Portāt in articulo Stella Seuere meus. cā ſmără, dactylus. aliqui tamen putant legēdum ſmarados abiecto g propter metrū: quod nō placet. ſic Homer. ὁ δυσσεύς δ᾽ ἐξ ἦν ἀνεὶ θήβης αἰγυπτίης, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κεῖται. μῆς ἐπ, dactylus. nec obſtant κτ in dictione κτήματα. Idem. αἰγύπτιη τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα φάρμακα. αἰγύπτι vtrobique dactylus, licet id per συνεκφώνησιν ſeu συνίζησιν eſſe poſſet, quæ fit modis quattuor, quorum vnū eſt, cum ſyllaba breuis & longa pro una longa accipiuntur, vt hic τιῆ τῇ. & alibi ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες. μεν θεοι ſpondeus & μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος, δεω ἀχι dactylus. Theocritus, θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσὶν ἀνάρσιος αἰγυπτίησιν. αἰγυπτι, dactylus. Aeſchylus in ſupplicibus, ἥγεισθε βωμοὺς κτίστους θεῶν ἕδρας. στι κτους iambus, in quarta ſede ſenarii iambici. Herodianus etiam μέμνηκα πέπτωκα κέκτυκα, ideo inquit duplicare principium præteriti perfecti per conſonantem præſentis, & ε, quia μν, πτ, κτ inueniuntur in metris ſæpe efficere cōmunem ſyllabam. vt facit muta cum liquida.

Illud obſeruandum, quotieſcunque in carmine inuenitur muta cum liquida indifferentem facere antecedentem ſyllabam, eſſe eam ſyllabam natura breuem, & propterea in proſa oratione ſemper eſſe corripiēdā, vt lugŭbris, funĕbris, muliĕbris a mŭlĭĕris penultima correpta. Terent. Neque ſatis digna, cui committas primo partū mŭlĭĕrĕm. ĕrĕm pyrrhichi⁹.

Item impĭgre, podăgra, chirăgra, tenĕbræ, latĕbræ, volŭcris, pharĕtra, & huiuſmodi. Præterea notādum vocales natura longas non poſſe vnquam corripi ſequente muta cum liquida; ſed produci ſemper & proſa & carmine, vt ſālūbris, lauācrum, arātrum, ſimulācrum, ambulācrum, candelābrum, volutābrum, delūbrū, mātres, & huiuſmodi; quia apud poetas nūquā leguntur penultimā breui. aratrum tamen quidā putant corripere penultimam, quia Græce τὸ ἄροτρον ὁ μικρῷ ſcribitur. ego tamen ſemper legi penultima longa tanquam a ſupino deductum, ut lauācrum, delūbrū, ſimulācrū, & cetera, quæ ſupra diximus. Quod aūt ſaluber pducat penultimā, pbat hoc verſu Ouidii, Phœbe ſālūbĕr ădes. quem etiā Priſcianus citat. Secundus modus eſt, cum ſyllaba vocali longa, vel diphthongo finita in fine dictionis, vocalis ſequit̄ nulla interpoſita conſonante. Eſt enim hic breuis, Te Corydōn ŏ ălexi, trahit ſua quenq; voluptas. & hic, Credimus, ān quī ămant ipſi ſibi ſomnia fingunt. & hic, Īnsŭlæ Ionio ī magno, quas dira Celæno, Harpyiæq; colunt aliæ. & hic, Victor apud rapidū Simoenta ſub Īlĭō alto. hic autem longa, Stant & iuniperi, & caſtaneæ hīrſutæ. & hic, Et ſuccus pecorī, ēt lac ſubducitur agnis. Item hic, Tu ne ille Aeneas, quem Dardaniō ānchiſe. & hic, ō ĕgŏ quantum egi, quam vaſta potentia noſtra eſt. Quod ad Græcorum facimus imitationem, qui & vocales longas, & diphthongos in fine dictionis ſequente vocali, modo corripiunt, modo longas ſeruant. Homerus ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. hic enim & οι in ἄνδρα μοι corripitur ſequente, ε in dictione ἔννεπε, & η in πλάγχθη ſequente ε in ἐπεὶ, ſunt enim duo dactyli, ſic ἄνδρᾰ μοῐ, πλᾱγχθῠ ε. Idem. τῷ οἱ ἐπεκλώσαντο θεοί. οἶκον δὲ νέεσθαι εἰς ἰθάκην. Et ὦ πάτερ ἡμέτερε κρονίδη ὕπατε κρειόντων. hic enim neque ω in θεοὶ corripitur ſe-

quente vocali in ὄμονδε, neque η in κρονίδη, quamuis ſequatur υ in ὕπατε. ſunt enim duo ſpondei. Idem, ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν ἄργει τήλοθι πάτρης, in ἡμετέρῳ ω longa remanet, in οἴκῳ autem corripitur, ſcanditur enim ſic, ἡμέτε dactylus ρῷ ἐνὶ dactylus, οἴκῳ ἐν dactylus, ἄργει ſpondeus, τήλοθι dactylus, πάτρης ſpondeus. Sed Græci in media quoque dictione tam ſimplici, quam compoſita idem facere inueniuntur, ſed raro. οι enim in hoc verſu apud Aeſchylũ in Niobe, corripitur, ἴσρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται. eſt enim verſus trimeter iambicus, & ſcanditur ſic, ἴσρος ſpondeus, τοιαυ Iambum, τας παρ ſpondeus, θένους iambus, λοχεύ iambus, εται iambus. ſuſcipit enim in locis paribus Iambus, tribrachyn, anapæſtum. Citant autem hunc verſum Hephæſtion, & Priſcianus. Item in hoc apud Theocritum, ὑψηλὰς ἐσ πόντον ἀρῶν, ἀεὶ δὲ τοιαῦτα. & in hoc apud eundem, νύμφα καὶ προγένειος ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς. Et Οὔτετις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα. Item apud Homerum. οἶδ' ἀρετὴν οἷος ἐσσί, τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι, in quibus verſibus, εἰ δὲ τα, σθαι με ποι, ἔργα τοι, της οἷος, dactyli omnes. Hic autem longa remanet οι apud Homerum, παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται. μοῖ οἱ ſpondeus in quarta ſede. Item αι hic apud Homerum corripitur, σαυνχίνσ' ὑποφῦται ἀνὰ πτόποδες χαμαὶ εὐναί. Item hic ἔδμεναι οἷα σύες χαμαὶ εὐνάδες αἰὲν ἔδουσιν. δες χαμαι dactylus. ες χαμαι etiam dactylus. hic vero lõga remanet apud eundem, λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν ὀϊλῆος ταχὺς αἴας μείων, οὔτι τόσος γε, ὅσος τελαμώνιος αἴας. i. vtroque ſpondeus. η etiam corripitur hic apud Homerum. ἕκτορ, ἡ ἐ πριάμοιο τίη δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων. ἕκτορ ἡ, dactylus. hic vero longa apud eundem, τῶν ἦρχε ἀσκάλαφος, καὶ ἰάλμενος, υἷες ἄρηος, υἷες α, dactylus. Sed, vt dixi rariſſime inueniuntur in media dictione correptæ ſyllabæ longæ, præſertim in Heroico hexametro.

Tertius modus, eſt cum correptam vocalem in fine dictionis duæ ſequuntur conſonantes. Quarũ prior eſt s littera mutis c p t præpoſita. Eſt enim hic breuis apud Virgilium, Pōnĭtĕ ſpes ſibi quiſque ſuas. & hic apud Horatium, Linquimus inſani ridentes præmĭă ſcribæ. Item hic apud Catullum, Teſtis erit magnis virtutibus ūndă Scămandri. pōnĭtĕ, præmĭă, ūndă ſcă, tres dactyli. Eodem modo etiam apud Græcos. Homerus, ἀκλειῆς αἴδηλος ὑπὸ νεφέεσσι σκεδάσθη. Idē, τῶν γὰρ ὠμὰ κελαινὸν ἐνέρροον ἀμφὶ σκάμανδρον. Idem, ὃν ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ σκάμανδρον, in quibus s & p in dictione ſpes, & s, & c & r i dictione ſcribæ, non obſtant, quin antecedentes pedes pōnĭtĕ, & præmĭă ſint dactyli. Item s, & c, in dictione ſcamandri, & σ & κ in σκεδάσθη & σκάμανδρον in vtroq; verſu, non obſtant trochæis, qui præcedunt ūndă & ἔσσι & ἀμφὶ; & δρες δὲ, quin adiunctis ſca, & σκε, & σκα ſyllabis, fiant dactyli, ūndă ſcă, ἔσσι σκε, ἀμφὶ σκα, δρες δὲ σκα. hic autē, quĭſquĕ ſcire cupit, aut quĭſquĕ ſcribere curat, Et hic, āntē Steſichorū vatem natura creauit, Et hic, ūndē ſciſſa coma eſt, aut ūndē ſpiſſa corona apud Terētianū, (nā apud alios nō memini legerẽ) lōga eſt. Quinq; .n. trochæi quĭſquĕ, & quĭſquĕ & āntē, & ūndē, & ūndē adepti, quod deerat tēpus poſitione s ſemiuocalis, & c, & t, & p mutatū, ſequēte vocali lōga, trāſiere in ſpōdeos. Interdū igitur s littera cōiuncta mutis, c, p, t, ut diximus, iuuat præcedētē breuem, interdum non iuuat. Sed cū non iuuat, fit quia s littera vim ſuam frequēter amittere īuenitur apud vetuſtiſſimos tam ſequenti vocali, quam conſonante, vt apud Lucilium, quem citat Gellius, Căpanus ſonipes ſucculſor nullus ſequetur: nūllŭs sĕ, pro nūllŭ sĕ, dactylus. Idem apud Ennium, quem idem citat Gellius, Doctus, fidelis, ſuauis homo, facundus, ſuoq; Cōtentus, atque beatus, ſcitus, ſecunda loquēs, in Tempore commodus, & verborum vir paucorum,

V 4

Dōctū́ ſi.cūndúsŭ,t'ātquĕ bĕ.ſcītŭ sĕ,quattuor dacty
li. Et apud Lucretium, Nam fierēt iuuenes ſubito ex
infantibus paruis.fāntĭbŭ,dactylus. Item in illo Alci
noi epigrammate, Longe erit a primo quīſquĭs sĕcū
dus erit,Q uīſquĭ sĕ,dactylus. Nam quiſquis ſecun-
dus erit,legi in antiquis codicibus. Et apud Catullū,
Affixus noſtris tū dăbĭs ſupplicium.tū dăbĭ,dactyl⁹.
In illo etiam Virgilii abiicitur s cum ſua vocali, Aut
ouium fœtus,aut urentes culta capellas, t'aūt ū,ſpō
deus. Et in illo eiuſdem, Inter ſe coiiſſe viros,&decer
nere ferro,r'ēt dē,ſpondeus,quemadmodum etiā ci
tat Priſcianus.aliqui tamen legunt, & cernere ferro,
in quibus & Anneus Seneca.Nec mirum s interdum
ſic vim ſuam amittere,cum aſpirationem etiam loco
ipſius ī quibuſdā dictionibus Bœotes poſuerint, mu
ha pro muſa dicentes,vt Priſcianus refert: quēadmo
dum contra,ipſa pro aſpiratione ſæpe inuenitur poſi
ta,vt ſemis,ſex,ſeptē,ſe,ſi,ſal,a Græcis ἥμις, ἕξ, ἑπτὰ
ἕ, ἵ, ἅλς. Idem quoque patitur s in vdæ præpoſita in
principio dictionis,nihil enim iuuat antecedētē bre
uem,vt apud Ouidium, Velatus veſte ſedebat In ſo-
lio Phœbus claris lucēntĕ ſmărăgdis. cēntĕ ſmă, da
ctylus. Lucanus, Et ſuffixa manu foribus teſtudinis
inde Terga ſedent crebro maculis diſtīnctă ſmărag-
do.ſtīnctă ſmă,dactylus. Stat.Sudor ibi arcano floren
tus īgnĕ ſmărăgdos.īgnĕ ſmă,dactylus. Terentianus
tñ s ſemiuocalem mutæ præpoſitā nō iuuare inquit
antecedentē breuem, cum vocalis,cui una cum mu-
ta adiungitur, breuis fuerit: contra, cum longa vel
natura,vel poſitu fuerit,iuuare.vnde ſi trocheus præ
cedat,ſpondeum fieri dicit, tertia vocali, quæ ſequi-
tur,producta:non fieri vero, ſi breuis illa fuerit, ſed
tranſire in dactylum. Si quis igitur dixerit,Smyrnā,
Strēpsā,Spădā,Scōlus, Struthēă,Scōtuſſa. ſmȳrnā,
erit ſpondeus, nam producitur nā, quia tertia, quæ
ſequitur, vocalis, longa eſt. ſtrēpsă ſpă, dacty-

lus. pſă enim correpta remanet, quia tertia, quæ ſequitur, vocalis corripitur. dā ſcō, ſpondeus. dā enim producitur, quia ſcō in ſcōlus longa eſt. Theā ſcŏ, dactylus, nam ă corripitur, quia ſcŏtuſſa breuis eſt. hæc græce ſic ſcribuntur (ſunt enim vrbium, locorū ue nomina apud Stephanū) ἡ σμύρνα. στέψα, τὰ σπάλ-δα, ἡ σκῶλος, στρούθεια, σκοτοῦσσα. Sed libet hic Terentiani ea de re verſus ſubiungere.

Hæreat ergo animo ſexta hæc tibi viuida, parsq;
Littera de numero, quam dixi, ſemiſonantum,
Quæ tibi tres tantum poterit ſubiungere mutas,
Si quando ſcūtum, ſpūmas, vel ſtāmina dico,
Hæc ſola efficiet, nudo vt remanente trochæo,
Spondeum geminæ poſſint firmare ſonoræ.
Exemplis an praua ſequar, vel recta probabo.
Quīſquē scīrē cupit, vel quīſquē scrībĕrĕ curat.
āntē stārē decet, cum dico, & ſeparo verbum.
āntē Stēſīchorum uatem natura creauit.
Vltima vocalis remanens, finisq; trochæi,
Excipitur geminis, quas proximus exoritur pes,
Quæ quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retro vires, & tempus oportet,
Conſona quod debet geminata referre priori.
Nam cur ſpondeo credas non reddere tempus,
Quæ tali poſitu, cum dactylus incidit, obſtant?
Incipe ſi dicas, & ſcire, & ſcribere iungas.
Creticus efficitur. Quas viribus ergo nocebit,
Subdita præteritæ cur iiſdem viribus æque
Tempora non præſtet cum ſit ſubiecta priori?
Quin mirum magis inuenias: vt tempore duplo
Semiſonans iſtæc pariterq; , & muta cohærens,
Correptam retro nequeant augere Trochæi.
Nam niſi vocalis producta ſequatur vtraque,
Tertia, quas dixi, nullum poterunt dare tempus.
Scire etenim cum dico, & ſtārē ſpūmĕūs amnis,
Tertia vocalis producta adiungitur illis,

Atque inde accipiunt vires proſuntq; priori:
Si fuerit correpta, nihil præſtare valebunt,
Cum ſcăpulam, ſpătium, ſtĭmulū ſubiungo trochæo,
Siquis igitur dicat, īncĭpē ſcīre puer iāq; īncĭpē ſcribere verſus, Incipe in prima, & quarta ſede non dactylum, ſed creticum, ideſt amphimacrum faciet, ſecundum Terentianum, propter ī longum in ſcīre & ſcribere poſt s, &c. idque illud in heroico hexametro vitium dicit: non quod id non fiat aliquando, ſed quod raro: de arte enim ille ſcribit, non de licentia: nam feciſſe id antiquos eoſdemque approbatos conſtat. Virgil. Pōnĭtē ſpēs ſibi quiſque ſuas. nam pōnĭtē, vt ille ait, eſt creticus, quia ſequitur s cum p muta & vocali longa, vt in dictione ſpēs. Horatius, Linquimus inſani ridētes præmiā ſcribæ. hic quoque creticus, quia ſequitur ſcri ſyllaba longa. Ouidius, Spes bona dat vires, animūm quŏquē ſpēs bona firmat, Vīuĕrē ſpē vidi, qui moriturus erat. in vtroque verſu eſt creticus, quoniā ſequūntur s & p cum vocali producta. Idem vitiari temporibus dactylum, & creticum fieri, his etiam verſibus oſtēdit manifeſtius.
Conſona ſi gemina eſt, qua proximus incipiet pes,
Cuius principium ſexta hæc, quam dico, tenebit,
Dactylus ille prior, quamuis ſermone peracto,
Diſcretus, liberq; pedis compage ſecundi,
Sentiet acceſſum momenti, & temporis auctum.
Exemplo verſus vnius vtrunque probabis,
Ante ſupinatas Aquiloni oſtēndĕrē glebas,
Tēndĕrē cum verbi finem ſimul & pedis explet,
Nil obſtant pedis alterius modo conſona, & vda.
Syllaba ſi contra veniat, qualem modo dixi,
Temporibus vitiatus erit pes integer ante.
Ante ſupinatas Aquiloni oſtēndĕrē ſtrāges.
Tertia ſi longa efficitur, pes creticus exit.
Idem vitiari metrum heroicum ab Anapæſto refert, &

tamen inuenitur interdum in heroico Anapæſtus. Virgilius, Fluuiōrum rex Eridanus. fluuiō, Anapæſtus. Vitandum ergo eſt quod vitium fuerit, quodque ipſi quoque poetarum principes rariſſime licere ſibi voluerunt.

Illud præterea operæprecium ſubiūgere viſum eſt, s litteram ἀρκτικὸν στοιχεῖον appellari a Græcis, quod omnibus fere mutis, atque etiam μ liquidæ præponatur, vt σβεννύω, σπάρτη, σκῆπτρον, στέμμα, σθένος, σφίγξ, σχῆμα, σμάραγδος: ab aliquibus vero ἄσημον & μοναδικὸν, quod ſuæ cuiuſdam ſit poteſtatis. ἄσημον enim obſcurum ſignificat, & ſine nota, ſeu ſigno. μοναδικὸν autem, ſolitarium. Nam cum ceteræ ſemiuocales in quattuor liquidas L M N R, duasq; duplices diuidātur, ipſa ſola quaſi innominata & ſolitaria ſemiuocalis remanet. Sed quare a Terentiano modo vegeta, modo viuida, modo fortiſſima litera dicitur? An quia præter ceteras conſonantes, & præponi poteſt aliis conſonantibus in principio dictionis, vt ſcutum, ſpatiū, ſtamen, ſcribo, ſtrues, ſtlembus, ſplendidus; & ſupponi in fine, vt ſcrobs, frons, hyems, ars, puls, ſtirps, laus, Theſeus? An quia in heroico hexametro poteſt ex trochæo ſpondeum facere, vt ſupra eſt dictum, cū id mutæ liquidis adiunctæ non queant? An quia apud Græcos tantæ eſt poteſtatis, vt cū mutis præponitur, nō poſſit fieri reduplicatio in præteritis perfectis per conſonantem præſentis, quemadmodum fit cum incipit verbum a muta cum liquida, vt a γράφω γέγραφα, a πλύνω πέπλυκα, a τρέφω τέτροφα. vel etiam a πτ κτ mutis, atque μ ν liquidis, quod tamen in his tātū præteritis fieri memini legere, κέκτημαι, a κτάομαι. πέπταμαι, a πτάομαι, πέπτωκα, a πτόω, μέμνημαι, a μνάομαι: ſed tantū ἐψιλὸν præteriti imperfecti augmentū, adſumant, quod a σῖγμα & muta ſtatim ſequentibus ſic producitur, vt nō liceat vnquā eſſe breue, vt σπάρω ἔσπειρον ἔσπαρκα. στρέφω ἔστρεφον ἔστραφα. eodem mo-

do in iis, quæ a ζ ξ ψ incipiũt propter σῖγμα, quæ illis ineſt, vt ζάω ἔζαον ἔζηκα, ξέω ἔξεον ἔξεκα, ψάλλω ἔψαλλον ἔψαλκα.

Quartus modus eſt, cum correpta vocalis partem terminat orationis, quæ in vnam deſinit conſonantem & eſt principium pĕdis; vt hic apud Virgilium, Inualidūs ĕtĭamq; tremens etiam inſcius æui. & hic apud Lucanum, Dum ſanguīs ĭnĕrat, dum vis materna. & hic apud Virgilium, Pleiadās, hȳădas claramq; Lycaonis arcton. licet ab Homero acceperit, πληϊάδας θ' ὑάδας τε, τότε δεῖνος ὠρίωνος. Item hic apud eundem, Pectoribūs ĭnhĭans ſpirantia cōſulit exta. dūs ĕ, tĭ; guīs ĭn ĕ, dās hȳă, būs ĭnhĭ, quattuor dactyli. quod ſi poſt duos pedes, & ſemis, aut tres, & ſemis fiat, penthemimeri, atque hephthemimeri datur, vt hic apud Virgilium, Omnia vincit Amōr, ĕt nos cedamus amori. & hic apud eundem, Oſtentans artem parĭtĕr, ārcumq; ſonantem. Sed de penthemimeri, & hephthemimeri dicemus, cum de heroico metro tractabimus. Quod autem correpta vocalis in nullā deſinens conſonantem, partem orationis terminet, & producatur nullum occurrit exemplum, nec puto inueniri. præſertim, quia neminem legi, ex iis, qui de arte ſcripſerunt, qui huius rei meminerit apud Latinos. Nam Græci id faciunt, Homerus, οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον ψεσάχαιῶν. Et, αὐτὰρ ἐπεὶ δ' ἀναχώ γένετο ἰαχῆτε θρόος τε. Et ἀλλὰ τάγ' ἅπαρτα καὶ ἀνέροτα, πάντα φύονται, γᾱῖ ᾰ τō ῐ ᾰ, τᾱ καὶ ᾰ. tres dactyli. Illud vero, Νέσορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης, in ε & ν deſinit conſonantem, vt illud, καὶ μὲν οἱ λύκιοι τέμονος τάμον ἔξοχα πάντων, θεν ῐ ᾰ, dactylus, & καὶ μὲν, ſpondeus. licet μὲν, & pedis & dictionis ſit finis contra regulam, niſi quis legat καὶ μὴν, Illud obiter hic admonuerim apud Priſcianum in primo libro, vbi dicit, Apud Græcos tamen o quoque, i ſequēte producere licet antecedentem breuem, pro νέσορα

δ' οὐκ ἔλλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης, reponendum eſſe carmen illud, κὺτὰρ ἐπεὶ δ' ἀχλκῶν γένετο ἰαχήτε, θρόος τε, vt ἰῶτα ſequatur o breuem, eamq; producat, ſic τὸ ῐᾰ, vt Priſcianus ait. nam in θεν ῐᾰ, etſi θεν producitur ſequente I per communem regulam, quæ talis eſt apud grammaticos Græcos, de cõmuni ſyllaba, ὅταν βραχεῖα οὖσα καταπεραιοῖ εἰς μέρος λόγου, καὶ τὴν ἑξῆς ἔχει ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην: tamen non reſpondet verbis Priſciani, qui de o loquitur. vbi notandum non quacunque ſequente vocali produci dictionis antecedentis extremã ſyllabam, ſed ἰῶτα tantum. legitur enim apud grammaticos, τῶν δὲ τὴν βραχεῖαν εἰς μακρὰν ἀναφερόντων πρῶτος οὗτος τρόπος, ὅταν βραχεῖα οὖσα καταπεραιοῖ εἰς μέρος λόγου, καὶ τὴν ἑξῆς ἔχει ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην, οὐ τοῦ τυχόντος φωνήεντος, ἀλλὰ τοῦ ἰῶτα. Quod eſt, Ex modis, quibus breuis ſyllaba in lõga vertitur, primus hic eſt: Cum breuis ſyllaba partẽ terminat orationis, & quæ ſequitur dictio, a vocali incipit, non quacunque vocali, ſed iota.

Quintus modus, eſt cum correptam vocalem ſuſcipit z, quæ cum poſſit præcedentem vocalem breuem producere, interdum pro ſimplici accipitur cõſonante. vt apud Virgilium, nemorōsā zăcynthos. rōsā ză, dactylus. nam in hoc producit, Mezenti ducis exuuias. Quod ad Græcorum imitationem factum eſt. nam hic pro ſimplici accipitur conſonante apud Homerũ, οἱ δὲ ζάκυνθον ἔχον. hic vero pro duplici apud eundem, ὑλήεσσά τε ζάκυνθος. οῖ δὲ ζᾰ, τε̄, ζᾰ τε̆, duo dactyli. ſed in primo dactylo δε̆ breuis remanet, licet ſequatur ζ: in ſecundo vero τε̄, quæ natura breuis eſt, producitur ſequente ζ. Theocritus autem primam in ζάκυνθος produxit, & pro duplici poſuit. αἰνέω τάν τε κρότωνα καλὰ πόλις ἅ ζάκυνθος. ᾱ ζᾱ, ſpondeus. X quoque inuenitur pro ſimplici cõſonãte poſitũ. Lucanus, Talis fama canit tumidũ ſuper ęquŏră Xerxē. Terẽtia.

Nanque etiam duplex,quæ nobis vna relicta eſt,
Principium verbi quoniam proferre Latini
Non valet,& tantum vocali ſubdita currit,
Cum græcum inciderit nomen,quo poſſumus vti,
Si poſt dactylon accedat,nil tempora duplo
Officiet.gemini poterunt oſtendere verſus.
Pontibus inſtratis coniunxit līttŏră Xerxes.
Sanguine turbatus miſcebat līttŏră Xanthus.
Līttŏră pes longa conſtat,breuibusq; duabus:
Tempora nec lædit duplex,quin dactylos exter.
Pro duplici contra gemina eſt ſi conſona,lædit.
Pontibus inſtratis coniunxit līttŏră SCIRON.

Sextus modus eſt,cum pronomen hīc c littera terminatum vocalis ſtatim ſequitur. Eſt enim breuis in hoc apud Virgilium,Sōlŭs hĭc inflexit ſenſus. & in hoc apud eundem, Hĭc vĭr hĭc eſt, tibi quem promitti ſæpius audis.Sōlŭs hĭc,dactylus.hĭc vĭr hĭc,dactylus. Longa in hoc apud Martialem,Hīc ēſt pampineis viridis modo Veſtius umbris.Terentianus tamen Sōlŭs hīc,Creticum eſſe dicit,& per cc geminum,& e ſcribendum,excludiq; E, non etiam c,quoniam nulla conſonans excluditur,præter M cum inter duas ponitur vocales,quam per circuitum duodecimum Alphabeti locum tenere inquit.Idem quoque de neutro hoc ſentit. hocce enim ſcribēdum cenſet.Verba eius ſunt,

Creticus in noſtris,ſi læuia carmina pangas,
Raro inuenitur, qualis hic Maronis eſt,
Inſŭlæ ionio in magno,quas dira Celæno.
Creticus offendit pes primus,& aſperat aures.
Dabo & latentem,ſed notandum creticum.
Solŭs hīc inflexit ſenſum,nam primus & iſtic
Pes longiorem tertiam dat ſyllabam.
cc geminum quoniam ſermonis regula poſcit,
Vt fiat hicce plena vox.excluditur
Vocalis,dabitur.nec conſona pellitur vlla,
Niſi quæ duabus obſtat vna vocibus,

Cum venit in medium, vocesq; oblimat adhærens,
Biſſenus iſtam litteram monſtrat locus.
Aut geminum in tali pronomine ſi fugimus cc,
Spondeus ille non erit, qui talis eſt,
Hōc illud germana fuit, ſed &, Hōc ĕrăt alma.
Iambus ille fiet, iſte Tribrachys.

Cui ſententiæ accedit Priſcianus, qui in decimotertio de caſibus pronominum, ſic ait, Quamuis reliquis quoque caſibus vetuſtiſſimi addebant eandem c e ſyllabam, hicce huncce hocce. Vnde vocali quoque ſequente per ſynalœpham manentibus duobus cc, ſolebant producere hoc, vt Virgilius in ſecundo Aeneid. Hocc'erat alma parens, quod me per tela per hoſtes Eripis. Sed ſcriptorum negligentia prętermiſit vnum c. Hæc ille. Quod ſiquis voluerit hic & hoc ab hicce & hocce fieri per apocopen, & cum corripiuntur ſequente vocali, vt Sŏlŭs hĭc inflexit ſenſum. & cum præcedunt dictionem a conſonante incipientem, vt Hic pietatis honos, & Hoc Ripheus, hoc ipſe Dymas, eſto. nã hoc idem & Terĕtianus ſentire videtur. Sed cum præponũtur dictioni, quæ a vocali incipit, & producuntur, per cc geminum ſcribenda ſunt, excluſa e per ſynalœpham, vt apud Ouidium, En ait, en hicc' eſt noſtri contemptor. & apud Virgilium, Hocc'opus hic labor eſt. nam ſi eſſent per apocopam, corriperentur, &, Hĭc ēſt, non ſpondeus eſſet, ſed iambus. Et Hŏc ŏpŭs, non dactylus foret, ſed Tribrachys, quos pedes nõn recipit metrum Heroicum, Recte igitẽ Terentianus pro metri ratione vel duplicem haberi, vel ſimplicem dicit. Nam ſi corripitur, vel præcedit dictionem a vocali incipientem, fit per apocopen. cum uero producitur ſequente vocali, fit tantum ſynalœpha. quãquam Seruius primo Aeneidos aliter ſentit.

Septimus modus, eſt cum correpta vocalis in vnam definit conſonantem ſequente aſpiratione, quæ tanquam littera poſitionẽ facere poſſe nonnullis videtur,

vt in illo Virgilii, Terga fatigamus haſta, vt mūs hā ſit ſpōdeus,& mus producatur propter aſpirationem quæ ſequitur, cum potius id cæſuræ ſemiquinariæ dā dum ſit. Item apud eūdem, Graius homo infectos lin quēs profugūs Hy̆mĕnæos,& Ille latus niueum mol li fultūs hy̆acintho, vt gūs & tūs producantur ſequē te aſpiratione in hymenæo,& hyacintho, cum potius producantur, quoniam u vocalis deſinit in conſonan tem in fine dictionis, & eſt principium pedis vtro que dactylo gūs hy̆mĕ,& tūs hy̆ā per quartū modū. Quare facile accedo iis, qui ſeptimum modum ſu perfluum dicunt.

Hæc de ſyllabarum quantitate occupatiſſimi ſcripſimus:& propterea multa cōſulto prætermiſimus. quæ ad rem facere videbantur. Quanquam ſiqui hæc quoque accurate legerint, adeo ſe profeciſſe ſentient, vt quod didicerint, nunquam pœniteat. Nunc autem de pedibus iterum plura quædam dicamus non inutilia ſtudioſis.

DE PEDIBVS ET ACCIDENTIBVS VNICVIQVE PEDI.

PEs in metro, eſt compoſitio ſyllabarum cum certa obſeruatione, temporum ſublationem, & poſitionem recipiens, quæ ἄρσις, ac θέσις grçce dicuntur. Fit autem pes, ē duabus pluribusue ſyllabis. Nam ex vna ſyllaba etiam ſi longa fuerit, pes fieri non poteſt, quia duobus ictibus fit, non gemino tempore. nam bis ferire oportet etiam duas breuus, quod pulchre ſic Terentianus.

Vna longa non valebit edere ex ſeſe pedem,
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
Breuis vtrinque ſit licebit, bis feriri conuenit.
Parte nam attollit ſonorem, parte reliqua deprimit.
ἄρσιν hanc Græci vocarunt, alteram contra θέσιν.

Pedi accidunt ſeptem, Sublatio, Poſitio, Proportio, Numerus ſyllabarum, Tempus, Reſolutio, Figura.

ἄρσις

ἄρσις,& θέσις,quæ Latine ſublatio,& poſitio dicũtur, accidunt pedi,quoniam ſuſtollere primam partẽ pedis,deprimere ſecundam oportet.

Proportio in pede aut eſt æqua, aut dupla, aut ſeſquipla,quam & ſeſquialteram nunc dicunt, ſed non recte:aut tripla, aut epitrite, aut ſuperbipartiẽs tertias, aut epitetarte,aut epipente,aut dupla epitrite.

Aequa eſt in iis pedibus,qui ſoluti tot tempora habent in ſublatione, quot & in poſitione, vt ſunt pyrrhichius,ſpondeus,dactylus, Anapæſtus. Pyrrhichii.n. ἄρσις vnum tempus habet,& θέσις vnum,vt dĕŭs. ſpódei autem,& dactyli,& anapęſti ſublatio duo habet tempora,& poſitio totidẽ,vt hērōs, Tĭtyrŭs,flŭuĭōs.

Dupla proportio eſt,quoties altera pars alteram duplo vincit, vnde & nomen accepit, vt in iambo, & trochæo,& ambobus ionicis. Iambi enim ſublatio vnũ tempus habet,poſitio duo. Trochæi vero contra,ſublatio duo habet tempora, poſitio vnum. Ionici itẽ minoris ſublatio duo tẽpora habet,poſitio quattuor. Ionici aũt maioris contra,ſublatio quattuor habet tpa, poſitio duo, vt dīēs. mātĕr. Dīŏmēdēs. Prōſērpīnă.

Seſquipla proportio eſt,quoties altera pars alteram cõtinet & eius dimidium, id eſt totum & ſemis,vt in pæanibus,qui habent quinque tempora, quorum altera pars ſunt duo, tria altera. tria igitur, & duo in ſe continent,& alteram duorum partem. vt Cǣcĭlĭŭs, Hŏrātĭŭs,Mĕnĕlāŭs,Prĭămĭdēs. hæc a Græcis ἡμιόλιος dicitur,de qua Ariſtote. in Rhetoricis ſic, ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιάν, καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων. τρία δὲ πρὸς δύ᾽ ἐστίν. ἐκείνων δὲ ὁ μὲν ἓν πρὸς ἕν. ὁ δὲ δύο πρὸς ἕν, ἐνδέχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος. οὗτος δέ ἐστιν ὁ παιάν.

Huic fingere nomen Latinos noluiſſe inquit Gellius decimo ſeptimo lib. quoniã id abſurde futurũ erat: ait enim, Quale fieri nomen hemiolio poſſet? Eſt autem hemiolios,qui numerum aliquem totum in ſe habet, dimidiumq; eius, vt tres ad duo, quinde-

cim ad decem, triginta ad viginti.

Tripla proportio eſt, quoties vna pars ter alteram continet, vt in amphibracho, cuius ſublatio vnum tẽpus habet. Poſitio tria, vt Lătīnŭs.

Epitrite proportio eſt, quoties vna pars continet alterã, & tertiam partem eius, vt in epitritis, quorum vna pars quattuor habet tempora, altera tria. vt ărīſtīdēs v - - -: ārchĭmēdēs· v - -: Dēmŏſthĕnēs - - v -: Cōnſtān tīnŭs - - - v. Gellius autem ſic de hac proportione dicit, Epitritos autem eſt, qui habet totum aliquem numerum, & eius partem tertiam, vt quattuor ad tres, duodecim ad nouem, quadraginta ad triginta.

Superbipartiens tertias propoſitio eſt, cum vna pars cõtinet alteram, & duas tertias eius, vt in anticyprio pede ſyllabarũ quinq;, & octo tẽporũ, cuius ſublatio tria tẽpora habet, poſitio quinq;, vt vērbĕrātūrŭs· v - - v.

Epitetarte proportio eſt, cum vna pars cõtinet alteram, & quartam partem eius, vt in meſobrachy ſyllabarũ quinque, & temporũ nouẽ, cuius ſublatio quattuor habet tẽpora, poſitio quinq;, vt cōnuērbĕrātōs - - v - -.

Epipempte proportio eſt, cũ vna pars continet alteram, & quintã partem eius, vt in caniocretico ſyllabarum quinque, temporum vndecim, cuius ἄρσις ſex tempora habet, θέσις quinque, vt ārmāmēntārĭūs - - - - v -.

Dupla ſuper tertia proportio eſt, cum maior pars continet minorem bis, & alterã eius partem, vt in Muſico e ſyllabis quinque, penultima & antepenultima longis, ceteris breuibus temporum ſeptem: cuius ſublatio duo tempora habet, poſitio quinque, vt pŏpŭlābūndŭs v v - - v.

Hęc nos de proportionibus, quę pedibus accidunt. Sed M. Tullius in libro de perfecto oratore tres tantum eſſe pedum proportiones dicit his verbis. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt neceſſe ſit partem pedis æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui maiorem. Ita fit æqualis da-

ctylus, duplex iambus, ſeſqui pæan. Et paulo inferius, Sed ita factos eos pedes eſſe, vt in eis ſingulis modus inſit, aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par. Idem quoque Fabius Quinctilianus ait, his verbis, Rhythmus aut par eſt, vt dactylus, aut ſeſquiplex, vt pæan: cuius uis eſt e longa & tribus breuibus, quiq; ei contrarius, e tribus breuibus, & longa, vel alio quoquo modo: tẽpora tria ad duo relata ſeſquiplum faciũt, aut duplex, ut iambus: nam eſt e breui & longa, quique eſt ei contrarius. Sergius etiam inquit, omnes pedes tres diuiſionum habere formas, quæ pertineãt ad Grammaticos, æquam, duplam, ſeſquiplã. nam amphibrachyn, & epitritos ait excipi a Donato. Sed eos intelligit tãtum, qui non ſunt maiores quattuor ſyllabis, hoc eſt duarum ſyllabarum, quattuor pedes, trium, octo, quattuor, ſedecim. Idem videtur ſentire Terentianus, cum ait.

Vna porro bis feriri quando poterit ſyllaba,
Temporum momenta ſane lege certa diuidunt,
Aut enim quantum eſt in ἄρσει, tãtum erit tempus θέσει,
Altera aut ſimplo viciſſim tempori duplum dabit,
Seſquiplo vel vna vincet alterius ſingulum.

Vbi obiter notãdum accepiſſe ſyllabam in eo verſu, Vna porro bis feriri, quando poterit ſyllaba, pro complexione non litterarum, ſed ſyllabarum, id eſt pro pede. In cõmentariis Hephæſtionis tres eaſdem proportiones pedes habere ſcribitur his verbis. τὰ δὲ μέτρα ἀπὸ ποδῶν τινῶν ἐσι, τῶν ἐχόντων ἢ ἴσον λόγον, ἢ διπλασίονα, ἢ ἡμιόλιον. καὶ τοῦ μὲν ἴσου εἴη ἂν δάκτυλος –υυ, μία γὰρ μακρὰ καὶ δύο βραχεῖαι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον. τοῦ δὲ διπλασίονος τροχαῖος –υ, μακρὰ γὰρ τῆς βραχείας διπλασίων, τοῦ δὲ ἡμιολίου, βακχεῖος υ––, βραχεῖα γὰρ καὶ μακρὰ πρὸς τὴν μακρὰν λόγον ἔχουσιν ἡμιόλιον. ἴσος igitur λόγος, latine æqualis ratio, διπλασίων duplaris, ἡμιόλιος ſeſquipla, ſiue, vt Capella inquit, ſuperdimidia dici poteſt. Harum autem prima

Solutio accidit pedi, cum longa ſyllaba ſoluitur in duas breues. vnde ſpondeus-- recipere poteſt tres ſolutiones. nam ſi ſoluas primam, facies anapæſtũ ◡◡-. ſi ſecundam, dactylum -◡◡. ſi vtranque proceleuſmaticum ◡◡◡◡. Dactylus vero vnam tantum. ſoluendo enim primam, facies proceleuſmaticum.

Figura accidit pedi, quia pedes aut ſimplices, aut duplices, aut heteroplici ſunt. ſimplices ſunt quattuor diſyllabi, octo triſyllabi, qui nullã alterius pedis admiſtionem habent. Duplices vero ſunt ſedecim, qui e diſyllaborum pedum geminatione cõſtant, qui & combinati, & quadrati dicuntur. Heteroplici autem e diſyllabis, cũ triſyllabis compoſiti, ſunt duo & triginta: e triſyllabis aũt cũ triſyllabis, quattuor & ſexaginta habentur numero, de quibus deinceps tractabimus.

DE QVATTVOR PEDIBVS DISYLLABIS.

Pyrrhichius, qui & dibrachys, & bibreuis, & tripudians, & cineſias, & pariambus, & hegemon, & ductor dicitur, conſtat e duabus breuibus temporum duum, vt deũs. Recipit proportionem æquam vnius ad vnum, & nullam ſolutionem, quia ſyllaba breuis reſolui non poteſt. Dictus eſt autem pyrrhichius ἀπὸ τῆς πυῤῥιχῆς ſaltationis genere. vel ἀπὸ τοῦ πυῤῥίχου Curetũ deo, de quo meminit Pauſanias in libro tertio. Tripudians autem, quia tripudiis aptus: vnde & Cineſias cognominatus eſt, quia velox eſt παρὰ τὸ κινῶ moueo, Græce κινησίας dicitur. Pariambus dictus eſt, quia iambum aſſequitur. frequenter enim in vltimo loco verſus iambici inuenitur: ἀπὸ τοῦ παρὰ καὶ ἴαμβος, παρίαμβος. Hegemon autem, quia omnium primus eſt. ἡγεμὼν enim ductor: pro quo male egæon legitur a quibuſdam. Et notãdum ideo a Pyrrhichio breui pede incipere, qui de arte metrica ſcribũt, quoniam ante breue eſt factum quam longum, ſicut vnus numerus ante, quam duo inuentus eſt.

Spondeus qui & Pontificius dicitur, pyrrhichio contrarius, conſtat e duabus longis temporum quattuor, vt hærēs - -. Recipit proportionem æquam duorum ad duo, & ſolutiones tres. Soluitur enim in anapæſtũ v v -. in dactylum - v v. in proceleuſmaticum v v v v. dictus παρὰ τὴν σπονδὴν, id eſt a libatione, quia in templis, ſpondaicis carminibus vtebantur, ne libantes, ſonum abominoſæ vocis audirent.

Iambus qui & Daunius, & Gradarius dicitur, conſtat breui, & longa, temporum trium, vt dĭēs v -. Recipit proportionem duplam vnius ad duo, & ſolutionē vnam in tribrachyn v v v. dictus παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, τὸ ὑβρίζειν, quod eſt contumelioſum eſſe, quod Iambe puella Cererem de filia ſolicitam male tractarit. eſt autem verſui maledico habilis. alii παρὰ τὸ ἰὸν βάλλειν iambum appellatum putant, id eſt ab emittenda ſagitta: quoniam ii, qui iaculantur e breui receſſu, in extenſum paſſum proferuntur, vt fortiore nixu relictum confirment, ideoque iambum e breui & longa eſſe compoſitum.

Trochæus qui & Chorius, & Cordax, & Rutilus dicitur, conſtat e longa & breui, temporum triũ, vt mātĕr - v. Recipit proportionem duplam duorum ad vnum & ſolutionem vnam in tribrachyn v v v. Dict° trochæus παρὰ τὸ τρέχειν, quod eſt currere, quia metra trochaica volubiliter incedunt, ac in orbem, vt trochus. ſimili ratione rutilus dictus eſt. Chorius autē, χορεῖος Græce dicitur, quod choreis. Cordax, quod laſciuæ ſaltationi aptus ſit.

Sed notandum Choreum eundem eſſe & cum trochæo, & cum tribracho apud antiquos. Cicero enim de perfecto oratore, Dichoreus, inquit, vocatur, cum duo extremi chorei ſunt, id eſt e ſingulis lõgis, & breuibus. Contra paulo inferius inquit, ne iambus quidem, qui eſt e breui, & lõga, aut par choreo, q habet tres breues, ſed ſpatio par, nõ ſyllabis. Quintilianus

in nono de cõpoſitione inquit, Tres breues Choreũ quem tribrachyn dici poſſunt,qui choreo trochæi nomen imponunt. Illo etiam argumento apparet,nomẽ chorei trochæo quoque inditum, quod choriãbus e chorio, & iambo compoſitus,e quattuor ſyllabis conſtat,prima & vltima lõgis,ceteris breuibus. Quapropter cũ pro trochæo ponitur,videtur differẽtiæ cauſſa,ſcribendum per i,excluſo e, quod & Terentianus fecit in eo verſu. χŏρῐŏς idem nuncupat a magiſtris plurimis. Item in eo. Nam qui χŏρῐōς dicitur, & τροχαῖος idem eſt: χόριος in primo verſu,eſt tribrachys: eſt enim metrum trochaicum quod in prima ſede admittit vel trochæum, vel tribrachyn. in ſecundo autem, eſt anapæſtus,eſt enim metrum ſotadicũ,quod in ſecunda ſede non niſi anapæſtum ſuſcipit. Idem quoq; facit in hoc hexametro heroico, Præmonuī chŏrĭon dici,quem ſæpe trochæum Dicimus.

DE OCTO PEDIBVS TRISYLLABIS.

Dactylus,quem & πολιτικὸν Græci appellant, conſtat e prima longa, & duabus breuibus, temporum quattuor,vt Rōmŭlŭs.. υυ. Recipit proportionem æquã, duorum ad duo, & ſolutionem vnam in proceleuſmaticum υυυυ. dictus ἀπὸ τῶν δακτύλων τῆς χειρὸς, hoc eſt a manus digitis, quia quemadmodum digitus tres habet articulos, primum longiorem, breuiores ceteros, ita dactylus tres habet ſyllabas, longiorem primam, breuiores ceteras.

Anapæſtus,qui & antidactylus dicitur,quod ſit dactylo contrarius, conſtat e duabus breuibus, & longa, temporum quattuor, vt nĕbŭlǣ υυ-. Recipit proportionem æquam duorum ad duo,& vnam ſolutionem in proceleuſmaticum υυυυ. dictus παρὰ τὸ ἀναπαίειν, id eſt παρὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον, quia recurrendo, ſono reciproco, repercutit dactylum.

Tribrachys, qui & brachyſyllabus, & choreus dici-

tur, conſtat e tribus breuibus, temporum trium, vt dŏmĭnŭs ∪∪∪. Recipit proportionē ſubduplam vnius ad Duo. Dictus ὅτι ἔχει τρεῖς βραχείας συλλαβάς.

Moloſſus qui & canius, & hippēus, & vertumnus, & extenſipes, & trimacrus dicitur, tribracho contrarius, conſtat ex tribus longis, temporum ſex, vt ǣnēās, - - -. Recipit proportionem ſubduplam, duorum ad quatuor, & ſolutiones ſeptem in ionicum a minore ∪∪ - -. ionicum a maiore - - ∪ ∪. in choriambum - ∪∪ -. in meſomacrum ∪∪-∪∪. in parapæona -∪∪∪∪. in pyrrhichanapæſtum ∪∪∪∪-. in dichoreum ∪∪∪∪∪. Dictus moloſſus, quia Moloſſi, id eſt Theſſali, ad bellum procedentes, huius modulata compoſitione utebantur. hippēus uero. ἀπὸ τῶν ἵππων. equeſtri enim pugnæ conueniens modulabatur. & producit penultimam, quia Græce ſic ſcribitur ἱππεῖος. trimacrus, ὅτι ἔχει τρεῖς μακρὰς συλλαβάς.

Amphibrachys, qui & ſcolius, & ianius, & amphibreuis dicitur, cōſtat ex extremis breuibus, & media longa, temporum quattuor, vt lĭbēllŭs ∪-∪. Recipit proportionem ſubtriplam vnius ad tria, & ſolutionē vnam in proceleuſmaticum ∪∪∪∪. dictus amphibrachys, ὅτι ἔχει δύο βραχείας συλλαβὰς ἀμφὶ μακράν. media enim longa vtrinque breui includitur ſyllaba. Scolius autem, quia habiliter componitur ſcolio, quæ eſt ſpecies citharæ, uel μέλος τι ὀλιγόστιχον apud Sŭidam.

Amphimacrus qui & menſalis, & feſcenninus, & creticus dicitur, conſtat ex extremis longis, media breui, temporum quinque, vt hērcŭlēs - ∪ -. Recipit proportionem ſubſeſquiplam duorum ad tria, & ſolutiones tres. in pæana primum - ∪∪∪. in pæana quartum ∪∪∪ -. in orthium ∪∪ ∪∪ ∪. dictus amphimacrus ὅτι ἔχει δύο μακρὰς συλλαβὰς ἀμφὶ τὴν βραχεῖαν, id eſt a duabus vtrinque longis breuem mediam amplectentibus. Creticus vero, q̃a Cretenſes ſaltādo, eius rhyth

mica compoſitione vtebantur.

Bacchius,qui,& œnotrius dicitur,conſtat e breui & duabus longis,temporum quinque,vt ăthēnæ ∪ - -. Recipit proportionem ſeſquiplam trium ad duo, vel contra,& ſolutiones tres,in pæana ſecundum ∪-∪∪. in pæana quartum ∪∪∪ - . in orthium ∪∪∪∪∪. Dictus ἀπὸ τῆς βάκχης, aptus enim bacchantibus. Fabius tamen & Terentianus, bacchium contra, e duabus longis,& vltima breui conſtare dicunt, vt infra poſt Terentiani carmina de pedibus,oſtendemus.hic autem ſequimur communem ſcriptorum opinionem tam Græcorum quam Latinorum.

Palimbacchius qui & Latius & Antibacchius dicitur, conſtat e duabus longis,& breui,temporum quinque vt Rōmānŭs - - ∪. Recipit proportionem ſubſeſquiplam,duorum ad tria,vel contra, & ſolutiones tres in pæana primum - ∪∪∪. in pæana tertium, ∪∪-∪. in orthium ∪∪∪∪∪. Dictus palimbacchius, quia contrarius eſt bacchio. πάλιν enim hoc loco contra ſignificat,vt παλινῳδία ἐναντία ᾠδὴ ἢ τὸ τὰ ἐναντία εἰπεῖν τοῖς προτέροις. a nobis recantatio dici poteſt, cum quæ diximus, retractamus. & παλίντονα τόξα arcus, qui cum tenduntur,in contrariam partem vertunt cornua.ſignificat etiam rurſus,& retro,vnde Palinurus. Mart. Minxiſti currente ſemel Pauline carina, Meiere uis iterum,iam palinurus eris. & παλινάγγελος, ὀπίσω ἐπανελθὼν ἄγγελος.

DE SEDECIM PEDIBVS QVATVOR SYLLABARVM.

Proceleuſmaticus conſtat e duobus pyrrhichiis, ideſt e quattuor ſyllabis breuibus,temporū quattuor,vt phĭlŏſŏphŭs ∪∪∪∪. Recipit proportionem æquam duorum ad duo,& nullam ſolutionem. dictus παρὰ τὸ παρακελεύειν, ideſt a cohortatione,& iuſſu nautico, cui ob celeritatem eſt aptiſſimus.

Diſpondeus conſtat e duobus ſpondeis, id eſt e quat-

tuor longis,temporum octo. vt ōrātōrēs ----. Recipit proportionē æquam,quattuor ad quatuor,& ſolutiones decem,in ſpondeodactylum---vv,in amebœum--vv-. in choriobacchium-vv--. in diphyem vv--.in latiochoreum --vvvv. in politicanapæſtum -vvvv-. in choreobacchium vvvv-- in didactylum -vv-vv. in diantidactylum vv-vv-.in anapæſtodactylum vv--vv.Si ſoluas igitur ſingulas longas diſpondei,fient pedes quattuor e quinque ſyllabis:ſi binas,fient ſex, e ſe ſyllabis: plures autem duabus non licet ſoluere,nefiat pes plurium, quam ſex ſyllabarum,& tranſeat in ſolutam orationem.vnde moloſſoſpondeus non niſi quinque admittit ſolutiones.hac eadem quoque ratione, hexaſyllabi pedes non ſoluuntur,quia cum ſint ſex ſyllabarum omnes,ſi ſoluas creabitur pes maior ſex ſyllabis:quod vt ſupra dixi, non licet.

Diiambus conſtat e duobus iambis,ideſt e quattuor ſyllabis,prima,& tertia breuibus,ceteris longis,temporum ſex,vt prŏpīnquĭtās v-v-. Recipit proportionem æquam trium ad tria, & ſolutiones tres in periambum v-vvv.in pyrrhichanapæſtum vvvv-.in dichoreum vvvvvv.

Ditrochæus qui & dichorius a Cicerone dicitur,conſtat e duobus trochæis,ideſt quattuor ſyllabis, prima & tertia longis,ceteris breuibus, temporum ſex, vt cāntĭlēnă -v-v,Recipit proportionem æquam trium ad tria, & ſolutiones tres, in parapæona -vvvv. in Hegemoſcolium vvv-v. in dichoreum vvv vvv.

Antiſpaſtus conſtat ex iābo, & trochæo ideſt e quattuor ſyllabis,prima & vltima breuibus, & mediis longis temporum ſex, vt ălēxāndĕr v--v. Recipit proportionem æquam trium ad tria, & ſolutiones tres, in periambum v-vvv. in Hegemoſcolium. vvv-v. in dichoreum vvvvvv. dictus παρὰ τὸ

διατείνειν, quod eſt diſtrahere, quia iambus, & trochæus, ex quibus componitur, inter ſe contrarii ſunt.

Choriambus conſtat e chorio, id eſt trochæo, & iambo, hoc eſt, e quatuor ſyllabis, prima & vltima longis, & mediis breuibus, temporum ſex, vt nōbĭlĭtās – v v –. Recipit proportionem æquam trium ad tria, & ſolutiones tres, in parapæona – v v v v. in pyrrhichanapæſtum v v v v –. in dichoreum v v v v v v. dictus, quod ex chorio, & iambo conſtet.

Ionicus a minore conſtat ex pyrrhichio, & ſpondeo id eſt ex quatuor ſyllabis, duabus primis breuibus, ceteris longis, temporum ſex, vt Dĭŏmēdēs v v – –. Recipit proportionem ſubduplam duorum ad quatuor, aut contra, & ſolutiones tres in meſomacrum v v – v v. in pyrrhicanapæſtum v v v v –. in dichoreum v v v v v v.

Ionicus a maiore conſtat e ſpondeo, & pyrrhichio ideſt e quatuor ſyllabis, primis duabus longis, ceteris breuibus, temporum ſex, vt Dēmētrĭŭs – – v v. Recipit proportionem duplam quatuor ad duo, & ſolutiones tres in parapæona – v v v v. in meſſomacrum v v – v v. in dichoreum v v v v v v.

Pæan primus cōſtat e trochæo, & pyrrhichio, id eſt e quatuor ſyllabis, prima longa, & ceteris breuibus, temporum quinque, vt āmbrŏsĭŭs – v v v. Recipit proportionem ſeſquiplam trium ad duo, vel contra, & ſolutionem vnam, in orthium v v v v v. dictus pæan, quod eo laudes Apollinis canerent, quem pæana nuncupabant: vel ab inuentoris nomine. dicitur & pæon per o ſed apud Ariſtotelem & Ciceronem, & Quinctilianum, & Pollucem pæan per a legitur.

Pæan ſecundus conſtat ex iambo, & pyrrhichio, ideſt e quattuor ſyllabis ſecunda longa, & ceteris breuibus, temporum quinque, vt pŏtēntĭă v – v v. Recipit proportionem ſeſquiplā trium ad duo, vel contra, & ſolutionem vnam in orthium v v v v v.

Pæan tertius conſtat pyrrhichio, & trochæo, hoc

eſt e quattuor ſyllabis tertia longa, & ceteris breuibus, temporum quinq;, vt ălĕāndĕr ∪∪–∪. Recipit proportionem ſeſquiplam duorum ad tria vel contra, & vnam ſolutionem in orthium ∪∪∪∪∪.

Pæan quartus conſtat e pyrrhichio, & iambo, hoc eſt e quatuor ſyllabis, vltima longa, & ceteris breuibus, temporum quinque, vt Dŏmĭnĭcī ∪∪∪–. Recipit proportionem ſeſquiplam duorum ad tria, vel contra, & ſolutionem vnam, in orthium ∪∪∪∪∪.

Epitritus primus conſtat ex iambo, & ſpondeo, ideſt e quattuor ſyllabis, prima breui, & ceteris longis, temporum ſeptem, vt pŭēllārēs ∪–––. Recipit proportionem hypepitriten trium ad quattuor, vel cōtra, & ſolutiones ſex in iambodactylum ∪––∪∪. in cyprium ∪–∪∪–. in daſium ∪∪∪––. in ſcoliochoreum ∪–∪∪∪∪. in choreodactylum ∪∪∪–∪∪. in choreantidactylū ∪∪∪∪∪–. dictus, quoniam ex iambo & ſpondeo conſtat, id eſt e quatuor, & tribus, inter quæ eſt proportio ſupertertia, quæ græce ἐπιτρίτη dicitur.

Epitritus ſecundus conſtat e trochæo, & ſpondeo, id eſt e quatuor ſyllabis, ſecunda breui, & ceteris longis, temporum ſeptem, vt cōndĭtōrēs –∪––. Recipit proportionem ἐπιτρίτην ſeu ſupertertiam trium ad quatuor, & ſolutiones ſex, in choriodactylum –∪–∪∪. in ſtrophum –∪∪∪–. in daſium ∪∪∪––. in dactylochoreum –∪∪∪∪∪. in choreodactylum ∪∪∪–∪∪. in choreantidactylum ∪∪∪∪∪–.

Epitritus tertius conſtat e ſpondeo & iambo, ideſt e quatuor ſyllabis, tertia breui, & ceteris longis, temporum ſeptem. vt cōncōrdĭæ ––∪–. Recipit proportionem ἐπιτρίτην ſeu ſupertertiam, quatuor ad tria, & ſolutiones ſex, in ſymplectum ––∪∪∪. in ſtrophū –∪∪∪–. in Dochimum ∪∪–∪–. in dactylochoreum, –∪∪∪∪∪. in choreantidactylum, ∪∪∪∪∪–. in anapæſtochoreum ∪∪–∪∪∪.

Epitritus quartus conſtat e ſpondeo, & trochæo,

id eſt e quatuor ſyllabis, vltima breui, & ceteris longis, temporum ſeptem, vt cōnſtāntīnūs – – – ᴗ. Recipit proportionem ἐπιτρίτην, ſeu ſupertertiam quattuor ad tria, & ſolutiones ſex, in ſymplectum – ᴗᴗᴗ. in doriſcum – ᴗ ᴗ – ᴗ. in muſicum ᴗᴗ – – ᴗ. in dactylochoreum – ᴗᴗ ᴗ ᴗ ᴗ. in choreoſcolium ᴗᴗᴗᴗ – ᴗ. in anapæſtochoreum ᴗᴗ – ᴗᴗᴗ.

DE DVOBVS ET TRIGINTA PEDIBVS PENTASYLLABIS.

Orthius conſtat e pyrrhichio, & choreo, ideſt e quinque ſyllabis breuibus, vt Phĭlŏſŏphĭăm ᴗᴗᴗᴗᴗ. Recipit proportionem ſubſeſquiplam duorum ad tria, & nullam ſolutionem.

Moloſſoſpondeus conſtat e ſpondeo, & moloſſo, id eſt e quinque ſyllabis longis, temporum decem, vt fāſtīdīuīſtī – – – – –. Recipit proportionem ſubſeſquiplam quattuor ad ſex, & ſolutiones quinque, in caniodactylum – – – – ᴗᴗ. in caniantidactylum – – – ᴗᴗ –. in latiobacchium – – ᴗ ᴗ – – –. in dactylocanium – ᴗᴗ – – –. in antidactylocanium ᴗᴗ – – – –. plures quinque non recipit ſolutiones, quia ſiquis ſoluat duas longas excedet pes ſex ſyllabas. quod, vt ſupra diximus, non licet.

Probrachys conſtat ex iambo, & moloſſo, id eſt e quinque ſyllabis, prima breui, ceteris longis, temporum nouem, vt hŏnōrāuīſtī ᴗ – – – –. Recipit proportionem ſubduplam trium ad ſex, & ſolutiones non plures quattuor, in bacchiodactylum ᴗ – – – ᴗᴗ. in bacchiantidactylum ᴗ – – ᴗ ᴗ –. in ſcoliobacchium ᴗ – ᴗᴗ – –. in choreocanium ᴗᴗᴗ – – –.

Hyperbrachys conſtat ex trochæo, & moloſſo – ᴗ – – –, id eſt e quinque ſyllabis, ſecunda breui, & ceteris longis, temporum nouem, vt vērbĕrāuīſtī – ᴗ – – –. Recipit proportionem ſubduplam trium ad ſex, & ſolutiones quattuor. in creticodactylum – ᴗ – – ᴗᴗ. in creticantidactylū – ᴗ – ᴗᴗ –. in dactylobacchium – ᴗᴗ ᴗ – –,

in choreocanium ⏑⏑⏑ – – –.

Meſobrachys conſtat e ſpondeo & bacchio, ideſt e quinque ſyllabis, media breui, & ceteris longis temporum nouem, vt dīuērbĕrāſtī – – ⏑ – –. Recipit proportionem hypepitetarten, ſiue ſubſuperquartam, quattuor ad quinque, & ſolutiones quattuor, in latiodactylum – – ⏑ – ⏑ ⏑. in latiantidactylum – – ⏑⏑⏑ –. in dactylobacchium – ⏑⏑⏑ – –. in anapæſtobacchium ⏑⏑ – ⏑ – –.

Spondeocreticus conſtat e ſpondeo, & cretico, hoc eſt e quinque ſyllabis, quarta breui, & ceteris longis, temporum nouem, vt cōnclāmāuērānt – – – ⏑ –. Recipit proportionem hypepitetarten quattuor ad quinque, & ſolutiones quattuor, in caniochoreum – – – ⏑⏑⏑. in latiantidactylum – – ⏑⏑⏑ –. in dactylocreticum – ⏑⏑ – ⏑ –. in anapæſtocreticum ⏑⏑ – – ⏑ –.

Calotibus conſtat e ſpondeo, & palimbacchio, hoc eſt ex vltima breui, & ceteris longis, temporum nouem, vt cōnclāmāuērĕ – – – – ⏑. Recipit proportionem ſubſuperquartam, quattuor ad quinque, ſolutiones quattuor in caniochoreum – – – ⏑⏑⏑. in latioſcolium – – ⏑⏑ – ⏑. in dactylolatium – ⏑⏑ – – ⏑. in anapæſtolatium ⏑⏑ – – – ⏑. Sed hic pes, forte melius calotypos, quod ſit oblongus in ſpeciem funis. κάλως enim, funis & τύπος. & λω per ω magnum ſcribendum καλώτυπος.

Parapæon conſtat e trochæo, & choreo, id eſt e quinque ſyllabis prima longa, & ceteris breuibus, temporum ſex, vt mūltĭlŏquĭūm – ⏑⏑⏑⏑. Recipit proportionem æquam, trium ad tria, & vnam ſolutionem, in dichoreum ⏑⏑⏑⏑⏑⏑. Et dicitur parapæon quod ſit plus quam pæon, qui conſtat quattuor ſyllabis, prima longa, ceteris breuibus: Parapæon vero quinque, prima longa, ceteris breuibus. παρὰ enim hoc loco ſignificat præter, quod ſit præter pæonem, id eſt ſupra pæonem, & pluſquam pæon. vnde & παρα-

φρονεῖν.& deſipere eſt,& pluſquam ſapere: παρεκβαίνειν præterire.ſic apud nos præter.Terencius.Quæ mihi tum lamentari præter ceteras viſa eſt.&quia erat forma præter ceteras honeſta,& liberali,id eſt ſupra ceteras.

Periambus conſtat ex iambo, & choreo, id eſt e quinque ſyllabis,ſecunda longa,& ceteris breuibus,temporum ſex,vt Ăristŏtĕlĭs υ-υυυ. Recipit proportionem æquam trium ad tria,& vnam ſolutionem,in dichoreum. υυυυυυ.

Meſomacrus conſtat e pyrrhichio, & dactylo, id eſt e quinque ſyllabis,antepenultima longa,& ceteris breuibus,temporum ſex,vt Hĭerōnĭmŭs υυ-υυ.Recipit proportionem ſubduplam, duorum ad quattuor,& ſolutionem vnam,in dichoreum υυυυυυ.

Hegemoſcolius conſtat e pyrrhichio, & amphibracho i.e quinque ſyllabis penultima longa,& ceteris breuibus,temporum ſex,vt fămĭlĭārĭs,υυυ-υ.Recipit proportionem ſubduplam,duorum ad quattuor,vel contra,& ſolutionem vnam,in dichoreum υυυυυυ.

Pyrrhichanapæſtus conſtat e pyrrhichio, & anapæſto, ideſt e quinque ſyllabis,vltima longa,& ceteris breuibus,temporum ſex,vt phĭlŏsŏphĭæ υυυυ-. Recipit proportionem ſubduplam duorum ad quatuor, & ſolutionem vnam,in dichoreum υυυυυυ.

Diphyes conſtat e pyrrhichio,& moloſſo,id eſt e quinque ſyllabis,prima, & ſecunda breuibus, & ceteris longis,temporum octo,vt pĕrămāuīſtī υυ---. Recipit proportionem ſubtriplam duorum ad ſex, vel contra,& ſolutiones tres in anapæſtodactylum υυ-υυ in diantidactylum υυ-υυ-. in choreobacchium υυυυ--.

Choriobacchius conſtat e trochæo,& bacchio, id eſt e quinque ſyllabis,ſecunda,& tertia breuibus. & ceteris longis, temporum octo, vt bēllĭgĕrāntēs -υυ--.Recipit proportionē ſuperbipartientē, tertias, triū

que ſyllabis, vltima & penultima longis, & ceteris breuibus, temporum ſeptem, vt ŏpĭtŭlāntēs υ υ υ - -. Recipit proportionem altero tanto, & ſeſquimaiorem duorum ad quinque, & ſolutiones duas in choreodactylum υ υ υ - υ υ. in choreantidactylum υ υ υ υ -.

Dochimus conſtat e pyrrhichio, & cretico, id eſt e quinque ſyllabis, vltima, & antepenultima longis, & ceteris breuibus, temporum ſeptem, vt hўăcīnthĭnūs υ υ - υ -. Recipit proportionem altero tanto, & ſeſquimaiorem, duorum ad quinque, & ſolutiones duas, in anapæſtochoreum υ υ - υ υ υ. in choreantidactylum υ υ υ υ υ -.

Choreodactylus conſtat e trochæo & dactylo, id eſt e quinque ſyllabis, prima, & tertia longis, ceteris breuibus, temporum ſeptem, vt vērbĕrāntĭbŭs - υ - υ υ. Recipit proportionem hypepitriten trium ad quatuor, & ſolutiones duas, in dactylochoreum - υ υ υ υ υ. in choreodactylum υ υ υ - υ υ.

Spondeoſcolius conſtat e ſpondeo, & amphibracho, id eſt e quinque ſyllabis, vltima, & antepenultima breuibus, & ceteris longis, temporum octo, vt dīuērbĕrāntŭr - - υ - υ. Recipit proportionem æquam, quattuor ad quattuor, & ſolutiones tres, in latiochoreum - - υ υ υ υ. in dactyloſcolium - υ υ υ - υ. in anapæſtoſcolium υ υ - υ - υ.

Periambodes conſtat ex iambo, & bacchio, id eſt e quinque ſyllabis, prima, & tertia breuibus, & ceteris longis, temporum octo, vt ĭmāgĭnāntēs υ - υ - -. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias, trium ad quinque, & ſolutiones tres, in ſcoliodactylum υ - υ - υ υ. in ſcoliātidactylum υ - υ υ υ -. in choreobacchium υ υ υ υ - -.

Cyprius conſtat ex iambo, & anapæſto, id eſt e quinque ſyllabis, ſecunda & vltima longis, & ceteris breuibus, temporum ſeptem, vt ărīſtŏtĕlēs υ - υ υ -. Recipit proportionem hypepitriten trium ad quattuor, et

ſolutiones duas, in ſcoliochoreum ⏑ - ⏑⏑⏑⏑. in choreantidactylum ⏑⏑⏑ ⏑⏑ -.

Anticyprius conſtat e trochæo, & palimbacchio, id eſt e quinque ſyllabis, ſecunda, & vltima breuibus, & ceteris longis, temporũ octo, vt vĕrbĕrābāmūr - ⏑ - - ⏑. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias, trium ad quinq;, & ſolutiones tres, in creticochoreũ - ⏑ ⏑⏑⏑. in dactylobacchium - ⏑⏑ - -. in choreocanium ⏑⏑⏑ - - -.

Iambocreticus conſtat ex iambo, & cretico, id eſt e quinque ſyllabis, prima, & penultima breuibus, & ceteris longis, temporum octo, vt ĭmāgūncŭlīs ⏑ - - ⏑ -. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias, triũ ad quinq;, & ſolutiones tres in bacchiochoreum ⏑ - - ⏑⏑⏑. in ſcolianapæſtum ⏑ - ⏑⏑ -. in choreocreticum ⏑⏑ ⏑ -.

Doriſcus conſtat e trochæo, & amphibracho, id eſt e quinque ſyllabis, prima, & penultima longis, & ceteris breuibus, temporum ſeptem, vt pīgmălĭōnĭs - ⏑⏑ - ⏑. Recipit proportionem hypepitriten trium ad quattuor, & ſolutiones duas, in dactylochoreum - ⏑⏑ ⏑⏑. in choreoſcolium ⏑⏑⏑ ⏑.

Periodicus conſtat ex iambo, & amphibracho, id eſt e quinque ſyllabis, ſecunda & penultima longis, & ceteris breuibus, temporum ſeptem, vt ĭmāgĭnāmŭr ⏑ - ⏑ - ⏑. Recipit proportionem hypepitriten trium ad quattuor, & ſolutiones duas, in ſcoliochoreum ⏑ - ⏑⏑ ⏑. in choreoſcolium ⏑⏑⏑ - ⏑.

Antiperiodicus conſtat e trochæo & cretico, id eſt e quinque ſyllabis, ſecunda & penultima breuibus, & ceteris longis, temporum octo, vt lībĕrālĭtās - ⏑ - ⏑ -. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias trium ad quinque, vel contra; & ſolutiones tres in creticochoreũ - ⏑ - ⏑⏑⏑. in politicanapæſtum - ⏑⏑⏑ - -. in choreocreticum ⏑⏑ - ⏑ -.

Strophus conſtat e trochæo, & anapæſto, id eſt e quin-

æque ſyllabis,prima,& vltima longis,& ceteris breuibus,temporum ſeptem,vt mūltĭlŏquĭī - ∪∪∪ -.Recipit proportionem hypepitriten,trium ad quatuor,& ſolutiones duas,in dactylochoreum - ∪∪∪∪ -.in choreantidactylum ∪∪∪∪∪ -.

Apriſtrophus conſtat ex iambo, & palimbacchio, id eſt e quinque ſyllabis, prima, & vltima breuibus,& ceteris longis,temporum octo,vt ămāuīſſēmūs ∪ - - - ∪. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias,trium ad quinque,& ſolutiones tres,in bacchiochoreum ∪ - - ∪ ∪∪.in diſcolium ∪ - ∪∪ - ∪.in choreolatium ∪∪ ∪ - - ∪.

DE QVATVOR ET SEXAGINTA PEDIBVS HEXASYLLABIS.

Pedes hexaſyllabi, qui heteroplici dicuntur,naſcuntur e triſyllabis geminatis. ſunt autem numero quatuor,& ſexaginta.horum nullus reſoluitur,quoniam pedes non amplius quam ſex ſyllabas habent.

Dichoreus conſtat duobus choreis,id eſt e ſex ſyllabis breuibus,temporum ſex,vt rĕsĕcŭĕrĭtĭs ∪∪∪∪∪∪. Recipit proportionem æquam,trium ad tria.

Dicanius conſtat e duobus moloſſis, id eſt, e ſex ſyllabis longis,temporũ duodecim,vt cīrcūnŭāllāuērūnt ------.Recipit proportionem æquam, ſex ad ſex.

Diantidactylus conſtat e duobus anapęſtis, id eſt e ſex ſyllabis,tertia, & vltima longis, & ceteris breuibus, temporum octo,vt ăgămēmnŏnĭās ∪∪ - ∪∪ -. Recipit proportionem æquam quatuor ad quatuor.

Didactylus conſtat e duobus dactylis,id eſt e ſex ſyllabis prima & quarta longis,& ceteris breuibus,temporum octo,vt bēllĭgĕrāntĭbŭs - ∪∪ - ∪∪.Recipit proportionem æquam.quatuor contra quatuor.

Diſcolius conſtat e duobus amphibrachis, id eſt e ſex ſyllabis,ſecunda,& penultima longis,& ceteris breuibus,temporum octo,vt căcātŭrĭēbām ∪ - ∪∪ - ∪.Recipit proportionem æquã quatuor aduerſus quatuor.

Dicreticus conſtat e duobus amphimacris, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, & penultima breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt ōccŭpātĭſsĭmō - v - - v -. Recipit proportionem æquam quinque ad quinque.

Dibacchius conſtat e duobus bacchiis, id eſt e ſex ſyllabis, prima & antepenultima breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt rĕdārgūtĭōnēs v - - v - -. Recipit proportionem æquam quinq; aduerſus quinque.

Dilatius cōſtat e duobus palimbacchiis, id eſt e ſex ſyllabis, tertia, & vltima breuibus, ceteris longis, vt prōnūncĭābāmūs - - v - - v. Recipit proportionem æquā, quinque ad quinque.

Choreocanius conſtat e tribracho, & trimacro, id eſt e ſex ſyllabis, tribus breuibus, totidem longis, temporum nouem, vt sŭbŏnĕrāuērūnt v v v - - -. Recipit proportionem ſubduplam trium contra ſex.

Caniochoreus conſtat e trilongo, & tribreui, ideſt e ſex ſyllabis, tribus longis, totidem breuibus, temporum nouem, vt cōnsēruāuĕrĭmŭs - - - v v v. Recipit proportionem duplo maiorem ſex, aduerſus tria.

Choreantidactylus conſtat e tribreui, & anapæſto, id eſt, e ſex ſyllabis vltima longa, ceteris breuibus temporum ſeptem, vt ărĭĕtĕ lăbānt, v v v v v -. Recipit proportionem ſupertertiam, trium ad quatuor.

Anapæſtochoreus conſtat ex anapæſto, & tribreui, id eſt, e quinque ſyllabis, tertia longa, & ceteris breuibus temporum ſeptem, vt vălĭtūdĭnĭbŭs v v - v v v. Recipit proportionem ſupertertiam, quatuor ad tria.

Choreodactylus conſtat e tribreui, & dactylo, id eſt e ſex ſyllabis, quarta longa, ceteris breuibus, temporum ſeptem, vt vărĭĕtātĭbŭs v v v - v v. Recipit proportionem ſupertertiam, trium ad quatuor, vel contra.

Dactylochoreus conſtat e dactylo, & tribreui, id eſt, e ſex ſyllabis, prima longa, ceteris breuibus, temporū ſeptem, vt dīſsĕcŭĕrĭtĭs - v v v v v. Recipit proportionem ſupertertiam, quatuor ad tria, vel contra.

Choreoſcolius cõſtat e tribreui,& amphibracho, ideſt, e ſex ſyllabis, penultima longa, ceteris breuibus, tẽpo rũ ſeptem, vt rĕsĕcŭĕrā̆mŭs υ υ υ υ - υ. Recipit propor tionem ſubſupertertiam, triũ ad quattuor, vel cõtra.

Scoliochoreus conſtat ex amphibracho, & tribreui, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecũda lõga, ceteris breuibus, tẽ porum ſeptẽ, vt ămārĕ pătrĭăm υ - υυυυ. Recipit pro portionem ſupertertiam, quattuor ad tria, vel cõtra.

Choreocreticus cõſtat e tribreui, & amphimacro, id eſt e ſex ſyllabis, antepenultima, & vltima longis, cete teris breuibus, temporum octo, vt sĕcŭĭt ārbŏrēs υυυ - υ -. Recipit proportionem ſupertertiam trium ad quattuor, vel contra.

Creticochoreus conſtat ex amphimacro, & tribreui id eſt, e ſex ſyllabis, prima, & tertia longis, ceteris bre uibus, temporum octo, vt īnsŭlæ ſpŏrădēs, - υ - υ υ υ. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias, quinque ad tria, vel contra, maior enim continet mi norem, & duas partes eius.

Choreobacchius conſtat e tribreui, & bacchio, id eſt, e ſex ſyllabis, vltima & penultima longis, ceteris bre uibus, temporum octo, vt lĕgĭtĕ lĭbēllōs, υυ υυ - -. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias, trium ad quinque, vel contra.

Bacchiochoreus conſtat e bacchio, & tribreui, id eſt e ſex ſyllabis, ſecunda, & tertia longis. ceteris breui bus, temporum octo, vt ăchīllēs vălĭdŭs υ - - υυυ. Re cipit proportionem ſuperbipartientem tertias, quin que ad tria, vel contra.

Choreolatius conſtat e tribreui, & palimbacchio, id eſt e ſex ſyllabis, penultima, & antepenultima lon gis, ceteris breuibus, temporum octo, vt mŭlĭĕr ōrnā tă υυυ - - υ. Recipit proportionem ſuperbipartientẽ tertias, trium ad quinque, vel contra.

Latiochoreus conſtat e palimbacchio, & tribreui, id eſt, e prima & ſecunda longis, ceteris breuibus, tẽpo

rum octo, vt fōrmōſā mŭlĭēr - - ∪∪∪∪. Recipit proportionem ſuperbipartientem tertias quattuor ad tria, vel contra.

Caniantidactylus conſtat e trilongo, & anapæſto, id eſt, ſex ſyllabis penultima, & antepenultima breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt Rōmānōs dŏmĭnōs - - - ∪∪ -. Recipit proportionem ſeſquiplam, ſex ad quattuor, uel contra.

Antidactylocanius conſtat ex anapæſto, & trilongo, id eſt, e ſex ſyllabis, prima, & ſecunda breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt cŏrȳdōn īnfœ̄līx ∪∪ - - - -. Recipit proportionem ſeſquiplam, quattuor ad ſex, vel contra.

Caniodactylus conſtat e trilongo, & dactylo, id eſt e ſex ſyllabis, vltima & penultima breuibus, ceteris longis, tēporū decē, vt Rōmānī Cǣſărĭs - - - - ∪∪. Recipit proportionē ſeſquiplā, ſex ad quattuor, vel cōtra.

Dactylocanius conſtat e dactylo, & trilongo, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, & tertia breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt cāndĭdă lībērtās - ∪∪ - - -. Recipit proportionem ſeſquiplā, ſiue ſuperdimidiam, ſiue ἡμιόλιον, quattuor ad ſex, vel contra.

Canioſcolius conſtat e trilongo, & amphibracho, id eſt, e ſex ſyllabis, vltima, & antepenultima breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt māiēſtās Cătōnĭs - - - ∪ - ∪. Recipit proportionem ſeſquiplam ſex ad quattuor, vel contra.

Scoliocanius conſtat ex amphibracho, & moloſſo, id eſt e trimacro, ſeu trilongo, ſeu hippio, id eſt, e ſex ſyllabis, prima, & tertia breuibus, ceteris longis, temporum decē, vt Mărōnĭs ǣnēās ∪ - ∪ - - -. Recipit proportionem ſeſquiplam, quattuor ad tria, vel contra.

Caniocreticus conſtat e moloſſo, & cretico, hoc eſt e ſex ſyllabis, penultima breui, ceteris lōgis, tēporum vndecim, vt cōncōrdēs prīncĭpēs - - - - ∪ -. Recipit proportionē epipēptē ſeu ſuperquintā, ſex ad quinq;

vel contra. maior enim continet minorem, & quintã eius partem.

Creticocanius conſtat ex amphimacro, & trimacro, id eſt e ſex ſyllabis, ſecunda breui, ceteris longis, temporum vndecim: vt prīncĭpēs cōncōrdēs -υ----. Recipit proportionem ſuperquintam, quinque ad ſex, vel contra.

Caniobacchius conſtat e moloſſo, & bacchio, id eſt e ſex ſyllabis, antepenultima breui, ceteris longis, tẽporum vndecim, vt cōnſtāntēs cătōnēs.---υ--. Recipit proportionem ſuperquintam, ſex ad quinq;, vel contra.

Bacchiocanius conſtat e bacchio, & moloſſo, id eſt, e ſex ſyllabis, prima breui, ceteris longis, temporum vndecim, vt Ăthēnīs vīrtūtēs υ-----. Recipit proportionem ſuperquintam, quinque ad ſex, vel cõtra.

Caniolatius conſtat e moloſſo, & palimbacchio, id eſt, ex vltima breui, longis ceteris, temporum vndecim, vt māīēſtās rēgālĭs-----υ. Recipit proportionem ſuperquintam, quinque ad ſex, vel contra.

Latiocanius conſtat e palimbacchio, & moloſſo, id eſt, e ſex ſyllabis, tertia breui, longis ceteris, temporum vndecim, vt Rōmānă māīēſtās --υ---. Recipit proportionem ſubſuperquintam, quinque ad ſex, vel contra.

Anapæſtodactylus conſtat ex anapæſto, & dactylo, id eſt, e ſex ſyllabis, tertia & quarta longis, ceteris breuibus, temporum octo, vt flŭuĭōs trāĭcĭt υυ-- υυ. Recipit proportionem æquam quatuor ad quatuor.

Politicanapæſtus conſtat e dactylo, & anapæſto, id eſt, e ſex ſyllabis, prima, & vltima longis, ceteris breuibus, temporum octo, ut nōbĭlĭs ătăuīs -υυυυ-. Recipit proportionem æquam quatuor ad quatuor.

Anapæſtoſcolius conſtat ex anapæſto & amphibracho. i. e ſex ſyllabis, tertia & penultima lõgis, ceteris breuibus, temporum octo, vt pŏpŭlōs rĕgēbăt υυ-υ-υ

Recipit proportionem æquam,quattuor ad quattuor.

Scoliantidactylus conſtat ex amphibracho, & anapæſto,id eſt e ſex ſyllabis.ſecunda & vltima longis,ceteris breuibus, temporum octo, vt Cătōnĭs ănĭmōs v-vvv-.Recipit proportionem æquam,quattuor ad quattuor.

Anapæſtocreticus conſtat ex anapæſto, & amphimacro,id eſt e ſex ſyllabis, prima, ſecunda, penultima breuibus,ceteris longis,temporum nouem, vt vĕnĕtī prīncĭpēs vv--v-. Recipit proportionem ſubſuperquartam, ſiue, vt Græce dicam, ὑπεπιτετάρτην, quattuor ad quinque,vel contra. maior enim pars continet minorem,& quartam eius partem.

Creticantidactylus conſtat ex amphimacro,& anapæſto,id eſt e ſex ſyllabis, ſecunda, penultima,antepenultima breuibus, ceteris longis, temporũ nouem, vt prīncĭpēs vĕnĕtī -v-vv-.Recipit proportionem ſuperquartam,quinque ad quattuor,vel contra.

Anapæſtobacchius conſtat ex anapæſto, & bacchio,id eſt e ſex ſyllabis,prima,ſecunda,antepenultima breuibus,ceteris longis, temporum nouem,vt vĕnētōs pŏtēntēs vv-v--. Recipit proportionem ſuperquartam,quattuor ad quinque,vel contra.

Bacchiantidactylus conſtat e Bacchio, & anapæſto, ideſt,e ſex ſyllabis,ſecunda,tertia, vltima longis,ceteris breuibus,temporum nouem,vt Mĕnālcās rĕcŭbāns v--vv-.Recipit proportionem ſuperquartam, quinque ad quattuor,vel contra.

Anapæſtolatius conſtat ex anapæſto, & palimbacchio, id eſt,e ſex ſyllabis, tertia, penultima, antepenultima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt flŭuĭī trānāntŭr vv---v.Recipit proportionem ſuperquartam,quattuor ad quinque,vel contra.

Latiodactylus conſtat e palimbacchio, & anapæſto, id eſt,e ſex ſyllabis,prima,ſecunda,vltima longis, ceteris breuibus,tẽporum nouem,vt rīdēntŭr ĭnŏpēs,

-˘˘˘-. Recipit proportionem ſuperquartam, quinque ad quattuor, vel contra.

Dactyloſcolius conſtat e dactylo, & amphibracho, ideſt, e ſex ſyllabis, prima & penultima longis, ceteris breuibus, temporum octo, vt prēmiă pĕtēndūm- ˘˘˘-˘-. Recipit proportionem ęquam, quattuor ad quattuor.

Scoliodactylus conſtat ex amphibracho, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, & antepenultima longis, ceteris breuibus, tēporum octo, vt Plătōnē dōctĭōr ˘-˘-˘˘. Recipit proportionem æquam, quattuor ad quattuor.

Dactylocreticus conſtat e dactylo, & amphimacro, id eſt, e ſex ſyllabis, prima, vltima, antepenultima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt Māxĭmūs Hērcŭlēs -˘˘-˘-. Recipit conditionem ſuperquartam quattuor ad quinque.

Creticodactylus conſtat ex amphimacro, & dactylo, i.e ſex ſyllabis prima, tertia, quarta longis ceteris breuibus, tēporum nouem, vt Hērcŭlēs ĭnclȳtŭs -˘--˘˘. Recipit proportionem æquam, quattuor ad quattuor.

Dactylobacchius conſtat e dactylo & bacchio, ideſt e ſex ſyllabis, prima, penultima, vltima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt cāllĭdŭs ŭlȳſſēs -˘˘--. Recipit proportionem ſuperquartam, quattuor ad quinque, vel contrā.

Bacchiodactylus conſtat e bacchio, & dactylo id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, tertia, quarta longis ceteris breuibus, temporum nouē, vt ŭlȳſſēs cāllĭdŭs ˘---˘˘. Recipit proportionem ſuperquartam, quinque ad quattuor, vel contra.

Dactylolatius conſtat e dactylo, & palimbacchio, ideſt, e ſex ſyllabis, prima, penultima, antepenultima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt fīlĭŭs āldīnŭs -˘˘--˘. Recipit proportionem ſuperquartam quattuor ad quinque, vel contra.

Latiodactylus conſtat e palimbacchio, & dactylo, ideſt, e ſex ſyllabis, prima, ſecunda, quarta longis, ce-

teris breuibus, temporum nouem, vt āldīnā fīlīā – – ᴗ – ᴗ ᴗ. Recipit proportionem ſuperquartam, quin que ad quattuor, vel contra.

Scoliocreticus conſtat ex amphibracho, & amphimacro, ideſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, antepenultima, vltima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt ămīcŭs Hērcŭlēs – ᴗ – ᴗ – ᴗ –. Recipit proportionem ſuperquartam, quattuor ad quinque, vel contra.

Crēticoſcolius conſtat ex amphimacro, & amphibracho id eſt, e ſex ſyllabis, prima, tercia, penultima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt pōrtĭē cătōnĭs – ᴗ – ᴗ – ᴗ. Recipit proportionem ſuperquartam quinque ad quattuor, vel contra.

Scoliobacchius conſtat ex amphibracho, & bacchio, id eſt, e ſex ſyllabis ſecunda, penultima, vltima longis, ceteris breuibus, tēporum nouem, vt cătōnĕ mĭnōrī ᴗ – ᴗ ᴗ – –. Recipit proportionem ſuperquartam, quattuor ad quinque, vel contra.

Bacchioſcolius conſtat e bacchio, & amphibracho, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, tertia, penultima longis ceteris breuibus, temporū nouem, vt lĭbēllī plătōnĭs, ᴗ – – ᴗ – ᴗ. Recipit proportionem ſuperquartam, quinque ad quattuor, vel contra.

Scoliolatius conſtat ex amphibracho, & palimbacchio, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, antepenultima, penultima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt pŭēllă fōrmōſă ᴗ – ᴗ – – ᴗ. Recipit proportionem ſuper quartam, quattuor ad quinque, vel contra.

Latioſcolius conſtat e palimbacchio, & amphibracho. ideſt, e ſex ſyllabis, prima, ſecunda, penultima longis, ceteris breuibus, temporum nouem, vt fōrmōſă pŭēl lă – – ᴗ ᴗ – ᴗ. Recipit proportionem ſuperquartam, quinque ad quattuor, vel contra.

Creticobacchius conſtat ex amphimacro, & bacchio, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda & antepenultima breuibus ceteris longis, temporum decem. vt īnſŭlæ mărīnæ

-υ-υ--. Recipit proportionem æquam, quinque ad quinque.
Bacchiocreticus conſtat e bacchio, & amphimacro, id-eſt, e ſex ſyllabis, prima, & penultima breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt pŭēllǣ cāndĭdǣ υ---υ-. Recipit proportionem æquam, quinque ad quinque.
Creticolatius conſtat ex amphimacro, & palimbacchio, id eſt, e ſex ſyllabis, ſecunda, & vltima breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt Hērcŭlēs fōrmōſŭs -υ---υ. Recipit proportionem æquam, quinque ad quinque.
Latiocreticus conſtat e palimbacchio, & amphimacro, ideſt, e ſex ſyllabis, tertia & penultima breuibus, ceteris longis temporum decem, vt Rōmānĕ pōntĭfēx --υ-υ-. Recipit proportionem æquam, quinque ad quinque.
Bacchiolatius conſtat e bacchio, & palimbacchio, ideſt e ſex ſyllabis prima & vltima breuibus, ceteris longis, & temporum decem, vt ăchīllēs fōrmōsŭs υ----υ. Recipit proportionem æquam, quinque ad quinque.
Latiobacchius conſtat e palimbacchio, & bacchio, ideſt, e ſex ſyllabis, tertia, & quarta breuibus, ceteris longis, temporum decem, vt lōngǣ uă Săcērdōs --υυ--. Recipit proportionem æquā, quinque ad quinq;.
Etymologiam, cauſamq; nominis quorūdam ex ſupra dictis pedibus quæſiui diligenter apud auctores, ſed nihil inueni præter nomen. Nam Pygmon, ſiue, vt aliqui ſcribunt, Pygmæon. Diphyes, Periambodes, Periodicus, Strophus, Doriſcus, Ameboeus, Symplectus, Cyprius, Dochimus, Canius, Latius habentur quidem apud Diomedem, Dochimi autem Cicero etiam & Quintilianus meminere, Sed nullā dicunt cauſā nominis. An igitur aliqui eſt ipſis aliter ſcribātur, quā nos excudendos curauimus, videant doctiores. Nos

q; potuimus dedimus, meliora daturi ſi habuiſſem.

SIMPLICES PEDES DISYLLABI. IIII.

Pyrrhichius, qui & Pariambus, & Dibrachys, & Cineſias, Hegemon, & Ductor, & Bibreuis, & Tripudians dicitur. ◡ ◡ Dĕŭs.

Spondeus, qui & Bilongus, & Dimacros & Pontificius dicitur. – – Mūsæ.

Iambus, qui & Daunius dicitur ◡ – Sălūs.

Trochæus, qui & Chorius, & Cordax, & Rutilus dicitur. – ◡ āldŭs.

SIMPLICES PEDES TRISYLLABI VIII.

Tribrachys qui & Choreus, & Trochæus & Pygmon, & Brachiſyllabus, & Tribreuis dicitur ◡ ◡ ◡ gĕnŭă.

Moloſſus, qui & Hippius, & Trimacrus, & Trilongus, & Extenſipes, & Vertunnus, & Canius dicitur. – – – ālcīdēs.

Bacchius, qui & Oenotrius dicitur ◡ – – ăchīllēs.

Palimbacchius, qui, & Antibacchius, & Propōpicus, & Saturnius, & Latius dicitur – – ◡ Hērōăs.

Dactylus, qui & Politicus dicitur – ◡ ◡ Tītўrŭs.

Anapæſtus, qui & Antidactylus dicitur ◡ ◡ – rĕcŭbāns.

Amphibrachys, qui & Ianius, & Scolius dicitur ◡ – ◡ Lătīnŭs.

Amphimacrus, qui & Creticus, & Menſalis, & Feſcenninus dicitur – ◡ – Hērcŭlēs.

DVPLICES PEDES QVADRATI. XVI.

Proceleuſmaticus	◡ ◡ ◡ ◡	cŏlĕ dĕŭm.
Diſpondeus	– – – –	vērē iūrā.
Pæan Primus	– ◡ ◡ ◡	vīuĕ pĭŭs.
Pæan Secundus	◡ – ◡ ◡	Tīmē dĕŭm.
Pæan Tertius	◡ ◡ – ◡	Fŭgĕ ſcōrtă.
Pæan Quartus	◡ ◡ ◡ –	cŏlĕ pĭōs.
Epitritus primus	◡ – – –	Dīēs fēſtōs
Epitritus ſecundus	– ◡ – –	ūſquē sēruă.
Epitritus tertius	– – ◡ –	sōdēs cāuē

Epitritus quartus	- - - u	dīcās fālsă.
Ionicus a minore	u u - -	Fŭgĕ lītās.
Ionicus a maiore	- - u u	Vītă mălŭm.
Antiſpaſtus	u - - u	ămā pācĕm.
Choriambus	- u u -	Vōluĕ lĭbrōs.
Diiambus	u - u -	ămā pĭā.
Ditrochæus, qui & Dichorius, & Catatrochæus dicitur	- u - u	Mēntĕ Chrīſtŭm.

HETEROPLICI PEDES PENTASYLLABI. XXXII.

Orthius	u u u u u	bŏnă sĕquĕrĕ.
Moloſſoſpondeus	- - - - -	Lēgēs ōbsēruā.
Parapæan	- u u u u	Pāucă lŏquĕrĕ.
Periambus	u - u u u	Lŭpās iŭuĕnĭs
Meſomacrus	u u - u u	Fŭgĕ sēdŭlŭs.
Hegemoſcolius	u u u - u	Săcră fĭdēlĭs
Pyrrhicanapæſtus	u u u u -	Făcĕ, vĕlŭtī
Probrachys	u - - - -	pătrēs mōnſtrārūnt.
Hyperbrachys	- u - - -	Sēmpĕr ōbsēruāns
Meſobrachys	- - u - -	Cārōs părēntēs,
Paralegobrachys, qui & Spondeocreticus dicitur	- - - u -	Sānctī ceū iŭbēnt.
Hypobrachys, qui & Calotibos dicitur	- - - - u	Vīuēs lōngē ūĭs.
Symplectus	- - u u u	Foēlix pŏpŭlŭs
Iambodactylus	u - - u u	Bŏnō prīncĭpĕ.
Muſicus	u u - - u	Pĭŭs ālbērtŭs.
Daſius	u u u u - -	Bŏnă mŏnēntī,
Periambodes	u - u - -	Pătrī, sōdālī
Diphyes	u u - - -	Bŏnŭs āuſcūltā.
Choriobacchius	- u u - -	Cēdĕ pŏtēntī.
Ameboœus	- - u u -	Pārē dŏmĭnīs.
Spondeodactylus	- - - u u	Vēntrī prīmĭtŭs
Antiperiodicus	- u - u -	īndĕ lūxŭī
Spondeoſcolius	- - u - u	īrę rĕsīſtĕ.
Choriodactylus	- u - u u	Cūnctă tūrpĭă

Periodicus	u-u-u	Căuē mŏdēſtūs.
Dochimus	uu-u-	Cŭpĕ lĭttĕrās.
Strophus	-uuu-	Bēllă fŭgĭās.
Antiſtrophus	u---u	Mălōs vītāndŭm.
Cyprius	u-uu-	Mălī pĕrĕānt.
Anticyprius	-u--u	Fūrtă vītāndŭm.
Iambocreticus	u--u-	Tŭōs ērŭdī.
Doriſcus	-uu-u	ūſquĕ ſtŭdēndŭm.

HEXASYLLABI PEDES EX TRISYLLABIS COMPOSITI. LXIIII.

Dichoreus	uuuuuu	Plăcŭĭt Hĕlĕnă
Dicanius	------	Trōiānō fōrmōsō
Diantidactylus	uu-uu-	Gĕnĭtō prĭămō.
Didactylus	-uu-uu	Lēuĭă cārmĭnă
Diſcolius	u-uu-u	Cănēbăt Hŏmērūs.
Dicreticus	-u--u-	Mīlĭtēs īnclўtī
Dibacchius	u--u--	Lătīnī fŭērūnt.
Dilatius	--u--u	Vīrtūtĕ lætārĕ.
Choreocanius	uuu---	Nĭmĭă lībērtās
Caniochoreus	---uuu	Rōmānīs nŏcŭĭt.
Choreantidactylus	uuuuu-	Mĕdĭcŭs hŏmĭnēs
Anapæſtochoreus	uu-uuu	Pĕrĭmēns, pĕrĕăt.
Choreodactylus	uuu-uu	Mĕdĭcŭs ōptĭmŭs
Dactylochoreus	-uuuuu	Præmĭă rĕfĕrĕt.
Choreſcolius	uuuu-u	Pŏpŭlŭs īnīquŭs
Scoliochoreus	u-uuuu	īnīquă pătĭtŭr.
Choreocreticus	uuu-u-	Vălĭdŭs hērcŭlēs
Creticochoreus	-u-uuu	ōccĭdēns, dŏlŭĭt.
Choreobacchius	uuuu--	Părĭdĭs ăchīllēs
Bacchiochoreus	u--uuu	Săgĭttā pĕrĭĭt.
Choreolatius	uuu--u	Prĭămŭs ārmātŭs
Latiochoreus	--uuuu	ēmīsĭt ănĭmăm.
Caniantidactylus	---uu-	Lāērtē gĕnĭtī
Antidactylocanius	uu----	Băcŭlō Thērsītēs
Caniodactylus	----uu	āurātō vāpŭlăt.
Dactylocanius	-uu---	hūnc quŏquĕ Thērſītēn

Canioſcolius	− − − − u − u	Pelidæ peremit
Scoliocanius	u − u − − −	Pugillus irati.
Caniocreticus	− − − − u −	Clamabant milites
Creticocanius	− u − − − −	optime feciſti.
Caniobacchius	− − − u − −	Ridebant achiui
Bacchiocanius	u − − − − −	Videntes Therſiten
Caniolatius	− − − − − u	infracta ceruice.
Latiocanius	− − u − − −	Miratur æneas
Anapæſtodactylus	u u − − u u	Heleni regiam
Politicanapæſtus	− u u u u −	Mœnia profugi.
Anapæſtoſcolius	u u − u − u	Coridon canebat
Scoliantidactylus	u − u u u −	alexin adamans.
Anapæſtocreticus	u u − − u −	Pueros erudi.
Creticanapæſtus	− u − u u −	Regulos fugias.
Anapæſtobacchius	u u − u − −	Pereant iniqui.
Bacchiantidactylus	u − − u u −	iniqui pereant.
Anapæſtolatius	u u − − − u	Perama virtutem.
Latiantidactylus	− − u u u −	incumbe ſtudiis.
Dactyloſcolius	− u u u − u	expetit honorem
Scoliodactylus	u − u − u u	latina gens mea.
Dactylocreticus	− u u − u −	Diſcite litteras,
Creticodactylus	− u − − u u	Codices voluite,
Dactylobacchius	− u u u − −	o mea iuuentus.
Bacchiodactylus	u − − − u u	Honores improbus
Dactylolatius	− u u − − u	Dat labor, algendum.
Latiodactylus	− − u − u u	ſudandum, inclitus
Scoliocreticus	u − u − u −	id egit Hercules.
Creticoſcolius	− u − u − u	Herc ules olympum
Scoliobacchius	u − u u − −	Labore per ignes,
Bacchioſcolius	u − − u − u	Per undas parauit.
Scoliolatius	u − u − − u	Docere debemus
Latioſcolius	− u − u − u	quoſcunque libenter,
Creticobacchius	− u − u − −	maxime propinquos,
Bacchiocreticus	u − − − u −	amicos, liberos.
Creticolatius	− u − − − u	Filias include.
Latiocreticus	− − u − u −	omneſque neſciant

Bacchiolatius ⏑ - - - - ⏑ Sōrōrēs, ūxōrēm!

Latiobacchius - - ⏑ ⏑ - - Vīx crēdĕ părēntī.

ΠΕΡΙ ΔΙΣΥΛΛΑΒΩΝ ΠΟΔΩΝ. δ.

Δίβραχυς, ὁ καὶ
Πυῤῥίχιος, καὶ
Παρίαμβος, καὶ
Κινησίας, καὶ
Ηγεμὼν λέγεται ⏑⏑ θεός.
Σπονδεῖος, ὁ καὶ
Δίμακρος λέγεται - - μοῦσαι.
Ιαμβος ⏑ - ἔρως.
Τροχαῖος, ὁ καὶ
Χορεῖος, ὁ καὶ
Κόρδαξ λέγεται - ⏑ ἄλδος.

ΠΕΡΙ ΤΡΙΣΥΛΛΑΒΩΝ ΠΟΔΩΝ. ι.

Τρίβραχυς, ὁ καὶ
Χορεῖος, καὶ
Βραχισύλλαβος λέγεται ⏑ ⏑ ⏑ ἔλεος.
Μολοττὸς ὁ καὶ
Ιππεῖος, καὶ
Τρίμακρος λέγεται - - - ἀλκάδης
Βακχεῖος ⏑ - - ὀδυσσεύς.
Παλιμβάκχειος, ὁ καὶ
Αντιβάκχειος - - ⏑ ἥφαιστος.
Δάκτυλος, ὁ καὶ
Πολιτικός - ⏑ ⏑ ἥλιος.
Ανάπαιστος, ὁ καὶ
Αντιδάκτυλος ⏑ ⏑ - ἑλένη.
Αμφίβραχος, ὁ καὶ
Σκολιός ⏑ - ⏑ ὅμηρος
Αμφίμακρος, ὁ καὶ
Κρητικὸς - ⏑ - δημοφῶν.

ΠΕΡΙ ΤΕΤΡΑΣΥΛΛΑΒΩΝ ΠΟΔΩΝ. ις.

Προκελευσματικός ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ σέβε θεόν.
Διασπόνδειος - - - - ὅρκῳ μὴ χρῶ.
Παιὰν ά, ὁ καὶ παιὼν - ⏑ ⏑ ⏑ χρηστὰ λέγε.

Παιὰν

Παιὰν β	∪−∪∪	ἔρως βραχύς.
Παιὰν γ	∪∪−∪	βραδὺς ὠκύν.
Παιὰν δ	∪∪∪−	τὰ σὰ φίλα.
Ἐπίτριτος α	∪−−−	νόμοις πάθου.
Ἐπίτριτος β	−∪−−	χρηστὰ πράττειν.
Ἐπίτριτος γ	−−∪−	θυμοῦ κρατεῖν.
Ἐπίτριτος δ	−−−∪	τηρεῖν ὅρκον.
Ἰωνικὸς ἀπ᾽ ἐλάσσονος	∪∪−−	κακὰ φεύγων
Ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος	−−∪∪	ποίει καλά.
Ἀντίσπαστος	∪−−∪	ἐὼν θνητός
Χορίαμβος	−∪∪−	θνητὰ φρόνει.
Διΐαμβος	∪−∪−	θεοὺς φίλει.
Διτρόχαιος	−∪−∪	γνῶθι σαυτόν.

ΠΕΡΙ ΠΕΝΤΑΣΥΛΛΑΒΩΝ ΠΟΔΩΝ. λβ.

Ὄρθιος	∪∪∪∪∪	χάριν ἀπόδος.
Μολοσσόσπονδειος	−−−−−	πεῖσας νικήσεις.
Παράπαιαν	−∪∪∪−	πράττε λόγια.
Περίαμβος	∪−∪∪∪	φρόνει κατάσε.
Μεσόμακρος	∪∪−∪∪	λόγος ἔμφρονος
Ἡγεμοσκόλιος	∪∪∪−∪	λόγον ἔπουσιν
Πυῤῥιχανάπαιστος	∪∪∪∪−	καλὰ παρέχει.
Πρόβραχυς	∪−−−−	λόγῳ νικᾶται.
Ὑπέρβραχυς	−∪−−−	μόνης ἐμπείρων.
Μεσόβραχυς	−−∪−−	νίκα λογισμῷ.
Παραληγόβραχυς, ὁ καὶ Σπονδειοκρητικος	−−−∪−	ζώης σωφρόνως.
Ὑπόβραχυς, ὁ καὶ Καλότιβος	−−−−∪	ἦ σοὺς παίδευε.
Σύμπλεκτος	−−∪∪∪	αἰδοῦ γονέας.
Ἰαμβοδάκτυλος	∪−−∪∪	φθονεῖν μηδενί.
Μουσικὸς	∪∪−−∪	καλὸς ἔνδοξος.
Δάσιος	∪∪∪−−	κακὸς ἀκλεής.
Διφυὴς	∪∪−−−	χάρις ἐνδόξοις
Χορειοβάκχειος	−∪∪−−	αἰὲν ὀπηδεῖ.
Ἀμοιβαῖος	−−∪∪−	τιμᾶν ἀγαθούς
Σπονδειοδάκτυλος	−−−∪∪	χρὴ τοὺς σώφρονας.

Περιαμβώδης	⏑–⏑––	φίλοις βοήθει.
Αντιπεριόδικος	–⏑–⏑–	κοινὰ τῶν φίλων.
Σπονδειοσκόλιος	––⏑–⏑	αἰδῶ φύλαττε.
Χορειοδάκτυλος	–⏑–⏑⏑	ἄκε μάζοσι.
Περιόδικος	⏑–⏑–⏑	ξένους ξένιζε.
Δοχμιος	⏑––⏑–	θεὸς ἵλεως.
Στρόφος	–⏑⏑–	ἄκε μεγάλοις.
Αντίστροφος	⏑–––⏑	φίλους εὐφραινε.
Κύπριος	⏑–⏑⏑–	φέρειν πενίαν.
Αντικύπριος	–⏑––⏑	ζῶ ἐλπίζε.
Ιαμβοκρητικος	⏑––⏑–	κρατεῖν ἡδονῆς.
Δορισκος	–⏑⏑–⏑	ἄρχε γυναικός.

ΠΕΡΙ ΕΞΑΣΥΛΛΑΒΩΝ ΠΟΔΩΝ. ξθ.

Διχόρειος	⏑⏑⏑⏑⏑⏑	ἀγαθὸς ὁ θεός.
Διμόλοττος	––––––	ἀνθρώπους ἐκπληττει.
Δακτυλοχόρειος	–⏑⏑⏑⏑⏑	ἄλκιμος, ἄφθιτος.
Σκολιοχόρειος	⏑–⏑⏑⏑⏑	τύχτα σφαλερά.
Αναπαιστοχόρειος	⏑⏑–⏑⏑⏑	κρατερῶς τέτλαθι.
Χορειοδάκτυλος	⏑⏑⏑–⏑⏑	ψίθυρον ἔκβαλλε.
Χορειοσκόλιος	⏑⏑⏑⏑–⏑	φρόνιμα νόμιζε.
Χορειαντιδάκτυλος	⏑⏑⏑⏑––	γονέας ἀγάπα.
Βακχειομόλοττος	⏑–––––	μαθητὰς παιδεύσης.
Κρητικομόλοττος	–⏑––––	ἀσμένως ἀσπάζου.
Αντιβακχειομόλοττος	––⏑–––	καὶ πάντας εὐποίει
Μολοττοβάκχειος	–––⏑––	τῷ πλήθει ἀρέσκειν
Μολοττοκρητικος	––––⏑–	ζήλωσαι τοὺς σοφούς.
Μολοτταντιβάκχειος	––––⏑⏑	βάλλ' οὕτως βάλλ' ἄλλοις
Αντιβακχειοχόρειος	––⏑⏑⏑⏑	μὴ πράττε τὰ κακὰ
Βακχειοχόρειος	⏑––⏑⏑⏑	ἐπαίνει τὰ καλά.
Αναπαιστοδάκτυλος	⏑⏑––⏑⏑	βασιλεὺς τίμιος.
Χορειαντιβάκχειος	⏑⏑⏑––⏑	γονέας εὐφραινε.
Χορειοβάκχειος	⏑⏑⏑⏑––	ἀγαθὰ νοήσας.
Αναπαιστομόλοττος	⏑⏑––––	ἀγαθῶν κοινωνεῖς.
Δακτυλομόλοττος	–⏑⏑–––	ἄγριος αἰχμητής
Παλιμβακχειοβάκχειος	––⏑⏑––	φεύγοντα δίωκε.
Μολοτταναπαιστος	–––⏑⏑–	εἰρήνην ἀγάπα.

Μολοττοδάκτυλος	----υυ	ὠφέλειν μηδενί.
Κρητικοχόρειος	-υ-υυυ	σοφρονῶν ὅπιδα.
Κρητικοδάκτυλος	-υ--υυ	ἄκουε κ᾽ αὔδεο
Αναπαιστοκρήτικος	υυ--υ-	πολιοῦ ἔθειραν.
Χορειοκρήτικος	υυυ-υ-	ἀνέρος ἀσμένως.
Σκολιομόλοττος	υ-υ---	παλαιὰ τήρησαι.
Κρητικοβάκχειος	-υ-υ--	τὰς βίβλους διέρχου.
Αντιβακχειοκρήτικος	--υ-υ-	μνήμην τε τῶν πάλαι
Κρητικοσκόλιος	-υ υ-υ	ὀφθαλμοῖς πρόβαλλε.
Δακτυλανάπαιστος	-υυυυ-	μηδενὸς ὑφορῶ.
Βακχειαντιβάκχειος	υ----υ	μαθητὰς παίδευε.
Δακτυλοσκόλιος	-υυυ-υ	ἤεα κόλαζε
Βακχειοκρήτικος	υ --υ-	παρόντων οἰκετῶν.
Σκολιανάπαιστος	υ-υυυ-	ὅμηρος ὁ πάλαι
Κρητικαντιβάκχειος	-υ---υ	πηλέως υἱεισιν
Δισκόλιος	υ-υυ-υ	τὸν υἱὸν ἄμεμπτον.
Δικρήτικος	-υ--υ-	δαρδάνου θ᾽ ἱεράν
Βακχειοδάκτυλος	υ---υυ	παλαιοῦ τὴν πόλιν
Αναπαιστ᾽αντιβάκχειος	υυ- --υ	δεκέτη πάσχουσαν
Χορειομόλοττος	υυυ---	πόλεμον ἀργείων.
Δακτυλοβάκχειος	-υυυ--	δεύτερον ἀείδει
Αντιβακχειανάπαιστος	--υυυ-	πλαχθέντα πολιοῦ
Μολοττοχόρειος	---υυυ	λαέρτου ἐν ἀλὶ
Βακχειοκρήτικος	υ---υ-	τὸν υἱὸν, ἰλίου
Κρητικοσκόλιος	-υ-υ-υ	οὐδ᾽ ὅσως ἔπερσεν.
Αναπαιστοκρήτικος	υυ--υ-	μινυῶν τόντε πλοῦν,
Παλιμβακχειοσκόλιος	--υυ-υ	ἀργῶτε λέγουσιν
Βακχειανάπαιστος	υ--υυ-	αεῖσαι λιγυρῶς
Δακτυλαντιβάκχειος	-υυ--υ	ὀρφέα τὸν θρᾷκα.
Αναπαιστοβάκχειος	υυ-υ--	γενεὰν δ᾽ ἀνάκτων
Παλιμβακχειοδάκτυλος	--υ-υυ	ἀσκραῖος ἔνθεος
Σκολιοβάκχειος	υ-υυ--	ἔγραψεν ἀείσας
Κρητικοδάκτυλος	-υ--υυ	ἡμέρας, ἔργα τε.
Σκολιαντιβάκχειος	υ-υ---	θάλεια θάλλουσα
Κρητικανάπαιστος	-υ-υυ-	πινδάρου μεγάλως
Βακχειοσκόλιος	υ--υ-υ	ἀείδει ἀγῶνας

Δακτυλοκρήτικος	–∪∪–∪–	ἑλλάδος ἱεροῦσ.
Διαντιδάκτυλος	∪∪–∪∪–	ἀγέλας ἀθύρεις,
Διαντιβάκχειος	––∪––∪	κοντῶντε σύριγγας,
Διδάκτυλος	–∪∪–∪∪	ἄσματε, θύκριτε
Διβάκχειος	∪––∪––	ἀηδὼν ἀρούρεις.

Viſum eſt gratia exercendi ingenia ſtudioſorum, pedes omnes, ſignis duntaxat notatos, ſubiungere, vt ſecuti figuras pedis cuiuſq;,cum nomen dixerint,ipſi ſibi exemplum fingant.quod cum quis præſtare poterit,ſciat ſe iam callere ſyllabas.Illud etiam cēſeo frequenter faciendum,vt quouis accepto libro tam proſa oratione,quam carmine curſim,vt ſe offerūt dictiones,dicat,quo ſingulæ pede a diſyllabis vſque ad hexaſyllabos conſtare poſſint.verbi gratia in epiſtolis M.Tullij.ĕgŏ,Pyrrhichius.ōmnī,ſpondeus.ōffĭcĭō,choriambus.āc,ſyllaba longa.pŏtĭŭs,tribrachys.pĭĕtātĕ,pæan tertius.ērgā,ſpondeus.tē,ſyllaba lōga,cætĕrīs,creticus.ſătĭsfăcĭō iambantidactylus, vel iābochoreus,ōmnĭbŭs,dactylus,& ſic in ceteris.

IIII.	XVI.	∪∪∪–	––∪∪∪
∪∪	∪∪∪∪	–∪–∪	∪––∪∪
––	––––	XXXII.	∪∪––∪
∪–	–∪∪∪	∪∪∪∪∪	∪∪∪––
–∪	∪–∪∪	–––––	∪∪∪––
	∪∪–∪	–∪∪∪∪	∪–∪––
VIII.	∪∪∪–	–∪–∪∪∪	∪∪–––
∪∪∪	∪–––	∪∪–∪∪	–∪∪––
–––	–∪––	∪∪∪–∪	––∪∪–
∪––	––∪–	∪∪∪∪–	–––∪∪
––∪	–––∪	∪––––	–∪–∪–
–∪∪	∪∪––	–∪–––	––∪–∪
∪∪–	––∪∪	––∪––	–∪–∪∪
∪∪∪	∪––∪	–––∪–	∪–∪–∪
–∪–	–∪∪–	––––∪	∪∪–∪–

-uu-	uuuu-	---u-	-uu-u-
u---u	uu-uuu	-u----	-u--uu
u-uu-	uuu-uu	---u--	-uuu--
-u--u	-uuuu	u----	u---uu
u--u-	uuuu-u	-----u	-uu--u
-uu-u	u-uuu	--u---	--u-uu
LXIIII.	uuu-u-	uu--uu	u u-u-
uuuuuu	-u-uuu	-uuuu-	-u-u-u
------	uuuu--	uu-u-u	u-uu-
uu-uu-	u--uuu	u-uuu-	u--u-u
uu-uu-	uuu--u	uu--u-	u-u--u
-uu-uu	--uuuu	-u-uu-	--uu-u
u-uu-u	---uu-	uu-u--	-u-u--
-u--u-	uu----	u--uu-	u---u-
u--u--	----uu	uu---u	-u---u
--u--u	-uu---	--uuu-	--u-u-
uuu---	---u-u	-uuu-u	u----u
---uuu	u-u---	u-u-uu	--uu--

Quoniam autem de pedibus a diſyllabis vſque ad tetraſyllabos culte & erudite ſcripſit Terentianus tum trochaico, tum ſotadeo carmine, non inutile viſum eſt, illius de pedibus uerſus ſubiungere, vt eos potius quam noſtra, diſcipuli memoriæ mandent.

TERENTIANVS DE PEDIBVS TROCHAICO CARMINE.

Primus ille eſt iure primus, ἡγεμὼν qui dictus eſt,
Auctor, & ductor melorum, qui duas breues habet:
Ante enim breue eſt creatum, redditum longũ dein,
Sicut Vnum numerus ante, quam Secundum prodidit.
Ergo natura repertus, princeps iure dicitur,
Ante quem non eſt creatus, quem ſequuntur ceteri.
Δίβραχυν dixere Græci, quod ſit ambabus breuis.
Πυῤῥίχιος idem vocatur, quippe & aptus pyrrhichæ.
Tam cito motu recurſat, quam breues hi ſunt ſoni.

Tertium detrectō nomen, lege nam metri vetor:
Πυῤῥίχιος nanque dicunt, ſi probaris ἔκτασιν.
Ars vetat primæ negare ſpatia bina ſyllabæ.
Reddere autem pedibus iiſdem plura cogor nomina,
Ne quis erret, quando nomen aliud alibi inuenerit,
Ac putet pigrum, vel artis vſque ad iſta neſcium.
Huius exemplum videbis eſſe, cum dices honor.
Eſt hũic aduerſus ille, qui duas longas habet,
Syllabis compar priori, temporis duplum merens.
Qui quod in templis canorus a ſono vocis malæ,
Auribus libantis obſtat, & fauet, σπονδεῖος eſt.
Hunc ſonabis, ſiue rēgēs, ſiue cīuēs dixeris.
Verum vterque quantū in ἄρσει, tantū habebit in θέσει.
Temporum menſura diſpar, lex ſoni communis eſt.
Qui breuem primam tenebit, deinde longā ſyllabam,
Erit ἴαμβος pes virilis, acer, & raptim citus.
Nec minus currit τροχαῖος lege verſa temporum,
Syllaba longus priore, parcior nouiſſima.
Χορεῖος idem nuncupatur a magiſtris plurimis.
Terna rite partientur ambo vicibus tempora.
Αρσις vnum poſſidebit, quando ἴαμβον partior.
Fiat alternum, neceſſe eſt, cum τροχαῖον diuides.
Vis ἴαμβον, dic părēns. vis tu τροχαῖον, Rōmă dic.
Hactenus viciſſitudo vertitur διουλλάβων.
Nam quater reciprocantur, nŭmĕrŭs, & tēpus dŭplex.

DE OCTO PEDIBVS TRISYLLABIS.

Octo porro procreantur, quos vocant τρισυλλάβους,
Τρίβραχυν primo loquemur, tunc ſequentur ceteri,
Vt pedes ſibi recurſant temporum aduerſi vice.
Nanque hũic aduerſus ibit, qui tribus longis patet.
Hunc μολοττὸν nominarũt. hunc & ἱππεῖον vocant:
Temporum tria ille habebit, iſte duplo tenditur.
Quæ tamen cum partieris, ſimpla duplis reddito
Forma talis eſt minoris ănĭmă quando dicimus.
Hic trilongus tũc ſonabit, quando Rōmānōs loquor.
Qui breuius primas habebit, atque longam tertiam,

Is erit ἀνάπαιστος, vides quot iſte pes ſit temporum.
Verſus hic nunquam vacillat, hoc ſuo reddam loco.
Huius exemplum tenebis, quando pŏpŭlŏs nominas.
Δάκτυλον poſt hunc loquemur. nã priori aduerſus eſt,
Ordinis ſitu repugnans temporum conſors modo.
Nam breues longã ſequuntur, quando dico Rōmŭlŭs.
Horum vterq; tempus æquum librat ἄρσιν cum θέσει.
Cum duas longas ſequetur vna breuior ſyllaba,
Pēs ĕrit βακχεῖος. ἀντίβακχος autem tunc erit,
Cum breuem primam locabis, & duas longas dĕin.
Nomina aut vertes viciſſim, cum priores dixeris,
Αντίβακχον nominato, qui redit contrarius.
Temporum menſura par eſt, bina ternis appara,
Vt pedum natura poſcet ante, vel retro breuem.
Forma vt eſt Rōmānūs illi, ſic Cătōnēs alteri.
Septimum pedem loquemur, quē vocãt ἀμφίβραχυν,
Cum duæ breues vtrinque media longa ponitur,
Quale ſi uelis ămœ̄nŭs, aut ămīcŭs dicere.
Αρσις hinc ſumat neceſſe eſt tria priora tempora,
Et θέσει relinquat vnum, vel licet vertas retro,
Αρσις vno ſubleuetur, deprimant θέσιν tria.
Par pari figura non eſt pugnat vnum cum tribus.
Nec modum duplici rependit, nec tenetur ſeſquiplo.
Exigunt idcirco talem, qui ſequuntur Muſicam.
Pēs ădeſt ſupremus vnus octo de triſyllabis,
Αμφίμακρος, hunc priori perſpicis contrarium,
Nam duæ longæ receptam continent intus breuem,
Rōmŭlōs ſi nominemus, āpŭlōs, aut dōrĭcōs,
Seſquiplo metimur iſtum, quinque nam ſunt tempora.
Nunc duo ante tria ſequuntur, nunc tribus reddes duo,
Italum ſi quando mutat graius accentus ſonum.
Āpŭlōs nam quando dico, tunc in ἄρσει ſunt duo.
Σωκράτην grauis loquendo reddet in θέσει duo.
Creticum appellant eundem forte Curetum genus,
Quo modos ludo ſub armis congruentes ſuccinat.
Primus iſte pes locatur his vbique in verſibus,

Optimus pes & melodis, & pedeſtri gloriæ.
Plurimum orantes decebit, quando pene in vltimo
Obtinet ſedem, beatam terminet ſi clauſulam.
Δάκτυλος, σπονδεῖος imam, nec τροχαῖον reſpuo.
Bacchicos vtroſque fugito, nec repellas τρίβραχυν.
Plenius tractatur iſtud arte proſa rhetorum.
Nam ſolet longam τροχαῖος ſoluere in duas breues,
Vnde & appellant τροχαῖον, quem vocamus τρίβραχυν.
Nec minus frequens ἴαμβος τρίβραχυν e ſe procreat.
Soluit & σπονδεῖος vnam cum propagat δάκτυλον.
Cum prior ſoluetur, edet dactylo contrarium.
Αμφίμακρος ſæpe primam, ſæpe ſoluit tertiam,
Quin & ambas ſæpe ſolués, quinque cōponit breues,
Verſus eſt, vt ille noſter, quem probare debeo.
Regulam reddemus omnem debito metri loco.
Nulla enim non longa ſolui per duas breues poteſt.
Dum ſuo pedi reſeruet præſtituta tempora,
Syllabarum nil nocebit longior progreſſio.

DE DVPLICIBVS PEDIBVS VERSV SOTADICO.

Nunc incipiam bis geminos pedes referre,
Quaſi ſi repetam, quos docui διϲυλλάβους iam.
Vnum vt faciant duo pariter pedes iugati.
Προκελευσματικὸς primus erit, breuis habebit
Hic quattuor omnis, duo quia ſunt pariambi.
Hunc efficiet Mĭnūcĭūs ut quis uocitetur.
Verſum dabo, quo regula nota fiat omnis,
Pĕrĭt ăbĭt ălĭpĕdĭs ănĭmŭlă lĕpŏris,
Hunc nos pedibus ſcandere conuenit iugatis.
Tĕtrămĕtrŭs ĕrit. τρίβραχυς in fine reſiſtet.
Παρίαμβον habebit ſimul, & ſemipedem imum.
Κατάληξις enim dicitur ea clauſula verſus,
Detracta ſit vt quarta pedi ſyllaba quarto,
Quam ſyllaba vel pes numeri datus minoris
Ita terminat, vt diſcrepet id, quod inde præſtat.
Aduerſus huic tempora bis quaterna ſumet.

Δισπόνδειος hic dicitur,ecce nomine ipſo
Debent duplici tempora ſinguli quaterna.
Rhythmis magis hic iugiter inuenitur aptus
Anapæſtica necnon variantur inde metra:
Quaſi ſi duo ſint tempora qui quaterna reddunt.
Cum prima breuis longa dein,tertia longa,
Poſt quarta breuis ſyllaba continebit omnes,
Hunc promit ἴαμβος, geminum facit τροχαῖος.
Pes nomen habebit,quod in hoc referre metro
Longæ prohibent ordine tres ſimul locatæ.
Ἀντίσπαστον enim mage lex heroica promet.
Eſt forma,Tărēntīnă velūt mœ̄nĭă dicas:
Claudunt medias quando breues vtrinque longæ,
Eſt ante τροχαῖος, ſequitur dĕhinc ἴαμβος,
Iccirco gemellum vocitarunt χορίαμβον,
Nam qui χορεῖος dicitur,& τροχαῖος idem eſt.
Exemplar in iſto facile eſt locare verſu,
Si rōmŭlĭdās dicere quis velit quirites.
Sin prima breuis,longa ſequens,itemq́; rurſus
Sibi conſimiles,ordine quo duas locaui,
Hunc,rite vocant,quia geminatur,διΐαμβον,
Duplicemq́; τροχαῖον vocitarunt διτρόχαιον.
Eſt forma prioris,quaſi ſi Cŏrīnthĭōs quis,
Itidemq́; ſequentis quaſi gāllĭcānĕ dicat.
Nunc reddo duos nomine,quos ἴωνας ambos
Diſcrimine ſignant,dedit ordo quod locorum.
Longas ſiquidem quando prius locamus ambas
Deinde breues ſubdimus , vt putes priorem
Σπονδεῖον oriri,comitem mox παρίαμβον.
Ἀπὸ μείζονος illum memorant ionicorum.
At qui breuibus præpoſitis,dĕinde longas
Acceperit, ἀπ' ἐλάσσονος hunc iubent vocari.
Nomen tibi,quod deligo,quo notes priorem?
Cum verſibus iſtis toties recurrat hic pes?
Longas geminat qui prius,& iugat minores.
Lāuīnĭă cum dicimus.hæc tamen figura eſt,

Metrumq; facit, Σωταδικὸν quod vocitarunt,
Qui multa ferunt hoc pede Σωτάδην locutum.
Ἀπ᾽ ἐλάσσονος autem cũi nomen indiderunt.
In nomine ſic eſt διὰ ὁμῶδης. μέτρον autem
Non verſibus iſtud, numero aut pedum coarctant,
Sed continuo carmine quia pedes Gemelli
Vrgent breuibus tot numero iugando longas.
Iccirco vocari voluerunt συνάφειαν..
Anapæſtica fiunt itidem per συνάφειαν.
Verſus tamen & non minus inde comparatur,
Qui ſæpe pedes tres habeat, vel ille plures.
Καταληκτικὰ quos ſyllaba terminat frequenter.
Solet integer Anapæſtus & in fine locari.
Ἀπ᾽ ἐλάσσονος vnquam numero non cohibetur,
Senſum quoties terminat, aut carmina finit.
Longas, ratio eſt ponere, non breues in imo.
Pes integer vt ſit geminus, ſimulq; in aure
Dulcem ſonitum tempora longiora linquant.
Ἀπὸ μείζονος autem breuior quod eſt ſecundus,
Verſus male ne deſinat adhibentur in imo,
Quas prima pedis portio, longas habet ambas;
Ita verſus erit de tribus & ſemipede vno.
Tres dico iugatos fieri, & ſemipedem vnum,
Vt pæonici nominis ambo ſint quaterni.
Is primus, erit longa cui locata prima eſt
Quam continuo tres aliæ breues ſequuntur,
Tu pone τροχαῖον prius, & mox πυῤῥίχιον.
Cæcilius erit conſimilis pedis figuræ.
παιῶνα ſecundum faciet ſecunda longa,
Hinc fiet ἴαμβος prior, & δίβραχυς alter.
Dicat quaſi ſiquis magis hunc Horatius vult.
Hoc ordine fit tertius vt ſit πυῤῥίχιος
Prior & ſocium poſt ſibi copulet τροχαῖον.
Menelaus ei nomen erit ſimile locatum.
Quartum quoniam quarta facit ſyllaba longa,
Subiungit ἴαμβον prior hic pes πυῤῥίχιος,

Apto ſimiles nomine pĕlŏpīdǣ ſonabunt.
Et ἐπίτριτος æque genus eſt pæŏnīcorum,
Totidem pedibus quia varius tempore differt:
Septena etenim tempora ſinguli tenebunt.
Cum pæŏnĭci poſſideant quina priores.
Cum prima breuis ſyllaba, longę veniunt tres,
Hic primus habetur, pedibusq́; poſt ſecutis,
Ex ordine ſunt nomina, quem breues tenebunt.
Σπονδεῖος ἴαμβον ſequitur quando priorem,
Si prima breuis, ἐπίτριτος hic primus habetur.
Migrante breui, conſequitur pedem τροχαῖον.
Iccirco ſecundus vocitatur alter hic pes.
Vt tertius ille eſt, breui tĭbĭ tērtĭă currit.
Σπονδεῖος in hoc fit prior, ſequens ἴαμβος.
Idemq; manet, cum faciet quarto τροχαῖον.
Quartum quoniam perſpicis hūnc ἐπιτρίτον eſſe.
Verſus ſimilis non ſinit hic dari figuras,
Vt quibo tamen diſparili notabo metro.
Primus ăgīllīnōs pes efficit, āltĕr ἀρχῐμηδῡν.
Δημοδ̄ὲ̆ῑνς fit tertius. quarto loco
Qui currit, poterit quaſi δ̄ωδ̄ωναῖος haberi.
Ἄρσιν quoties in geminis θέσιν ue quæres,
Sex æqua pes tempora diuidant oportet,
Binas paribus qui ſibi ſyllabas habebunt.
Προκελευσματικὸς bina dabit, ſequens quaterna.
Qui ſena tenent tempora, terna partientur.
At quando genus funditur hoc ionicorum,
Longis dare nos tempora conuenit quaterna,
Et bina duabus breuibus dari neceſſe eſt.
Seruare vices admonet ordo longiorum.
Impar numerus pæonicis vtriſque coget
Aptare duobus tria, vel quaterna ternis.
Seſquata fere quod numeros pars ſecat iſtos.
Perſpecta pedum regula ſi ſatis videtur.
Iam poſſumus ipſis animum applicare metris.

Hæc Terentianus de pedibus, vbi aduertendum ali-

ter eum ſentire de Bacchio, & Palimbacchio, quã ceteri fere omnes, quos ego quidem legerim, grammatici ſentiant: id quod his verſibus manifeſte oſtendit,

Cum duas longas ſequetur vna breuior ſyllaba,
Pes erit βακχεῖος, ἀντίβακχος autem tunc erit,
Cum breuem primam locabis & duas longas dein.

Sed manifeſtius his de phalæcio choriãbico, Nūllă mĕō -υυ- īam sĕdĕāt -υυ- tūrbă prŏfā -υυ- nă lūcō υ-- Nūllă mĕō -υυ- pes efficitur geminatus vtroq;. Iām sĕdĕāt -υυ- choriambus, itẽ Mox, tūrbă prŏfā -υυ- pes tertius accidit ſimilis. Pars, illa, nă lūcō υ-- Bacchio aduerſus fiet pes, nam breuis ante eſt, & geminę longæ. Item his paullo inferius, Tŭbă tēr υυ- rĭbĭlēm. υυ- sŏnĭtum υυ- dĕdĭt ǣ υυ- rĕ cūruō, ănăpǣſtŭs ĭnēſt quătĕr ūltĭmŭs, āntĭbācchŏs. vides, nã lūcō & rĕcūruō antibacchios eũ appellare eodẽ metro phalæcio choriãbico. ſolet enim eo genere carminis ſcribere, de quo tractat. vnde carmen illud, Anapæſtus ineſt quater, vltimus antibacchos, conſtat quattuor anapæſtis, & antibacchio. Nec te perturbet, quod antibacchos, pro antibacchios dixerit: factum id eſt propter metrum, vel συνεκφωνήσει, vel ἀποβολῇ, ſed placet ἀποβολῇ magis, cum ſupra idem fecerit in eo verſu, Pes erit βακχεῖος ἀντίβακχος autem tunc erit, vbi βάκχος neceſſe eſt eſſe trochæũ propter metrũ. Quinctililianus etiã Bacchiũ e duabus lõgis, & vltima breui cõſtare dicit his verbis, Longis breuẽ prçcedẽtibus Bacchius, cui contrarius Palimbacchius erit. Idẽ quoque habetur apud Atilium Fortunatianum, & in fragmẽtis illis antiquis ſine auctoris nomine, quæ Ianus Parrhaſius homo vtriuſque linguæ doctiſſimus, cum Mediolani publice bonas litteras profiteretur, edidit: Ceteri vero omnes quos ipſe quidem legerim, tã Latini quam Græci, prima breui Bacchiũ vltima Antibacchiũ, & ceteris lõgis cõſtare docent. Sed prætermiſſis Latinis, quæ de pedib. Hephęſtiõ tradidit, ſubiũgem?,

HEPHAESTIONIS DE PEDIBVS QVATVOR DISYLLABIS.

Ἐκ τῶν συλλαβῶν, εἰσὶν οἱ πόδες, ὧν δισύλλαβοι μὲν τέσσαρες. δίχρονος μὲν εἷς ἐκ δύο βραχειῶν ὁ πυῤῥίχιος υυ. τρίχρονοι δὲ δύο, ἐκ μακρᾶς, καὶ βραχείας, ὁ τροχαῖος -υ. ἐκ βραχείας, καὶ μακρᾶς, ὁ ἴαμβος υ-. τετράχρονος δὲ εἷς, ἐκ δύο μακρῶν, ὁ σπονδεῖος.

DE OCTO PEDIBVS TRISYLLABIS.

Τρισύλλαβοι δὲ οἱ τούτων διπλασίονες, ὀκτώ. τρίχρονος μὲν ἐκ τριῶν βραχειῶν, εἷς, τρίβραχυς, ὁ καὶ χορεῖος υυυ. τετράχρονοι δὲ τρεῖς. ἐκ μακρᾶς, καὶ δύο βραχειῶν, ὁ δάκτυλος -υυ. ἐκ βραχείας, καὶ μακρᾶς, καὶ βραχείας, ἀμφίβραχυς υ-υ. ἐκ δύο βραχειῶν, καὶ μακρᾶς, ὁ ἀνάπαιστος υυ-. πεντάχρονοι δὲ ἴσοι τούτοις, τρεῖς, ἐκ βραχείας, καὶ δύο μακρῶν, ὁ βακχεῖος υ--. ἐκ μακρᾶς, καὶ βραχείας, καὶ μακρᾶς, ὁ ἀμφίμακρος, ἢ κρητικὸς -υ-. ἐκ δύο μακρῶν, καὶ βραχείας, ὁ παλιμβάκχειος --υ. ἑξάχρονος δὲ εἷς, ἐκ τριῶν μακρῶν, ὁ μολοττὸς ---.

DE PEDIBVS TETRASYLLABIS XVI.

Τετρασύλλαβοι δὲ οἱ τούτων διπλασίονες δεκαέξ, ὧν τετράχρονος εἷς, ἐκ τεσσάρων βραχειῶν, ὁ προκελευσματικὸς, υυυυ. πεντάχρονοι δὲ τέσσαρες, ἐκ μακρᾶς, καὶ τριῶν βραχειῶν, παίων α' -υυυ. ἐκ βραχείας, καὶ μακρᾶς. καὶ δύο βραχειῶν, παίων, β. υ-υυ. ἐκ δύο βραχειῶν, καὶ μακρᾶς, καὶ βραχείας, παίων γ', υυ-υ. ἐκ τριῶν βραχειῶν, καὶ μακρᾶς, παίων δ'. υυυ-. ἑξάχρονοι δὲ ἕξ, ἐκ δύο βραχειῶν, καὶ δύο μακρῶν, ἰωνικὸς ἀπ' ἐλάσσονος υυ--. ἐκ βραχείας, καὶ δύο μακρῶν, καὶ βραχείας, ὁ ἀντίσπαστος υ--υ. ἐκ δύο μακρῶν, καὶ δύο βραχειῶν, ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος --υυ. ἐκ μακρᾶς, καὶ βραχείας, καὶ μακρᾶς, καὶ βραχείας, τροχαϊκὴ ταυτοποδία, ἢ διτρόχαιος -υ-υ. ἐκ βραχείας, καὶ μακρᾶς, καὶ βραχείας, καὶ μακρᾶς, ἰαμβικὴ ταυτοποδία. ἢ δίιαμβος υ-υ-. ἐκ μακρᾶς, καὶ δύο βρα-

χειῶν, καὶ μακρᾶς, ὁ χορίαμβος -υυ-. ἑπτάχρονοι δὲ τέσσαρες, ἐκ βραχείας, καὶ τριῶν μακρῶν ἐπίτριτος α΄. υ---. ἐκ μακρᾶς, καὶ βραχείας, καὶ δύο μακρῶν, ἐπίτριτος β΄, ἡ καὶ τροχαϊκὴ ἑπτάσημος, ὁ καὶ μακαρικὸς -υ--. ἐκ δύο μακρῶν, καὶ βραχείας, καὶ μακρᾶς, ἐπίτριτος γ΄. ἡ ἰαμβικὴ ἑπτάσημος, ὁ καὶ ῥόδιος --υ-. ἐκ τριῶν μακρῶν, καὶ βραχείας, ἐπίτριτος δ΄. ἡ ἀντισπαστικὴ ἑπτάσημος, ὁ καὶ μονογενὴς ---υ. ὀκτάχρονος δὲ ἐκ τεσσάρων μακρῶν. σπονδειακὴ ταυτοποδία, ὁ διςπόνδειος ----.

Ecce vides ex prima breui Bacchium, vltima Palimbacchium conſtare apud Hephęſtiōnem. Sed manifeſtius oſtenditur apud eundem de metro choriambico: dicit enim choriambicum miſtũ deſinere interdũ in bacchium, vt hoc metro dimetro, quod ipſe appellat ἀριστοφάνειον, ἐκ δράματος καλουμένου αἰολοσίκωνος. οὐκ ἐτὸς ὦ -υυ- γυναῖκες υ-υ ὅμοιον. πᾶσι κακοῖ -υυ- σιν ἡμᾶς υ-- ὅμοιον φλῶσιν ἑκά -υυ στοτ᾽ ἄνδρες υ-υ ὅμοιον. Δεινὰ γὰρ ἔρ -υυ- γα δρῶσαι υ-- ὅμοιον. Λαμβάνομες -υυ- θ᾽ ὑπ᾽ αὐτῶν υ--. primi pedes in ſingulis dimetris ſunt choriambi, ſecundi, vel amphibrachi pro bacchijs, (nã in fine, breuis pro longa in omni metro ponitur) vel Bacchij. Idem quoque oſtenditur, vbi de pæonico Bacchiaco tetrametro tractat, quod & rarũ dicit, & ſicubi accidat, perbreue. quale eſt, ὁ ταῦρος υ-- δ᾽ ἔοικεν υ-- κυρίζειν υ-- τὴν ἀρχὰν υ-- ὅμοιον. φθάσαντος υ-- δ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις υ-- προπηδᾷ υ-- στεγάνην υ-υ. hic omnes pedes ſunt Bacchij, & propterea bacchiacum metrum appellat, Pæonicum vero, quia e quinque temporibus conſtat, vt pæon. Apud alios, præterea Græcos, quos ipſe viderim, idem legitur de Bacchio & Palimbacchio, quod ab Hepheſtiōne traditur. Ego igitur in tanta doctiſſimorum hominum controuerſia dicam Virgilianum illud, Non noſtrum inter vos tantas

componere litis. Quāquam nos, vt ſupra ſcripſimus, hac in re Græcos ſequimur. Sed de pedibus hactenus. Nunc, autem vt vtar verbis Terentiani, Perſpecta pedū regula ſi ſatis videtur, Iam poſſumus ipſis animum applicare metris. Non tamen metris omnis generis; (non tantum enim mihi datur ocii) ſed ſolum, vt in fronte libri pollicitus ſum, Heroico, Elego, Iambico, dimetro, trimetro, tetrametro, hendecaſyllabo, phalæcio, & ſapphico. & quoniam trochaicum iambico eſt contrarium, tum quia, ſiquis e trochaico creticū auferat, verſus remanebit integer iambicus, de trochaico etiam tractabimus. Præterea quia Sotadeo metro ſcripſit potiſſimum de metris Terentianus, quem nos in hoc libro ſæpe citamus, de Sotadeo quoque metro ſcribemus. Sed iam de re dicere incipiamus.

DE METRO, ET QVID A RHYTHMO DIFFERAT.

Metrum eſt ſtructura & copulatio vocum numero, modoque finita. eſt autem idem quod verſus: qui ideo ſic dicitur, quod tam diu verti debeat, quoad recte conſtituatur. μέτρον Græcum eſt, latine dimenſio dicitur, metimur enim verſū certis pedibus, pedes temporibus. Differt autem a rhythmo, quem numerum eſſe vult Fabius, quod metrum certum, ac finitum habet ſpatium, rhythmus neque finem habet certum, nec vllam in contextu uarietatem, ſed qua cœpit ſublatione ac poſitione ad finem vſque decurrit. præterea metrū in verbis eſt tantū, rhythmus etiā in motu corporis, vnde cum hiſtrio indecenter ſignum aliquod egit, ἄῤῥυθμος, cum decenter, εὔρυθμος, dicitur. Sunt & illa diſcrimina, quod metrum circa pedum diuiſionem, Rhythmus circa ſonum verſatur. tum metrum, etiā ſi abſque cantu proferatur, ſuam retinet proprietatem, Rhythmus ſine cantu, nihil valebit, debet enim rhythmis ineſſe cantus qui, vt dixi, idem ſunt, quod numeri. hinc Virgilius, Numeros memini, ſi verba tene

rem,id eſt pſalma ipſum,& cantum,ſed exciderūt verba.Horat. de Pindaro,Numeriſq; fertur lege ſolutis.

DE IIS QVAE ACCIDVNT METRO.

Metro accidunt præcipue nouem, Genus. Species. Compoſitio.Cæſura.Figura.Depoſitio.Scanſio.Synecphoneſis.Colliſio.

Genus accidit metro,quia metrum omne aut principale eſt,aut deriuatū. Principalium metrorum genera, quæ μονοειδῆ, ac ὁμοιοειδῆ appellat Hephæſtion, ſunt nouem,Iambicum,Trochaicum,Dactylicum, Anapæſticum,Choriambicum,Antiſpaſticum, Ionicum a maiore,Ionicum a minore,Pæonicum. Deriuatiuorum vero,multa,quæ vel additione, vel immutatiōe fiunt,& ad principale aliquod referuntur, vt ſub Antiſpaſticum Anacreontion,ac Glyconicum. Denominantur autem vel a pedibus,e quibus conſtant,vt Dactylica. vel ab inuentoribus,vt Phalæcia. vel ab iis,qui frequentes his uſi ſunt, vt Aſclepiadea. vel ab vſu vt Priapea. vel a numero ſyllabarum, vt Hendecaſyllaba. vel a numero pedum, vt ſenaria,quæ ſex conſtāt pedibus,quæ Græce ἑξάμετρα dicuntur. vel a paſſionibus, vt Miura,Clauda,nam verſus, quorum penultima pro longa breuis eſt, μειούρους dicimus,de quibus,cum de heroico metro tractabimus, dicturi ſumus. Qui vero pro iambo ſpondeum in ſexto loco admitttunt, σκάζοντας Græci & χωλιάμβους, nos claudos dicimus.

Species accidit metro,quia ſub vno genere metri, multæ ſunt ſpecies,vt Adonium,Archilochium, Simonidium,Alcmaniū,& ceteræ ſpecies quindecim ſub dactylo.Sed quia de ſpeciebus,quæ ſub ſingulis generibus continentur, longus fore tractatus videbatur, eas conſulto prætermiſimus. Præterea non erat propoſiti noſtri,de omnibus,quæ pertinent ad artem metricam,hoc libro conſcribere.

Compoſitio autem accidit metro, quia ex diuerſis

metrorum generibus verſus componi poſſunt, quales multi habentur apud Horatium.

Cæſura quæ & inciſum & inciſio & ſectio Latine dicitur, Græce autem κόμμα, & τομὴ, eſt decora terminatio in medio verſuum. Diuiditur autem trifariã: alia enim eſt ſemiquinaria, quæ Græce πενθημιμερὴς dicitur, alia ſemiſeptenaria, quæ ἑφθημιμερὴς. alia Trochaica, quæ κατὰ τρίτον. Penthemimeres fit, cum poſt duos primos pedes ſyllaba relinquitur, dictionem terminans, vt Tītўrĕ -ᴗᴗ tū pătŭ - ᴗᴗ lǣ -, ecce lǣ ſyllaba remanet reciſa a dictione pătŭlǣ, & ſimul finit dictionem, & eſt principium pedis. & quoniam tenet de quinque dimidium (nam duo & ſemi bis quinq; conſtituunt) penthemimeres appellatur. Hephthemimeres autem fit cũ poſt tres primos pedes ſyllaba ſimiliter relinquitur dictionem terminans, vt Tītўrĕ - ᴗ tū pătŭ - ᴗᴗ lǣ rĕcŭ - ᴗᴗ bāns -, ecce bāns remanet a dictione rĕcŭbāns, & ſimul finit dictionẽ, & eſt principium pedis. & quoniam habet de ſeptem dimidiũ (nam bis tria, & dimidiũ, ſeptem conſtituunt) Hephthemimeres dicitur. vbi obiter notandum ρης per ἦτα ſcribi debere, & declinari ὁ καὶ ἡ πενθημιμερὴς καὶ τὸ πενθημιμερὲς, ὁ καὶ ἡ ἑφθημιμερὴς, καὶ τὸ ἑφθημιμερὲς, vt ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, καὶ τὸ ἀληθές, quod & Terentianus oſtendit eo verſu, Hoc πενθημιμερὲς, medium de quinque vocatur, πενθημιμερὲς, enim neutraliter protulit: & Hephæſtion, & ceteri quos ipſe legerim, per ρης maſculinum & femininum, & per ρες neutrum dicunt. Tum analogia quoque ſuffragatur, nam ſicut ὁ καὶ ἡ ὁμοιομερὴς καὶ τὸ ὁμοιομερὲς, ab ὅμοιος & μέρος, ὁ καὶ ἡ εὐειδὴς, καὶ τὸ εὐειδὲς ab εὖ & εἶδος, & id genus multa a neutris in ος compoſita. ſic ὁ καὶ ἡ πενθημιμερὴς, ἑφθημιμερὴς, καὶ τὸ, πενθημιμερὲς, ἑφθημιμερές. alterum enim a πέντε & ἥμις, & μέρος, alterum ab ἕπτα ἥμις ſimiliter & μέρος componitur. vnde τ in θ tráſit propter adſpirationẽ.

quam inuenit ſupra ἥμυς. Perperam igitur puto hæc nomina ſcribi per ἰῶτα: erroremq́; inde natum, quia ætate noſtra ἦτα & ἰῶτα eodem ſono pronunciantur. quanquam ne hoc quidem probo. ſed de hoc in fragmentis noſtris. Verſum ergo illum apud Terentianum cenſeo ſcribendum, Hanc πενθημιμερῆ numeri de parte vocarunt. Trochaica autem fit cum poſt duos primos pedes trochæus remanet dictionem terminans, vt Nīl nō - - ſtrī mĭsĕ - ᴗᴗ rērĕ - ᴗ. ecce rērĕ, trochæus eſt, abſciſus a dictione miſerere poſt duos pedes, ſimulque finit dictionem, & incipit pedem, dactylum ſcilicet. nam alium non poteſt. is vero eſt rērĕ mō - ᴗᴗ. Sunt qui quartã addunt Bucolicam, quam τετραποδίαν dicunt. Sed ea non eſt cæſura, nam neque ſecat dictionem, neque poſt quattuor pedes relinquitur ſyllaba dictionem terminãs, ſed eſt qualitas Bucolici carminis, vt pes quartus ſit dactylus dictionem terminans, atque ideo τετραποδίαν appellant, vt Q uō tē - - Mœ̄rĭ pĕ - ᴗᴗ dēs ān - - quō vĭă - ᴗᴗ. Dicta eſt autem Bucolica, quia peculiaris eſt Bucolici carminis. Ea ſic frequenter Theocritus vſus eſt, vt paucos apud illum inuenias verſus, in quibus non ſit dactylus in quarta ſede dictionem finiens, quales hi ſunt ſtatim in principio, ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα, ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται, ἁδὺ δὲ καὶ τυ συρίσδε. μετὰ πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ, ſic ceteri fere omnes. id quod manifeſtius oſtendemus ſcandendo ᾱδῠ τῐ - ᴗᴗ τō ψῐ θῠ - ᴗᴗ ρῑσμᾰ καῐ - ᴗᴗ ᾱπῐ τῠς - ᴗᴗ αῑ πŏ λĕ - ᴗ ᴗ τη̄νᾱ, - -, ᾱπŏ τῐ - ᴗᴗ ταῑς πᾱ - - γαῑσῐ μĕ - ᴗᴗ λῑ σδĕ τᾰι, - ᴗᴗ ᾱδῠ δĕ - ᴗᴗ καῑ τῠ - ᴗ σῡ ρῑ ς - - δε̄ς μĕ τᾰ - ᴗᴗ πᾱνᾰ τŏ - ᴗ ᴗ δεῡ τĕ ρŏν - ᴗᴗ ᾱθλŏν ᾰ - ᴗᴗ ποῑσῆ - -. ecce in tribus continuis verſibus dactylus in quarta ſede dictionem terminat. De quo Seruius: Carmen autem Bucolicum debet quarto pede terminare partem orationis, qui

pes ſi ſit dactylus, meliorem efficitverſum, vt, Nos patriæ fines, & dūlciā linquimus arua. Primus etiā pes ſecūdum Donatum, & dactylus eſſe debet, & terminare partem orationis. quam legē Theocritus uehementer obſeruat, Virgilius nō adeo. Ille enim in paucis verſibus ab iſta ratione deuiauit. hic etiam in paucis ſecutus eſt. hęc Seruius. Terentianus de hoc metro ſic inquit, vbi etiam duos ex prędictis Theocriti verſibus Latinos fecit.

Paſtorale volet cum quis componere carmen,
Tetrametrum abſoluat, cui portio demitur ima,
Quæ ſolido a verbo poterit connectere verſum.
Bucolicon ſiquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet ſiculæ telluris alumnus.
Ne Græcum immittam verſum, mutabo latinum.
Dulce tibi pinus ſubmūrmūrāt en ibi Paſtor
Proxima fonticulis, & tū quōquē dulcia pangis.
Iugiter hanc legem totō prōpē carmine ſeruat.
Noſter rarus eo paſtōr Māro, ſed tamen inquit,
Dic mihi Damœta, cuiūm pēcūs? an Melibœi?
Non, verum Aegonis: nupēr mĭhĭ tradidit Aegon.
In tragicis iunxere chorīs hūnc ſæpe diſerti
Annæus Seneca, & Pompōnĭūs, ante Secundus.
Tale dedit nobis Pompŏnĭūs,
Pendeat ex humeris dulcīs chĕlȳs.
Et numeros edat variōs, quĭbūs
Adſonet omne virēns nĕmūs,
Et tortis errans qui flĕxĭbūs.

In quibus omnibus, vides in quarto loco dactylon perficere dictionem. Non eſt igitur cæſura, ſed peculiare Bucolici carminis Hanc Priſcianus de duodecim carminibus paſſionem quandam appellat. Sunt pterea qui in quarto etiam loco trochæū collocant, quod vix vnquam inuenias. Terentianus tamē videtur ſibi finxiſſe hunc verſum, quem & Diomedes citat, Quæ pax lōga remiſeras ārmā, nōuare parabant. vbi ārma

pes quartus trochæus eſt,quem ſequens dictio noua-re facit dactylum,ārma nō.Verſum autē,qui ex prædictis nullam habet cæſuram, non eſſe heroicū dñt non quia nuſquam inueniatur(Nam Virgilii ille talis eſt, Magnamini Iouis ingratum aſcendērē cūbile: in quem nulla ſpecies ex prædictis incidit)ſed quia quā rariſſimum eſt. Euitandum igitur, quod perrarū eſt. nam,vt idem Terentianus ait,Nec eſt notādus vnus in tot millibus.Neceſſe eſt igitur aut vnum,aut duas ex prædictis in verſu eſſe cæſuras.tres enim rariſſime eſſe poſſunt.nam ſi ſemiquinariam habet,trochaicam raro habere poteſt, niſi monoſyllaba dictio interue-niat,vt Munera clara dedīt,dăt eīdē debita patri. dīt dăt -ᴗ trochæus. Cōtra ſi tertiam trochaicam habet, ſemiquinariam raro habere poteſt. Si ergo tale quis confingat carmen,Nūpĕr quīdăm dōctōs coē pīt ſcrī bĕrĕ vērsūs. vel tale,Dūlcĭă dōctī cărmĭnă vātēs,cūī tăquĕ păngūnt:imperitus exiſtimabitur, ac ridiculꝰ. Simile enim eſſet,ac ſi quis non viciſſim mouēdis pedibus incederet,ſed ſaltuatim,vel iunctis pedibꝰ,vel altero,vt qui monomeri dicuntur ſingulis cruribus. Debēt igitur pedes inter ſe diuidere dictiōes. vel ſic, āgrē - - ſtēm tĕ nŭ -ᴗᴗ ī mū - - sām mēdi -ᴗᴗ tārĭs ă -ᴗᴗ vēnā - -: vbi nullus pes integra conſtat dictione. vel ſic, Pāndĭtŭr -ᴗᴗ īntĕrĕ -ᴗᴗ ā dŏmŭs -ᴗᴗ ōmnĭ pŏ -ᴗᴗ tēntĭs ō -ᴗᴗ lȳmpī - -. vbi penthemimeres tantum comma inuenitur ā dŏmŭs -ᴗᴗ. Formantur autem hæ cæſuræ figuris tribus,Simplici, Cōpoſita, Coniuncta. Simplex eſt,cum vna tantum ſectio inuenitur in metro,vt in præcedenti verſu,Pranditur interea. Compoſita, cum duæ, vt Tālĭbŭs -ᴗᴗ īllĭō-ᴗᴗ neūs cūn - - ctī sĭmŭl -ᴗᴗ ōrĕ frĕ -ᴗᴗ mĕbānt - - neūs cūn - - ctī sĭmŭl -ᴗᴗ. duo commata. Coniuncta,cum tres, vt īnfān - - dūm rē - - gīnă iū -ᴗᴗ bēs rĕnō -ᴗᴗ uārĕ dō -ᴗᴗ lōrēm -ᴗ. dūm rē - - gīnă iū -ᴗᴗ bēs rĕ nō -ᴗᴗ. cæſuræ tres. In anapæſtico

tamen metro contrarium fit. nam illud optimũ eſt, cuius ſinguli pedes partem orationis finiũt, quale eſt, Sĭmĭlēs ∪∪ - nōbīs - - vōlŭmŭs ∪∪ - pŭĕrōs ∪∪ - ēdĕ rĕ - ∪∪ mātrēs - -, tū quŏquĕ - ∪∪ pērgĕ - ∪. id quod in ceteris metris vitioſum eſt.

Figura in metro, eſt variatio pedum per ſingulas ſedes. vnde carmen heroicum duas & triginta recipere figuras poteſt. Iambicum mille, centũ & viginti quinque. Figurarum heroici verſus tres ſunt modi.

Primus modus eſt μονοσχηματικὸς, id eſt vnius figuræ, cum omnes vel ſpondei fuerint, & ſpondaicus verſus dicitur; Qualis ille Ennianus, ōllī - - rēſpōn - - dīt rēx - - ālbā - - ī lōn - - gā ī - -. quod vix vnquam inuenias apud noſtros. Vel fuerint omnes dactyli præter vltimum; qualis ille eſt. Sōluĕ mĕ - ∪∪ tūs fĕrĕt - ∪∪ hæc ālĭ - ∪∪ quām tĭbĭ - ∪∪ fāmă să - ∪∪ lūtĕm - ∪. qui verſus dactylicus dicitur. habet igitur hic modus duas figuras, alteram ex omnibus ſpondeis, alteram ex quinque dactylis. nam vltimus ſemper ſpondeus eſſe debet, vel pro ſpondeo trochæus.

Secundus modus eſt, πεντασχηματικὸς, id eſt figurarum quinque, cum verſus vel eſt ſyllabarum ſedecim, de quinque pedibus vnum habens ſpondeum varie per quinque regiones percurrentẽ, qualis ille eſt, æōlĕ - ∪∪ nām quĕ tĭ - ∪∪ bī dī - - nūm pătĕr - ∪∪ ātquĕ hŏmĭ - ∪∪ nūm rēx - -. vel eſt ſyllabarum tredecim, de quinque pedibus vnum habens dactylum varie per quinque regiones mutatum, qualis ille eſt, Aēnē - - ās mœ - - ſtō dē - - fīxūs - - lūmĭnă - ∪∪ vūltū - -. habet hic modus figuras decem: quinque, cum vnus ſpondeus inter quattuor dactylos variatur: & rurſus quinq;, cum vnus dactylus inter quattuor ſpondeos.

Tertius modus eſt δεκασχηματικὸς, id eſt figurarum decem, cum verſus vel eſt quindecim ſyllabarum de quinque pedibus duos habẽs ſpondeos promiſcue per quinq; regiones variatos, qualis ille eſt, ārmă vĭ - ∪∪ -

rũm quĕ că - ⏑⏑ nō trō - - iæ quī - - prīmŭs ăb - ⏑⏑ ōrīs - -. Vel ſyllabarum quattuordecim de quinque pedibus, duos habens dactylos per quinque regiones variatos. Qualis ille eſt, Tū nĕ - - cēdĕ mă - ⏑⏑ līs, sĕd — cōntra aū — dēntiŏr - ⏑⏑ ī tō - -. Habet hic modus viginti figuras: decem cum duo ſpondei inter tres dactylos variantur, & rurſus decem cũ duo dactyli inter tres ſpondeos. Sunt igitur figuræ primo duæ, inde decem, deinde viginti, atque omnes ſimul duę & triginta.

Eſt etiam alia cognoſcendi figurarum ratio in omni metro, videlicet cum computaueris quot ſingula loca cuiuſq; metri recipiant pedes, multiplica numerũ pedum, quos ſingula priora loca accipiunt, per numerum pedum, quos accipiunt loca ſequentia, vt in Heroico, primus locus duos admittit pedes, ſpondeum, & dactylũ. Secũdus itē duos. bis duo fiũt quattuor. Tertius etiam duos. bis quattuor, fiũt octo. Quartus quoq; duos. bis octo, fiũt ſedecim. Quinct⁹ itē duos. bis ſedecim, duas & triginta figuras cõſtituũt. Eodē modo in iambico. Primus locus admittit pedes quinque, ſecundus tres, ter quinque fiunt quindecim. Tertius item quinque. quinquies quindecim, fiunt ſeptuagintaquinq;. Quartus tres. ter ſeptuaginta quinq; fiunt figuræ ducētæ & vigintiquinque. Quinctus ſimiliter quinque. quinquies ducētæ & vigintiquinq; faciunt mille & ducētas, & vigintiquinque figuras. Et ſic in ceteris metris, quorum loca diuerſorum pedũ ſunt capacia, vt in Anapæſtico, & trochaico inuenire figuras poteris. Sed, vt quod dicimus appareat exēplo manifeſtius, Heroici verſus duas & triginta figuras, breui, & longo notatas accētibus ſubiũgem⁹.

OMNES SPONDEI.

- - - - - - - - - - - -

OMNES DACTYLI PRAETER SEXTUM.

- ⏑⏑ - ⏑⏑ - ⏑⏑ - ⏑⏑ - ⏑⏑ - -

SPONDEVS INTER. IIII.
DACTYLOS VARIATVS.

--	-vv	-vv	-vv	-vv	--
-vv	--	-vv	-vv	-vv	--
-vv	-vv	--	-vv	-vv	--
-vv	-vv	-vv	--	-vv	--
-vv	-vv	-vv	-vv	--	--

DACTYLVS INTER. IIII.
SPONDEOS VARIATVS.

-vv	--	--	--	--	--
--	-vv	--	--	--	--
--	--	-vv	--	--	--
--	--	--	-vv	--	--
--	--	--	--	-vv	--

II. SPONDEI INTER. III.
DACTYLOS VARIATI.

--	--	-vv	-vv	-vv	--
--	-vv	-vv	-vv	--	--
--	-vv	-vv	--	-vv	--
--	-vv	-vv	--	-vv	--
-vv	--	-vv	--	-vv	--
-vv	-vv	--	-vv	-vv	--
-vv	--	-vv	-vv	--	--
-vv	--	--	-vv	-vv	--
-vv	-vv	--	-vv	--	--
-vv	-vv	--	--	-vv	--
-vv	-vv	-vv	--	--	--

II. DACTYLI INTER. III.
SPONDEOS VARIATI.

-vv	-vv	--	--	--	--
-vv	--	--	--	-vv	--

-uu	--	--	-uu	--	--
-uu	--	-uu	--	--	--
--	-uu	--	-uu	--	--
--	-uu	--	--	-uu	--
--	-uu	-uu	--	--	--
--	--	-uu	--	-uu	--
--	--	-uu	-uu	--	--
--	--	--	-uu	-uu	--

DE DEPOSITIONE METRORVM.

Depoſitio eſt, qua cognoſcimus plenum ne ſit metrũ, an abundet, an minuatur aliqua ſyllaba. Depoſitionis genera ſunt quatuor, ἀκατάληκτα, καταληκτικά, ὑπερκατάληκτα, βραχυκατάληκτα.

Ἀκατάληκτα dicuntur metra, quando vltimum pedem integrum habent, quale eſt paſtorale illud Pomponii Secundi, quod citat Terentianus, Pĕndĕăt ēx hŭmĕrīs dūlcīs chĕlȳs. eſt enim tetrametrum conſtans e quattuor integris pedibus. Item illud, quod citat Hephæſtion μῶσ' ἄγε - υυ καλλιο - υυ πα, θύγα - υυ τερ δίος - υυ eſt enim dactylicum tetrametrũ, cui nihil deeſt.

Καταληκτικά vero dicuntur, quibus in fine deeſt ſyllaba, Qualia ſunt heroica omnia, quæ legitimos pedes habent dactylos, ſed minuunt in fine vnã ſyllabam, ne, ut Priſcianus ait, ſit impedimento ſequenti verſui. Quale & illud Horatii, Mea renidet in domo lacunar. eſt enim metrum ſenarium iambicum vna ſyllaba minus, & ſcanditur ſic, mĕā υ- rĕnī υ- dĕt īn υ-dŏ mō υ- lăcū υ- năr υ. hic năr ſyllaba pro integro pede ponitur, ſic apud Græcos, χαίροις -- ἄνμ - φαχαῖ -- ρέτωυ - δ' ὀγαμυ - βρὸςυ, hic βρὸς ſyllaba pro integro ponitur pede. Vbi notandum, quod cum pes, ex quo conficitur principaliter metrum, conſtat e tribus ſyllabis: poteſt verſus etiam duabus eſſe ſyllabis minor, cuius quia non erat ad manus exemplum, tale ipſi confinximus dactylicum trimetrum

catalectum, Væ tĭbī - ᴗᴗ ſī mălŭs - ᴗᴗ. es. Ecce eſ prima ſyllaba tertii dactyli pro itegro ponitur dactylo, & dicitur hic verſus terminalis in ſyllabam. Nam cum ex tribus ſyllabis vna tantū inuenitur in metro, dicitur terminale in ſyllabam. Græce καταληκτικὸν ἐς συλλαβήν. cum vero duæ inueniuntur, vt in ſingulis heroicis, dicitur terminale in duas ſyllabas. Græce καταληκτικὸν ἐς δισύλλαβον. καταληκτικὸν autem ἐς συλλαβὴν, apud hephæſtiōnem tale eſt, ἐν δὲ ἐκ - ᴗᴗ θοῦσι ᾶ - ᴗᴗ δυς. vbi δυς ſyllaba pro trium ſyllabarum dactylo ponitur.

Ὑπερκατάληκτα dicuntur metra, quando vna, aut duæ ſuperſunt ſyllabæ, quale eſt Boetii illud dactylicum Alcmanium Trimetrum hypercatalectum, ōmne hŏmĭ - ᴗᴗ nūm gĕnŭs ᴗᴗ in tĕr - - rĭs - vbi ris abundat. Cum vero amplius eſt duabus ſyllabis, quod poteſt inueniri, quoties metrum e triſyllabis conſtat pedibus, quale foret hoc anapæſticum monometrum hypercatalectum, Pĕrĕānt ᴗᴗ - hŏmĭnēs ᴗᴗ - mălĭ ᴗ - . in quo mălĭ duæ ſyllabæ abundant. id vero nos cōfinximus, quia nullū memineramus legere tale exemplum apud noſtros. hephæſtion vero tale recitat, ἃ δὲ ἄρ ᴗᴗ - τεμις ὦ ᴗᴗ - κόρω ᴗ -. eſt enim carmen Anapæſticum monomĕtrum Hypercatalectum abundans duabus ſyllabis.

Βραχυκατάληκτα dicuntur metra, cum deeſt fini integer pes. Sed quia neque huius generis metrum ſuccurrebat, tale ipſe cōpoſui trimĕtrū iambicū brachycatalectū, paūcī bĕā - ᴗ - tī, nām bŏnī - - ᴗ - paucī - -. Deeſt enim ſextus pes integer, vt ſit iābicū perfectū.

DE SCANSIONE METRORVM.

Scanſio in metro eſt legitima metri in ſingulos pedes diſtinctio, ac dimenſio. Dicuntur autem ſcandi metra μεταφορικῶς. quia ſic vt per ſcalarum gradus aſcendentes viciſſim mutando pedes incedimus, ita ſcandendo metrum incedere videmur dimetiendis, ac diſtin

guendis pedibus. Et notandum metra omnia binis pedibus ſcandi præter dactylicum, quod Græci κατὰ διποδίαν dicunt, vt Bĕātūs il υ - υ - lĕ, quī prŏcūl υ - υ - nĕgōtiīs υ-υ-. Hinc Terentianus,

Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,

Scandendo binos quod pedes coniungimus. Ideo autem dactylicum excipitur, quia cum dactylus, & ſpondeus ſint æquales temporibus, non eſt timendum, cum ſingulis pedibus ſcanditur, aliud videri metrum, quam dactylicum. Quod ſi fiat in iambico, non iambicū videri, ſed heroum poterit. & propterea κατὰ διποδίαν ſcandi debet. cauſſam pulchre docet Terentianus his ſenariis iambicis.

Sed paulo abimus longius; Nunc hanc magis,
Heroicus quare pedes per ſingulos,
At iſte binos ſcanditur, cauſſam loquar.
Spondeon etenim quia recipit impari
Tantum loco, vel dactylum, aut contrarium,
Secundo iambum nos neceſſe eſt reddere,
Qui ſedis huius iura ſemper obtinet
Scandendo, & illic ponere adſuetam moram,
Quam pollicis ſonare, vel plauſu pedis
Diſcriminare, qui docent artem, ſolent.
Si primus ergo pes eam ſumet moram,
Vbi iam receptum eſt ſubdere heroos pedes,
Verſum videbor non tenere iambicum.
Sed quia ſecundo nunquam iambus pellitur,
Moram neceſſe eſt in ſecundo reddere,
Et ceteris, qui ſint ſecundo compares.
Sic fit trimĕtrus, qui fuit ſenarius.

Creſcunt autem ſic iunctis pedibus ad hexamĕtrum vſque. nam Monomĕtrum dicimus, quod duobus pedibus conſtat: Dimĕtrum, quod quattuor: Trimetrum, quod ſex: Tetramĕtrum, quod octo: Pentamĕtrum, quod decem: Hexamĕtrum, quod duodecim.

DE SYNECPHONESI SIVE SYNIZESI.

Συνεκφώνησις, quæ & συνίζησις dicitur, fit cum duæ vocales nulla interueniente conſonante, pro vna accipiũtur, Et vel longa & breuis pro longa ponitur, vt, Fixerit aeripedem ceruã Tirynthius heros. vbi a e longa & breuis pro vna longa accipiuntur, & fit dactylus aēr̆īpĕ -υυ. vel cum breuis, & longa pro vna lõga, vt Vnius obnoxam, & furias Aiacis oilei. vbi e i breuis & longa pro longa ſic in aureo & aureis e o & e i, breuis & longa, pro vna longa, Vt Solio cum Iupiter aūreō, & Depēdēt lychni laquearibus aūreīs. Idē, Fērrēi que Eūmĕnĭdũ thalami & Cētũ ǣreī claūdũt vectes. in ferrei. & ærei, e i breuis & longa, pro vna longa.

Idem quoque ſæpe fit in Dehinc, Deinde, Deinceps. Proinde, Deeſt, Deerat, Deerit, Deerunt, vt Eurum ad ſe Zephyrumq; vocat, dehīnc talia fatur. Et, Incipe Damœta, tu deīndĕ sĕquere Menalca. Et, Proīndĕ tŏna eloquio. Et, redde age, quæ deīnceps riſiſti præmia, apud Horatium. Mart. Sint Mecœnates, non deērunt Flacce Marones. Lucanus, Non deēſt pro lato ieiunus venditor auro. Iuue. Pathicus nūnquam tibi deērĭt ămicus. Ouid. Hoc ego quod voci deērat plangore replebam. quanquam dĕĕrūnt, anapæſtus, dĕĕrĭt ă proceleuſmaticus, ĭdĕĕ dactylus eſſe poſſunt, Cui & huic ſæpe pro vna ſyllaba inueniũtur, vt Cuī pătĕr intactam dederat. Et, Huīc cōniux Sichæus erat. Inueniuntur etiam diſyllaba; Statius, Lǣtŭs hŭic dono videas dare thura nepotes. Idem. Fālsŭs hŭic pennas, & cornua ſumeret æthræ. Terētianus de pedibus, ēſt hŭ -υ īc ād -- uērsūs -υ īllĕ -υ; quī dŭ -υ ās lōn --- gās hă -υ bĕt υ. Idem. Nānque hŭ -υ īc ād -- uērsus -υ ībĭt -υ, quī trī -υ būs lōn -- gīs pă -υ tĕt υ. eſt enim carmen trochaicum, quod locis imparibus trochæum ſuſcipit, in locis autem paribus etiam ſpondeum, vt manifeſtius oſtendemus, vbi de metris tractabimus. Idem de litteris, quem & Priſcianus

citat, Vērum ūt cŭĭ - - v v. que ēſt prōxĭmī - - v v tās lŏ - v cī, sŏ - v nĭuĕ - v. Idem, ēx ōrdĭnĕ - - v v fūl- gēns, cŭĭ - - v v dāt lŏ - v cūm sĭ - v nōpēs - -, vides c v i non modo diſyllabum eſſe, ſed etiā pyrrhichiū, quod eſt notandū. eſt enim carmen ſotadeū, quod cō ſtat e duobus Ionicis a maiore, & tribus trochæis, vt uides notatū breui & lōgo accētibus. Ter. de eodem.

Cuī brĕuis manebit, atque longa fiet addita,
Cuī sŭpĕr non digna dixit hyemis, & ſolis mala,
Dixit & cŭī tū fauos, pes hinc mihi primus ſat eſt.
Sic enim vel prima longa, vel prior fit ſyllaba.
Dactylus nā cuī ſŭpĕr - v v cŭī tū - - ſequēs ſpōdeus eſt,
Conſonans quia poſt ſecuta tempus adiuuit breue.

Et paulo inferius.

Nanque ſi Cu præferatur, ſyllabæ fient duæ.
Tertia his quod implicari nulla vocalis poteſt.
Sed duæ ſunt ſeorſæ ſyllabæ per ſe breues.
Cŭĭ sŭpĕr ſic inueniri dactylus iam non poteſt,
Syllabas ſed pes habebit quattuor totas breues.

Apud Hephæſtionem aliæ etiam recitantur ſpecies Synecphoneſeos, quas quia non memini legere apud noſtros, ſubiungam græcas. Hæ vero ſunt, cum duæ longæ pro vna longa, aut duæ breues pro vna breui; aut pro vna longa accipiuntur, Duæ longæ pro vna longa. vt illud quod citat Hephæſtion, ἢ οὐχ ἅλις - v. v ὅπι γυ - v ναικας ἀ - v v νάλκιδας - v v ἢ πτερο - v v πτώεις - -. vbi ἢ οὐχ pro vna ſyllaba ponuntur & illud, vt idē citat, βουκόλ' ἐ - v v πεἴξτεκα - v v. κῶ, οὔ - - τ' ἄφροιτ - v v φυτὶ ἒ - v v σιμας - v. πεὰ οὐ pro vna ſyllaba. Duæ breues pro vna longa, quale eſt νέα μὲν - - μοι κατέ - v v αξε πο - v v σειδά - - ων ἐνὶ - v v πόν- τῳ - - νεα duæ ſunt breues pro vna lōga. Itē illud Sotadis, σείων μελί - - v v. ην πηλιάδα - - v v δέξιον κα - - v v τ' ὤμόν. eſt enim carmen ionicū a maiore tetraſyllabū catalecticū, vbi λια duæ breues pro vna breui ponūtur. Legi tamen apud Virg. 6. Aen. Quin protinus

omnia. vbi in omnia duæ breues pro vna lõga poſitæ videntur. debet enim heroicum metrũ eſſe catalecti cum. Heu, & hei diphthongi ſunt, vt ēheũ quam pin gui macer eſt mihi taurus in aruo. & Heī mĭhĭ qualis erat. vbi quia cum pronunciamus hei, vtraque voca lis ſimul ſonat, admonemur, & græce & latine diph thongos prope omnes perperam ætate noſtra pronũ ciari, vt obiter & hoc dixerim.

DE COLLISIONE IN METRIS.

Colliſio, quæ & συναλοιφὴ, & ἔκθλιψις græce dicitur, fit in metro cum dictio deſinit in vocalem, vel in M litte ram, & ſequens item a vocali incipit. tunc enim prior vocalis vel M cum ſua vocali excluditur, vt, Littora, mūltum īlle ēt tērris ïactātus, & alto, vel ſic. mūlt' īl l'ēt tēr - - vt Græci faciunt excluſa vocali, & accẽtu, vbi vocalis deeſt appoſito, quem vocant ἀπόστροφον, vt ἅ δύ᾽ ἔχουσ᾽ ἐρίφους, ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας, pro ἃ δύο ἔχουσα ἐρίφους. fit etiam in fine verſus, cum in vocalem, aut in M litteram deſinens, ſuperabundat ſyllaba, & ſequẽs verſus incipit a vocali, Quale illud eſt, Ecce furens animis aderat Tirynthius, oẽmq; ac ceſſum luſtrans: eliditur E a que coniunctione, & ſcan ditur, quãccẽſ - -. Item illud, Aut dulcis muſti vul cano dĕcŏquĭt hūmōrē. Aut foliis vndam tepidi de ſpumat aheni, vbi M cum ſua vocali a dictione humo rem eliditur, & R dictioni ſequenti adiungitur ſic; r' ăŭt fŏlĭ - v v, quod non licet facere niſi ſequens ver ſus a vocali incipiat, vt poſſit fieri colliſio. Huiuſmo di autem verſus græce ὑπέρμετρος, Latine hypermeter penultima correpta dicitur, ος in er conuerſa, vt ἀλέξανδρος Alexander, κάπρος Caper.

DE METRO HEROICO.

Heroicum metrum, Hexametrum eſt, e ſex enim pedibus conſtat. Suſcipit autem dactylum, & ſpondeum omnibus in locis indifferenter, præterquã in vltimo, vbi vel ſpondeus, vel pro ſpondeo trochæus eſſe de-

bet, quia in omni metro vltima breuis ſyllaba pro lõga accipitur, quod videtur aliquid vacantis temporis ex eo quod inſequitur accedere. quanquam, ſic ait Quinctilianus, Multum refert, vtrum longa ſit, quæ claudit, an pro longa. neque enim tam plenum eſt. Interdum etiam inuenitur dactylus in ſexto, vt Inſerĭ - uu tūr uē - - ro ēx fœ̄ - - tū nūcĭs - uu ārbŭtŭs - uu hōrrĭdă - uu. quod tamen nunquam fit, niſi ſequens verſus a vocali incipiat. vt ſupra oſtẽdimus. Sequitur enim, ēt ſtĕrĭles platani malos geſſere valentes. Eliſa igitur A ex horrida, d, ſequenti dictioni, quæ a vocali incipit, connectitur, ſic, dēt ſtērĭ - - u, & hōrrĭ remanet pro ſpõdeo trochæus. Tale eſt & illud, E ſpumas miſcent argenti, viuaq; Sūlfŭră, Idæasq; pices. ſcanditur enim Sūlfŭ - u rĭdæ̆ - -. Præterea licet ſpõdeus omnem ſibi vindicet locum. tamen raro inuenitur in quinto, & rarius niſi præcedat dactylus, vt aūt lē - - uās ŏcrē - uu ās lēn - - tō dū - - cūnt ār - - gēntō - -. Item, ēt cō - - ſtām lōn - - gō sūb - - dūxĭmŭs - uu āpēn - - nīnō - -. Suſcipit quoque loco dactyli pro celeuſmaticũ, & Anapæſtum, ſed illum raro, hunc rariſſime. vt Tĭtўrĕ - uu păſcĕn - - tēs ā - - flūmĭnĕ - uu rĕĭcĕ că uuuu pēllās - -. Et, Tĕnŭĭă uuuu nec lanæ per cælum vellera ferri. & Gĕnŭălă uuuu banr. & Labat ărĭĕtĕ uuuu crebro. quanquam, vt Terentianus ait, Tēnŭĭă, & gĕnuă lă, poſſunt eſſe dactyli, vbi u ſit conſonans. Idem in ārĭĕtĕ dici poteſt, vt & i ſit conſonans, quod ita ſeruaſſe videtur Virgilius, vt nunquã vſus fuerit proceleuſmatico, niſi ibi & ſynæreſis fieri poſſit. Anapæſtum vero tãtum ſemel memini legere apud eundem. Flŭuĭō uu - rūm rēx ērĭdănus. Apud Græcos etiam & creticus, & palimbacchius ponuntur interdum loco dactyli.

Dictum autem volunt Heroicum, vel quod heroum facta Homer^9. primus hoc verſu cecinerit. Vnde Hora. Res geſtæ, regumq; ducumq;, & triſtia bella,

Quo ſcribi poſſent numero, mõſtrauit Homerus, vel quod vetuſtiſſimus, & ante omnes primus hic fuerit verſus. heroica enim vetera, & antiqua dixerũt: vel quia valida, & magna hoc metro canãtur, quales ſunt heroes. Idem & dactylicum, & heroum & hexametrum, & epos, & deliacum, & pythicum nominatur. Dactylicum a pede, quẽ præcipue ſuſcipit. Heroum, vel vt ſupra dictum eſt, vel forte, quod heroo pede pręcipue conſtet, qui eſt idem cum dactylo. Hexametrum, quia ſex metris, hoc eſt pedibus, fertur. Epos vt Græci dicunt ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι τὰς βάσεις ἀλλήλαις, vel quia ἔπος στίχος ἔμμετρος. facilius enim hoc carmine verba decurrunt dimenſione inuicem cohærentia præter cetera delectabilius. Deliacum a Delio Apolline. Pythicum quia cum Apollo Pythona ſerpentem Delphis necaſſet in vltionem matris, accolæ timore perculſi, carmen primum heroicum hexametrum e ſex ſpondeis compoſitum cecinerunt, deinde læti occiſo ſerpente, idem carmen concitata voce e ſex iambis protulerunt; quod fuiſſe dicit Athenæus ἰὴ – – παιὰν – – ἰὴ – – παιὰν – – ἰὴ – – παιὰν – – vt iota in ἰὴ producatur. idem præterea ſi corripiatur, & παι in παιὰν ſimiliter ſequente vocali, erunt ſex iambi. ſic ἰὴ υ – παιὰν υ – ἰὴ υ – παιὰν υ – ἰὴ υ – παιὰν υ –. Sed, vt clarius appareat quod dicimus, ſubiungemus de hac fabula Athenæi verba. Κλέαρχος ὁ σολεὺς οὐδενὸς ὢν δεύτερος τῶν τοῦ σοφοῦ Ἀριστοτέλους μαθητῶν ἐν τῷ προτέρῳ περὶ παροιμιῶν τὴν λητώ φησιν ἐκ χαλκίδος τῆς εὐβοίας ἀνακομίζουσαν εἰς δελφοὺς ἀπόλλωνα καὶ ἄρτεμιν, γινέσθαι περὶ τὸ τοῦ κληθέντος πύθωνος σπήλαιον. καὶ φερομένου τοῦ πύθωνος ἐπ᾽ αὐτούς, ἡ λητὼ τῶν παίδων τὸν ἕτερον ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἔχουσα προσβᾶσα τῷ λίθῳ τῷ νῦν ἐπικειμένῳ ὑπὸ τῷ ποδὶ τῆς χαλκῆς εἰργασμένης λητοῦς. ὃ τῆς τότε πράξεως μίμημα γενόμενον, ἀνάκειται περὶ τὴν πλάτανον ἐν δελφοῖς, εἶπεν ἴε παῖ. τυχεῖν δὲ

τόξα κατὰ χεῖρας ἔχοντα τὸν ἀπόλλωνα. τοῦτο δέ ἐστὶν, ὡς εἴποι τις, ἄφιε παῖ. καὶ βάλλε παῖ. διόπερ ἀπὸ τούτου λεχθῆναί φασι τὸ, ἴε παῖ. καὶ ἴε παιάν. et paulo poſt ſubiungit, τὸ δὲ ὑφ' ἡρακλείδου τοῦ ποντικοῦ λεχθὲν φανερῶς πέπλασται ἐπὶ σπονδαῖς τοῦτο πρῶτον εἰς τρὶς εἰπεῖν τὸν θεὸν οὕτως, ἴη παιὰν, ἴη παιὰν, ἴη παιὰν. ἐκ ταύτης γὰρ τῆς πίστεως τὸ τρίμετρον καλούμενον ἀνατίθησι τῷ θεῷ. φάσκων τοῦ θεοῦ τοῦθ' ἑκάτερον εἶναι τῶν μέτρων, ὅτι μακρῶν μὲν τῶν πρώτων δύο συλλαβῶν λεγομένων, ἴη παιὰν, ἡρῷον γίνεται, βραχειῶν δὲ λεχθεισῶν, ἰαμβεῖον. διὰ δὲ τοῦτο, δῆλον, ὅτι καὶ τὸν ἴαμβον ἀναθετέον αὐτῷ. βραχειῶν γὰρ γινομένων, εἰ δύο τὰς ἁπάντων τελευταίας συλλαβὰς εἰς μακρὰν ποιήσει τις, ὁ ἱππώνακτος ἴαμβος ἔσται.

Idem & Terentianus recitat, in quo Græcum carmen deprauatum ex Athenæo correximus. Primum enim fuiſſe hexametrum ſex ſpondeis, inde e ſex iambis refert his verbis.

Hexametros tradit genitos duo prima vetuſtas.
Herous ille eſt, hunc vocant iambicum.
Nam pedibus ſenis conſtare videmus vtrunque:
Diuerſa quanquam lex ſit ambobus, pedum.
Additur hæc gemino non abſona fabula metro,
Seu vera res eſt. ſpectet auctorem fides.
Cum puer infeſtis premeret Pythōna ſagittis
Apollo, delphici feruntur accolæ
Hortantes acuiſſe animum bellantis, vt illos
Metus habebat, aut propinqua adoria:
Tendebat geminas pauida exclamatio voces,
Ιη - - παιὰν - - ἴη - - παιὰν - - ἴη - - παιὰν - -
Spōndēīs īl lūm prī mō nā tūm cēr nīs sē x.
ēx pār tĕ uō cēs cōn cĭtās læ tī dăbānt,
ἴη υ - παιὰν υ - ἴη υ - παιάν υ - ἴη υ - παιὰν υ -
ĕt hīnc pĕdūm tŏt ōr tūs ēſt ĭām bĭcŭs.

EX POLLVCE DE PVGNA APOLLINIS CVM PYTHONE.

Τοῦ δὲ πυθικοῦ νόμου τοῦ αὐλητικοῦ, μέρη πέντε, πεῖρα, κατακελευσμὸς, ἰαμβικὸν, σπονδεῖον, καταχόρευσις. δήλωμα δ' ἐστὶ ὁ νόμος τῆς τοῦ ἀπό λλωνος μάχης πρὸς τὸν δράκοντα. καὶ ἐν μὲν τῇ πείρᾳ διορᾷ τὸν τόπον, εἰ ἄξιός ἐστι τοῦ ἀγῶνος. ἐν δὲ τῷ κατακελευσμῷ, προκαλεῖται τὸν δράκοντα. ἐν δὲ τῷ ἰαμβικῷ, μάχεται. ἐμπεριείληφε δὲ τὸ ἰαμβικὸν, καὶ τὰ σαλπιστικὰ κρούματα καὶ τὸν ὀδοντισμὸν, ὡς τοῦ δράκοντος ἐν τῷ τετοξεῦσθαι συμπρίοντος τοὺς ὀδόντας. τὸ δὲ σπονδεῖον δηλοῖ τὴν νίκην τοῦ θεοῦ. ἐν δὲ τῇ καταχορεύσει, ὁ θεὸς τὰ ἐπινίκια χορεύει.

Sunt qui dactylicum, & Heroum, non eſſe idem volunt, ſed illam inter vtrumque eſſe differētiam, quod dactylicum ex omnibus conſtat dactylis, Heroum vero etiam ex ſpōdeis. Addunt preterea proprium eſſe heroum, quod in priore, & in quarto, & in ſexto locoſpōdeum habeat, vt Dēfēciſſe vider, ſira iā prōmiſſa repōſci. Item īmmōtamq; coli dedit, ēt cōntēnere uēntōs. Et, Cuī nōn dictus hylas puer, ēt lā tonia de lōs? Sed quod omnes ſpondeos, vel plures ſpondeos, quam dactylos habet, quaſi minus bonum, & ſine dactylo parum teres, ac ſonorum, σπονδειάζον appellauerunt. Et propterea optimum dicunt, qui ex omnibus conſtat dactylis, vltimo excepto, qui, vt dixi, vel ſpōdeus, vel pro ſpondeo, trochæus eſt. Ennius, āt tŭbā terrĭbĭlī sŏnĭ tŭ tără tāntără dīxit. Virgili⁹, Stāt sŭă cuīquĕ dīēs brĕue ēt īrrĕpă răbĭlĕ tēmpus. Sic apud Græcos Homerus; βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ. βῆ δὲ δι - υ υ ὰ προμά - υ υ χων κεκο - υ υ ρυθμένος - υ υ αἴθοπι - υ υ χαλκῷ - -. Idem, γλαῦκε πέπον πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσι. νῦν σε μάλα χρὴ. γλαῦκε πέ - υ υ πον πόλε - υ υ μιστὰ με - υ υ τ' ἀνδράσι - υ υ νῦν σε μά - υ υ λα χρὴ - -.

Sed ſubiungamus de heroico quædam ex Terētiano,

vt ea ediſcant iuuenes. Nam longe melius & mādatᵣ memoriæ carmē, & tenetur, quā proſa oratio. Ne cui igitur ſit mirū, ſi illū ſæpe citamus. Eſt.n. & acutus, et doctus, ſimulq; & delectat, & docet. Sed iā ipsū audi.

Hęc ſibi quæque prius diſtinguere metra paramus.
Heroa primo, mox adire iambica,
Alternæ nequem impediat confuſio ſiluæ,
Quæ lex ſit ipſis, quæ ſit iis, quæ procreant
Partibus adiectis, detractis quæ varientur
Poſthinc, deinde quanta compages nouos
Alternet, varietq; modos, mutatio quantum
Commendet. Et ſi non valebo plurima,
Attingam vel pauca tamen. nam pandere prima
Prodeſt frequenter artium veſtigia.
Vim propriam pedibus fida cito reddito mente,
Ne dum requiris, tarda ſit diſpectio.
Spondeus, verſum quo primum diximus ortum
Heroon, hexametris tuetur vim ſuam
Nomine nunc proprio, nūc debita tempora reddens,
Sub alterius conſonat vocabulo.
E geminis longam ſoluet ſiquando ſequentem,
Fit dactylus, triſyllabis tempus manet.
Si prior in geminas ſoluetur longa minores,
Tum pes recurret dactylo contrarius.
Tempora ſed quanquam totidem defendat vterque,
Heroa fiunt pulchriora dactylo.
Hæc contra vitiant incurrentes Anapæſti.
Poſt dactylum ne quattuor iungas breues.
Poſt ſpondeum autem veniens, ſic mutet oportet,
Vt iſte verſus iam docet legem metri.
Ergo ſpondeus plerunque in dactylon ibit,
Nec intereſt vel quo loco, vel quam frequens.
Nam ſæpe alterni gemini nunc, ſæpius alter
Species reformant plurimas in verſibus,
Quas longum credo perſcribere, cum ſibi cunctas
Legendo poſſit adnotare quilibet.

Hoc ſat erit monuiſſe, locis quod quinque frequenter
Iugem videmus inueniri dactylum.
Sed non & ſextum pes hic ſibi vendicat vnquam,
Niſi quando rhythmum, nō metrum componimus.
Nanque metrum certiq́; pedes, numerusq́; coercent,
Dimenſa rhythmum continet lex temporum.
Spondeus partem ſemper ſibi vendicat imam,
Dat & trochæo qua diſyllabo locum.
Nec damnum importat, tria qui ſua tempora ſubdit,
Quæ quattuor ſpondeus expleret magis.
Debita nam ſpatii recipit quaſi tempora verſus,
Dum iungit imis conſequens exordium.
Omnibus in metris hoc iam retinere memento.
In fine non obeſſe pro longa breuem.
Præterea pes nullus erit quin rite locetur,
Laudem mereri ſi voles poeticam.
Hexametron dicunt, ſed non heroicon omnem,
Nam ſex pedes ineſſe non erit ſatis.
Leges quippe datas heroica carmina poſcunt,
Quis acta Homerus herōum cum ſcriberet,
Verſibus oſtendit, quas æque ſermo Latinus
Cuſtodit omnes, & pedes ſolos probat,
Quos ſupra poſui. Græcis & creticus aptus:
Bacchius etiam ponitur pro dactylo.

Vbi aduertendum, vt ſupra etiam oſtendi, Bacchium intelligi a Terentiano, qui communiter ab aliis fere omnibus Palimbacchius dicitur. & quia ſupra idem & Quinctilianū ſenſiſſe, quod Terētianus, ſcripſim9, diligentius conſiderandum, an ita ſit. nam videtur, vbi de vſu Bacchii ſcribit, ſibi eſſe contrarius, cū dicit, Bacchius & claudit, & ſibi iungit, Vĕnēnūm ᴗ-- tĭmērēs ᴗ--. Deinde ſubiungit, Contrarius quoque qui eſt, claudet, niſi ſi vltimam longam eſſe volumus, optimeq́; habebit ante ſe Moloſſon, cibis rēspērsūm ---. aut Bacchium, Quod hic pŏtēſt, nōs ᴗ-- pōſsēmūs --ᴗ. ecce hic manifeſte apparet intel-

ligere Bacchium habere primam breuem, Palimbacchium vero vltimam. Quare illud, Longis breuem pcedētibus bacchius, cui cōtrarius Palimbacchiꝰ erit, aliter legēdū, & forte, ſic, Longis breuē ſuccedētibꝰ. Sunt, qui inſeri poſſe aiunt interdum in fine dactylici pro ſpondeo iambū, & eos verſus, qui hoc patiuntur, quia in fine diminuuntur tempore, Græci appellant μειούρους, παρὰ τὸ μεῖον, καὶ οὐρά. Sed huiuſmodi verſus non puto inuenies, niſi apud Græcos. Homerus ἰλιάδος ά, Τρῶες – – δ' ἐρρίγησαν ε – υυ πελ ιδον – υυ αἰόλον – υυ ὄφιν υυ. ὄφιν pariambus eſt pro ſpondeo. Terentianus tamen multos verſus, de miuris ſcribens, compoſuit, in quibus mi etiam corripuit, ex μ eliſo ι, vt & in χορεῖος, & διασσόνδειος fecit. Verſus hi ſunt,

Dactylici finem verſus ſi claudat iambus,
Hoc eſt pro longa, breuis vt penultima fiat,
Auribus acciderit nouitas inopina, melĭŭs υυ.
Verſus vt hic reſonare poteſt, ita ſi cecinĕrīs υ–,
Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite ſatŭrǣ υ–.
Nile pater propera, ſitiunt ſata, Nile propĕrā υ–.
Heus puer, vt mea ſint tibi vilia carmina, vĭdēs υ–.
Si nuſquā hocce aliquis lectū putat, ecce dabĭtŭr υυ
Verſus Homericus auſonio reſonans ita mŏdō υ–,
Quem μείουρον Achaica gens vocitare ſolĭtā ēſt υ–.
Attoniti Troes viſo ſerpente pauĭtānt υ–
Liuius ille vetus graio cognomine, ſŭǣ υ–
Inſerit Inonis verſu puto tale docĭmĕn υυ,
Præmiſſo heroo ſubiungit nanque μιοῦρŏν υ–,
Hymnum quando chorus feſto canit ore Triuĭǣ υ–.
Et iam purpureo ſuras include Cothūrnō ––,
Balteus & reuocet volucres in pectore sĭnūs υ–,
Preſſaq; iam grauida crepitent tibi terga pharētrā ––,
Derige odoriſequos ad certa cubilia cănēs υ–.

Id quod cum ſæpe faciat Lucretius, miror nullum ab illo accepiſſe exēplū Terentianū, vt illud libro primo,

ſed eo magis acrem Inritat virtutem animi, confringere revt arcta Naturæ primus portarum clauſtra cuperet. Licet Priſcianus libro. x. cupiret legat. cui nō accedo. In exemplaribus enim manuſcriptis cuperet legi, nō cupiret. Et illud lib. v. Nec iacere indumanus via qua munita fidei.

DE VITIIS QVIBVSDAM VITANDIS IN HEROO.

SVNT quædam vitia in heroo præcipue vitanda. Primum indocta quædam, & ridicula affectatio, vt ſemiquinaria cæſura ſit ſimilis extremæ ſyllabæ verſus aut alterius verſus cæſuræ, & ſimul extremitas metri alterius metri extremitati, aut alia id genus ridicula obſeruatio poetarū, inculti, ac ineruditi ſæculi, quos verſus leoninos appellant, quales hi ſunt,

Pergama flere uolo fato Danaum data ſōlo.
Solo capta dolo, capta redacta ſōlo.
Ex Helicone ſona quæ prima tenes Helicona,
Et metra me dona promere poſſe bona. Item hi magis etiam ridiculi, & indoctiores,
Cartula noſtra tibi mittit Rainalde ſalutes,
Plura videbis ibi, niſi tu mea dona refutes. Huiuſmodi igitur ne ioco quidem cenſeo componendos verſus, ſed imitandos eſſe bonos poetas, ac in primis Virgilium. inuenies tamen ſemiquinariam cæſuram frequenter quidem fini in heroo reſpondere, ſed frequentius in pentametro elego tunc, cum ſubſtantiuis propria redduntur epitheta, Vt Primus Idumæas referā tibi, Mantua palmas. Et,
Mantua uæ miſeræ nimium vicina Cremonæ, Et,
Acriſionæīs Danae fundaſſe colonis. Item,
Helleſpontiaci ſeruet tutela Priāpi. Item,
Iulius a magno demiſſum nomen Iulo.
Vbi aduerte præponi adiectiuum, ſequi ſubſtantiuum, idq; frequentiſſimum eſſe. ſic in elegis,
O vtinam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat,

Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.
Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto,
Nec quererer tardos ire relicta dies.
Nec mihi quærenti ſpatioſam fallere noctem,
Laſſaret viduas pendula tela manus.

Inuenies etiam,ſed rarius,præponi ſubſtantiuum, vt
Reiice,ne maculis infuſcet vellera pullis. Item,
Coniugis,ora modis attollens pallida miris.

Redduntur quidem epitheta ſubſtantiuis, vt dixi: ſed qui id quoque affectauerit,non laudabitur. Præterea uidendũ eſt,vt Quinctiliani vtar verbis, ne ſyllaba verbi prioris vltima ſit prima ſequẽtis. Id,ne quis pcipi miretur,Ciceroni in epiſtolis excidit,Res mihi inuiſæ viſæ ſunt,Brute. & in carmine,

O fortunatam natam me conſule Romam.

Hoc idem carmen & Iuuenalis recitat,inde ſubiungit,
Antoni gladios potuit contemnere,ſi ſic
Omnia dixiſſet. Ridenda poemata malo,
Quam te conſpicuæ diuina Philippica famæ.

Cauendum eſt etiam, ne in principio præter decorem elati,& tumidi videamur,& vt ait Flaccus.
Nec ſic incipies,vt ſcriptor Cyclicus olim.
Fortunam Priami cantabo,& nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes,naſcetur ridiculus mus.

Potuiſſem & alia multa dicere,quæ fugere,quæq; ſequi & facere oporteat componẽdis carminibus, ſed cum non eſſet ocium,prætermiſi. quamobrem admoneo ſtudioſos,vt quæ de arte poetica ſcripſit Hora. ſtudioſe legant,tũ optima quæque de ea ipſa arte præcepta: quia,vt ait Iſocr. ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής.

DE PENTAMETRO ELEGO.

Pentametrum elegum heroo ita adnectitur, vt uix vnquam ſeparatum inuenias. Conſtat autem ex quinque pedibus,vnde & nomen ei inditum eſt.

Diuiditur in duo commata. Primum comma conſtat

indifferenter vel e duobus dactylis, vel e duobus ſpõdeis, vel e dactylo & ſpondeo, vel e ſpondeo & dactylo, & ſyllaba longa, quem ſemipedem primũ vocant. Secundum vero, e duobus dactylis, & ſyllaba, quæ ſecundus ſemipes appellatur.

E duobus dactylis, & ſyllaba longa, vt Nōmĭne ĭn – ᴗᴗ hēctŏrĕ - ᴗᴗ ō - pāllĭdă – ᴗᴗ sēm- pĕr ĕ –ᴗᴗ răm ᴗ. E duobus ſpondeis & ſyllaba longa, vt, Flēbām -- sūccēſ -- sū - pōſsē că - ᴗᴗ rē ră- dō - ᴗᴗ lōs --. E dactylo & ſpondeo, vt, Nīl mĭhĭ – ᴗ ᴗ rēſcrī -- bās ,āttămĕn – ᴗᴗ ĭpsē vĕ - ᴗᴗ nī --. E ſpondeo, & dactylo, vt, Lāſsā -- rēt vĭdĭ –ᴗᴗ ās - pēndŭlă - ᴗᴗ tēlă mă - ᴗ ᴗ nūs -. Alii vero dicunt primum & ſecundum pedem poſſe eſſe indifferenter dactylum vel ſpondeum, tertium ſpondeum duntaxat ita tamen, vt prima ſyllaba ſpondei, ſit extrema dictionis precedentis, & propterea ſi inueniatur aliquãdo breuis defendi cæſura ſemiquinaria, Quartũ & quintũ ſemper Anapæſtos: cuius ſentẽtiæ videtur fuiſſe Quinctilianus, cũ dicit, Non ego cũ præcedentes pedes poſui, legẽ dedi, ne alii eſſent: ſed quid fere accideret, quod in præſentia videretur oſtẽdi, & quidẽ optime eſt ſibi iunctus Anapæſtus, vt qui ſit pẽtametri finis. ſcanditur autem ſic, Nīl mĭhĭ –ᴗᴗ rēſcrī -- bās āt- -tămĕn ĭ ᴗᴗ - psē vĕnī ᴗᴗ -. Item, Lāſsā -- rēt vĭdĭ - ᴗᴗ ās pēn -- dŭlă tē ᴗᴗ - lă mănūs ᴗᴗ –. Et, Nōmĭne ĭn - ᴗᴗ hēctŏrĕ –ᴗᴗ ō pāl -- lĭdă sēm ᴗᴗ - pĕr ĕrăm ᴗ ᴗᴗ. & ſic in ceteris. Sed memineris in oĩ metro in fine pro longa accipi breuem, & pro breui longam. Prior autem ſcandendi modus per duo commata, & duos ſemipedes facilior. Dictum vero Elegum παρὰ τὸ ἐλεεῖν τοὺς τεθνεότας, quod hoc carmine laudes defunctorum ſcriberentur, vel παρὰ τὸ ἔλεος, quod vetuſtiſſimi ſuas lamentationes elegis decantarent. nam factũ eſt vocabulum a voce, qua in fletu vtimur. unde tractum eſt, vt epitaphia elegis ſcri-

pue ſcribantur verſibus. procedente deinde tēpore aliæ quoque res eo verſu ſcribi cœperunt, hinc Horat.

Verſibus impariter iunctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.

De inuētione aūt elegi. verſus, Idē Horat. ſic dicit.

Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor,
Grammatici certant, & adhuc ſub iudice, lis eſt.

TERENTIANVS DE PENTAMETRO VERSV.

Pentametrum dubitant, quis primus finxerit auctor.
Quidam non dubitant dicere Callinoum.
Hexametro cum quinque pedum ſubiungitur iſte,
Partes Heroi dupliciter recipit.
Quas penthemimeres poſſit diſiungere forma,
Has ſiquis geminet pentametrum faciet.
Sed refert duo ſint, an dactylus vnus in illa:
Cum duo ſunt eadem bis repeti poterit.
Subiungam exemplum, quo fiat planius iſtud.
Dēſĭnĕ mǣ nălĭ ōs, dēſĭnĕ mǣ nălĭ ōs.
Dactylus, vt duplex, non bis ſententia currat,
Dēſĭnĕ mǣ nălĭ ōs Mūſă rĕ fērrĕ iŏ cōs.
Hoc nec præpoſitum peccat, nec parte ſequenti,
Talis vtrique loco conuenit vna tome.
Si primo ſpondeus erit, tum dactylus alter,
Stabit, comma prius non poterit repeti.
Talis erit verſus hæc portio, quam modo tracto,
Pōſtquām rēſăſĭ ǣ. claudicat, vt repetas.
Vt ſtet comma ſequens, bis dactylus adſit oportet.
Pōſtquām rēſăſĭ ǣ, dēſĭnĕ mǣ nălĭ ōs.
Dactylus in primo poſitus, ſpondeus adhærens,
Non oberit primis, officiet reliquis.
Exemplum ponam, parti quod congruat iſti,
Mūsă mī -vv hī cāuſ-- ſās – diſcrepat, hoc iterum.
Dactylus ergo duplex redeat mihi parte ſequenti,
Mūsă mĭ hī cāuſſās, dēſĭnĕ mǣ nălĭ ōs.
Spondeum duplicem, quæ pars prior eſt, bene ſumet,
Peccat enim tantum poſteriore tome.

Spondeos ante ergo dabis; pars cetera curret.
ō fōr tūnā tī. deſĭnĕmǣ nălĭōs.
Pars prior ergo pedum admittet quęcunque duorum,
Dactylus in reliqua bis repetundus erit.
Scandunt Pentametrum, duo ſint quaſi cōmata , quidā,
vt pedibus binis ſemipedes ſuperent.
Hos ſibi coniunctos ſpondeum reddere quintum,
Pōſtquām rēs ăsĭǣ, dĕsĭnĕ mǣ nālī ōs,
At quidam in medio ſpondeum reddere malunt,
Semipedem, & primum cum capite alterius
Iugunt dactylico quæ fit de commate, longa:
Inde duas promptum eſt ſic remanere breues.
His longam adnectunt, qua dactylus incipit alter.
Cernis & hinc alias tot remanere breues.
Has ad ſemipedem iungunt in fine relictum.
Vltima nec rēfert longa, ſit an ne breuis.
Sic ſpondeus erit medius, duo poſt anapæſti.
Pōſtquām rēs āsĭǣ, dē sĭnĕ mǣ nāl ĭ ōs.
Idcirco primo curabis commate ſemper;
Ne breuis incurrens ſyllaba ſemipedis
Spondeum mediis nequeat coniungere longis,
ēt ſī āt tālĭs, īn cĭpĕ mǣ nālĭ ōs.
Nam lĭs, quæ breuis eſt iungat ſibi ſiue ſupremam
ōs, vel quæ prima eſt, īn caput hoc etenim eſt,
Quia nec producta eſt, geminat nec conſona vires,
Spondeus minime pes, ſed iambus erit.
Exemplum idcirco vocali a parte locaui,
Lōnga fōret ne lĭs īn cĭpĕ Mǣ nălĭ ōs.
Quidam quia gemino conſtat de commate verſus,
Cludere comma prius non timuere breui.
Vt ſit pentameter talis, qualem modo fingo,
Hōc mĭhĭ tām grān dĕ mūnŭs hă bērĕ dă tŭr.
Aut qualis ſupra verſus peccare videtur:
Sī ſĭ āt tālĭs īncĭpĕ mǣ nălĭ ōs.
Nam referre nihil, ſit qualis ſyllaba fini;
Commataq; hoc ipſum iuris habere volunt.

Idcirco & verbo nunquam vno colaſligari,
  vt conſtet parti finis vtrique ſuus.
Nam vitioſus erit ſic pentameter generatus.
  Intēr nōſtrōs gēn tī līs ōb ērrāt ē quus.
Spondei duo ſunt, quos dixi, commate primo
  Poſſe dari. verum ſyllaba, quæ ſequitur,
Nec penthemimerem verbi cum fine relinquit,
  Quæ data pentametris regula prima ſonis,
Nec poſt dactylico debet quę commate iungi,
  Eſſe caput verſus dactylici patitur.
Hoc ipſum melius mutata parte coibit,
  Gentilis noſtros inter oberrat equus.
Tantam noſtra nequit menſura abſoluere litem,
  Malo tamen longa cludere comma prius.
Hos elegos dixere ſolet quod clauſula talis
  Triſtibus, vt tradunt, aptior eſſe modis.

Quoniam autem eadem fere lex eſt metrorum apud Latinos, quæ & apud Græcos, vnde noſtra fluxerũt, operæ pretium viſum eſt, in ſingulis metrorum generibus, de quibus hoc tractamus libro, verſus aliquot Græcos ſcandere, ex bonis acceptos auctoribus.

EX PRIMO ILIADOS.

Μῆνιν ἄειδε θεά πηληϊάδεω ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί᾽ ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν.
Πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ηρώων. αὐτοὺς δ᾽ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι,
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. διὸς δ᾽ ἐτελείετο βουλή.
Μῆνι να - υυ ειδε θε - υυ ἀπη - - ληϊ α - υυ δεωἀχι
    - υ λῆος - υ,
Οὐλομε - υυ νην η - - μυρι α - υυ χαιοις - - ἀλγε ε
    - υυ θηκεν - υ.
Πολλας - - δ᾽ ἰφθι - - μους ψυ - - χας ἀϊ - υυ δι προϊ
    - υυ αψεν - υ
ἡρω - - ων αυ - - τους δ᾽ ε - - λωρι α - υυ τευχε κυ - υυ
    νεσσι - υ,
Οἰω - - νοισι τε - υυ πασι δι - υυ ος δ᾽ ἐ τε - υυ λειετο

-υυ δωλχ̃ --.

Ecce in primis quattuor ſedibus, vel dactylus, vel ſpondeus indifferenter ponitur, in quinta autem ſemper dactylus, & in ſexta ſpondeus, vel eius loco trochæus. licet in quinta ſpondeus interdum inueniatur. Illud autem δ̓ιῶ ἄχι -υυ dictum ex per συνίζησιν, vbi δ̓ιῶ breuis, & longa pro vna longa. ſic Virgilius poſuit, Solio cum Iuppiter aureo, vbi reo breuis & longa, pro vna longa.

EX THEOCRITI AMOEBAEO CARMINE.

Αγκεα, καὶ ποταμοὶ θεῖον γένος, αἴτι μενάλκας Μενάλκας.

Γῆ ποχ᾽ ὁ συρικτὰς προσφιλέςα σε μέλος,

Βόσκοιτ᾽ ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνάδας, ἦν δὲ ποκ᾽ ἔνθη

Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

Κρᾶναι, καὶ βοτάναι γλυκερὸν φυτὸν. αἴπερ ὁμοῖον Δάφνις.

Μουσις δ̓οι Δάφνις ταῖσιν ἀηδόνεσι,

Τοῦτο τὸ βωκόλιον πιαίνετε κ᾽ ἤντι μενάλκας

Τῆδ᾽ ἀγάγοι. χαίρων ἄφθονά πάντα νέμοι.

In his verſibus ſcanduntur heroi, vt ſupra ſcripti Homerici, Pentametri vero elegi ſic,

Γῆ πὸχὸ -υυ σῦρι -- κτᾶς - προσφι λές - υυ ἀσὶ μὲ - υυ λὸ ςυ- vel ſic ſine cæſuris,

Γῆ πὸ χὸ -υυ σῦρι -- κτᾶς πρὸς -- φίλὲς ἃ υυ- σὶμὲ λὸςυυυ. Secundus Pentameter.

Δὰφνὶς ἒ -υυ χῶν δὰμᾶ - υυ λᾶς - μῆδὲν -υυ λὰσσ σὸν, ε - υυχὸι - . & ſine cæſuris,

Δὰφνὶς ἒ -υυ χῶν δὰμὰ - υυ λᾶς μῆ -- δὲν λὰσ υυ- σὸν χοὶ υυ-. Tertius Pentameter.

Μοῦσὶς - - δὸι δὰφ - - νὶ ς - ταῖσὶ νᾶ -υ νῆ δὸνὶ -υυ σὶ υ. & ſine cæſuris,

Μῶσὶς - - δοὶ δὰφ - - νὶς ταῖ -- σὶ νᾶη υυ- δὸνὶ σὶ υυυι Quartus pentameter.

Τῆδἄγᾶ-υυ γοιχᾶ - - ρῶν - ἂφθὸνᾶ - υυ πᾶντᾶ νὲ - υυ μοι --. & ſine cæſuris.

Τῆδἄγᾶ -υυ γοιχῶ - - ρῶν ἃ -- φθὸνᾶ πᾶν υυ- τᾶνέ, μοιυυ-. Vides his pentametris duo eſſe commata

& eodem modo ſcandi, vt ſupra latina oſtendimus. Quare vel hinc colligere poſſumus a Græcis, & hæc & alia fere omnia Latinos accepiſſe, vt mittam & pedum, & metrorum, & accidẽtium metris nomina vel græca, vel a Græcis detorta. Si quiſquam igitur eſt, qui negat, non neceſſarias eſſe græcas literas hominibus noſtris, quam recte ſentiat, breui puto cognoſcet, cum vel pueris de bonis litteris docte diſputantibus, ipſe interim aſtabit, ὡς ὄνος πρὸς λύραν, vt aiunt.

DE VERSV IAMBICO SENARIO.

Iambicus verſus, qui a Græcis τρίμετρος, quod tres διποδίας habeat, a Latinis eadem ratione ternarius, vel quia e ſex pedibus ſimplicibus conſtat, Senarius appellatur: ſuſcipit in locis imparibus, id eſt in primo, tertio, quinto, pedes quinque, iambum υ - tribrachyn υυυ. Spondeum - - Dactylum - υυ Anapæſtum υυ - in paribus vero, id eſt in ſecundo, quarto, ſexto, tres, iambum υ - tribrachyn υυυ pyrrhichium, ſed hunc in fine duntaxat υυ ratione vltimæ ſyllabæ, quæ in omni metro, vt ſupra dixi, indifferenter ponitur. Legitimus autem iambicus e ſolis iambis cõſtat, vt etiam a principio, cum inuentus eſt. Deinde grauitatis gratia, ſpondeus, & qui ex illo naſcuntur, dactylus, anapæſtus nothi pedes in locis tãtum imparibus accepti ſunt. Vnde Terentianus,

Sed quia recepit lex iambi dactylum,
Spondeon, aut qui dactylo eſt contrarius
Vt iam tenemus, impari tamen loco. De eodem ſic Horatius.

Syllaba longa breui ſubiecta vocatur iambus
Pes citus. vnde etiam trimetris accreſcere iuſſit
Nomen iambeis, cum ſenos redderet ictus.
Primus ad extremum ſimilis ſibi. Non ita pridem.
Tardior vt paulo, grauiorq; veniret ad aures,
Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit
Commodus, & patiens, non vt de ſede ſecunda
Cẽderet, aut quarta ſocialiter. Ex omnibus iambis tale

eſt Horatii, Sŭīs ᴗ ĕt īp ᴗ – ſă rō ᴗ – mă uī ᴗ – rībūs ᴗ – rŭ ĭt ᴗ ᴗ. Tale & illud, Mĭnā ᴗ – cĭs aūt ᴗ – ĕtrū ᴗ – ſcă Pōr ᴗ – ſĕnæ ᴗ – mănūs ᴗ –. Item reliqua omnia, quæ ſubiunguntur hexametris illius epōdi, Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas, vt illud, ĕā ᴗ – mŭs ō ᴗ – mnĭs ē ᴗ – xĕcrā ᴗᴗ tă cī ᴗ – uĭtās ᴗ –. Terentianus de hoc metro partim e ſolis iambis, partim etiam immiſto ſpondeo & ſemel dactylo in locis imparibus.

Ădēſto, ĭām bĕpræ pĕs, ēt tŭī tĕnāx
Vĭgō rĭs ād dĕ cōn cĭtūm cĕlēr pĕdĕm.
Nĕc āl tĕrī ŭs īn dĭgēns ŏpīs vĕnī.
Sĕd īp ſĕvē rŭs, īn tĕgēr quĕ gē ſtiēns,
Ădū ſtă fel lĕ, quālĭs āntĕ cārmĭnă
Dăbās ămā rŭs ĭl tŏr, īm pŏtēns, tŭī.
Vĭdēs, vt ī ctă uēr bă rā ptĕt īm pĕrŭs,
Brĕuēm quĕ crē bră cōn ſĕquēn dŏ lōn gŭlă
Cĭtūm ſŭbīn dĕ vōl uăt ār ctĭūs ſŏnŭm
Ĭām bŭs. ĭp sĕ sēx ĕnīm lŏcīs mănĕt.
Et inde nomen inditum eſt ſenario.
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quod pedes coniungimus.
Quæ cauſſa cogat, non morabor edere.
Lex hæc iambi verba pauca admitteret,
Nam mox poetæ, ne nimis ſecet breuis,
Dum parua longam ſemper alterno gradu
Vrget, nec aptis exprimi verbis finit
Senſus, aperte diffidente regula,
Spondeon, & quos iſte pedes ex ſe creat
Admiſcuerunt, impari tamen loco,
Pedemq; primum, tertium, quintum quoque
Iuuere paulo ſyllabis maioribus.
At qui cothurnis regios actus leuant,
Vt ſermo pompæ regiæ capax foret
Magis, magisq;, latioribus ſonis
Pedes frequentant, lege ſeruata tamen,
Dum pes ſecundus quartus, & nouiſſimus

Semper dicatus vni iambo ſeruiat.
Nām nūl lūs ăl iūſpōnĭtūr,tāntūm sŏlēt
Tēmpōrī būs x̄ quūs nōn rĕpēllī trĭbrāchȳs.

In tragœdiis autem verſus e ſolis iambis non laudatur.quare vix talem inuenias,ſed ſemper in locis paribus ex iambo ,aut tribreui : in ceteris indifferenter ex iambo ſpondeo, dactylo , anapæſto , tribreui . In comœdiis vero in ſecundo loco & ſimilibus,ſpōdeus etiam inuenitur,necnon & dactylus,&anapæſtus,ſed frequentius ſpondeus.Quod faciunt Comici,vt ſolutam orationem imitentur.Scandamus igitur aliquot ſenarios verſus primo comicos, deinde tragicos , vt quod dicimus,appareat exemplo manifeſtius.

Ex Andria Terentii.

Vōsī - - ſtǣc in ‥tro aūfĕr - - te ăbī v - tĕ.
Sō v - sĭā. v -
A᷑dēs v - dūm pāu - - cĭs tē - - uŏlō v - dĭctūm - -
pŭtā v -.
Nēmpe ŭt - - cūrēn - - tūr rē - - cte hǣc . īm - - mo
ălĭūd v v -. Quid ēſt v -.
Quōd tĭbĭ - v v mĕa ārs v - ēffĭcĕ - v v re hōc pōſ - -
sĭt ām v - plĭŭs v v?
Nĭhĭl ī v v - ſtāc ŏpŭs - v v ēſt ār - - te ād hānc - - rēm
quām - - părō v -
Sĕd hīs v - quās ſēm - - pĕr īn v - te īntēl - - lēx ī - -
sĭtās v -
Fĭde ēt v - tăcĭtūr v v - nĭtā v - te ēxpē - - ctō quīd - -
uĕlīs v -.
Ex Hercule furente Senecæ,
Sŏrōr v - tŏnān v - tĭs (hōc ĕnĭm v - sōlūm - - mĭhī v -
Nōmēn - - rĕlī v - ctum ēſt)ſēm - - pĕr ālī v v v ēnūm
- - Iŏuēm v -.
A᷑c tēm - - plăsūm v - mĭuĭdŭ - v v ā dē v - sĕrŭiǣ v v -
thĕrĭs v v.
Locŭm v - quĕ cǣ v - lō pūl - - să , pēl v - lĭcĭbūs v v -

dĕdĭ υ -

Tēllūs cŏlēn υ - da ēſt, pēl - - lĭcēs υ - cæ lūm - - tĕ-nēnt υ -.

Ex Menandro, vt citat Stobæus, trimetri iambici acatalecti.

Οἶκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλεύθερον.
Στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν οὐδεμίαν,
Ἐφήμερον δ' ἔχει, καὶ προπετῆ τὸν βίον.
Οὐ παρὰ νέχομεν ὄντος οὐ σωτηρίου.
Εὐλοιδόρητον, ὡς ἔοικε φαίνεται
Τὸ τοῦ στρατιώτου σχῆμα καὶ τὸ τοῦ ξένου.
Κομψὸς στρατιώτης, οὐδ' ἂν εἰ πλάττοι θεὸς.
Οὐθεὶς γένοιτ' ἄν.

οἶκοῖ - - μĕνεῖν υ - χρῆ καὶ - - μĕν εῖν υ - ἔλεῦ υ - θĕρŏν υ υ

στρᾰτεῖ υ - ᾰδ' οῦ - - φĕρεῖ υ - πĕρῐ οῦ υ υ - σιᾰν οῦ - - δĕμῐᾰν υ υ,

ἐφῆ υ - μĕρον υ - δ' ἔχεῖ υ - καὶ πρŏπĕ - υ υ τῆ τὸν - - βιŏν υ υ.

ου πᾱ - - ρᾰνĕχŏ υ υ υ μĕνον υ - τος οῦ υ - σωτῆ - - ρῐ οῦ υ -

εὐλοῖ - - δŏρη υ - τŏν ὡς υ - ĕοῖ υ - κĕ φαῖ υ - νĕταῖ υ -

τŏ τοῦ υ - στρᾰτῐ ω υ υ - τοῦ σχῆ - - μᾰκαὶ υ - τŏ τοῦ υ - ξĕνοῦ υ -

κŏμψὸς - - στρᾰτῐ ω υ υ - της οῦ - - δᾰν εἰ υ - πρᾶτ τοι - - θĕŏς υ υ. οῦ θεῖς - - γĕνοῖ υ - τ' ἂν.

EX PLVTO ARISTOPHANIS.

Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ
Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.
Ἢν γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ.
Δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ,
Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν.

ὡς ᾱρ - - γᾰλĕον υ υ - πραγμε - - στῐ νω υ - ζεῦ καὶ - - θĕοῖ υ -

Δοῦλον - - γĕνε υ - σθαι πᾰρᾰ - υ υ φρŏνοῦν υ - τος δε - - σπŏτοῦ υ -

ἦν γὰρ -- τᾶβελ υ- τι ἀδοθε -υυ ῥαπῶν υ- λεξας
-- τυχη υ-
Δοξη -- δεμῶν υ- δραν ταυ -- τᾶτῶν - κεκτι --
μενῶν -
Μετεχθεῖνυυ- ἀναγυ- κητον -- θεραποι υυ τατῶν
υ- κακῶν υ-.

EX HECVBA EVRIPIDIS.

Ηκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν ἵν᾽ ἅδης χωρὶς ὤκισαι θεῶν,
Πολύδωρος ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως,
Πριάμου τε πατρὸς. ὅς μ᾽, ἐπεὶ φρυγῶν πόλιν
Κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν ἑλληνικῷ,
Δείσας, ὑπεξέπεμψε τρωϊκῆς χθονός,
Πολυμήστορος πρὸς δῶμα θρηϊκίου ξένου.
ἡκῶ - -νεκρῶν υ- κευθμῶ -- νακαὶ υ- σκοτου υ- πυ
λας υ-
Λιπῶν υ- ἵν᾽ ἅ υ- δης χῶ -- ρὶς ὠ υ- κι σαι υυ θεῶν υ-
Πολυδω υυ- ρος ἑκα υυ βης παῖς -- γεγὼς υ- της
κισ -- σέως υ-.
Πριαμου υυ- τε πα υ- τρὸς ὅς υ μ᾽ ἐπεὶ υ- φρυγῶν υ-
πολιν υυ
Κινδυ -- νος ἔ υ- σχεδορι υυ πεσεῖν- ἑλλη -- νι
κῷ υ-
Δεισας ὑ πεξ υ- ἐπεμ υ- ψετρωϊ υ ικης υ- χθονὸς υυ
Πολυμη υυ- στορος υ- πρὸς δῶ -- μα θρηϊ υ- κιου υ-
ξένου.

TERENTIANVS DE COMICIS ET

TAGICIS VERSIBVS.

Culpatur autem verſus in tragœdiis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus.
Vt ille contra, qui ſecundo & talibus,
Spondeon, aut quem comparem receperit.
Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt,
Vt quæ loquuntur ſumpta de vita putes,
Vitiant iambum tractibus ſpondiacis.
Et in ſecundo & ceteris æque locis.

Fidemq;

Fidemq; fictis dum prōcurant fabulis,
In mĕtra peccant arte,non inſcitia,
Ne ſint ſonora verba conſuetu dinis,
Paulumq; rurſus a ſolutis differant.
Magis iſta noſtri.nam fere Græcis tenax
Cura eſt iambi,vel nouellis comicis,
Vel qui in vetuſta prōcluēnt comœdia.

DE DIMETRO IAMBICO.

Dimetrum Iambicum acatalectum Archilochium conſtat e quattuor integris pedibus. recipitque in locis imparibus,id eſt in prima & tertia ſede iambum, & ceteros,quos trimetrum:in locis vero paribus hoc eſt in ſecunda,& quarta ſede, iambum vel tribreuem, ſed in fine & Pyrrhichium. Quales multi ſunt verſus apud Horatium ſuppoſiti aliis,vt hic,trimetris,

Quăndō rĕpō ſtūm cæ cŭbum ăd fĕſtās dăpēs,
Vĭctō -- rĕlæ ᴗ- tūs cæ - săre ᴗᴗ
Tēcūm sŭb āltā(sīc Iōuī grātūm)dŏmō
Bĕā ᴗ- tĕ mē ᴗ- coē nās -- bĭbām ᴗᴗ.Hic autem Herois,
Nōx ĕrăt,ĕt cæ lō fūl gēbāt lūnāsē rēnō
Īntēr -- mīnō ᴗ- rāſy̆ ᴗ- dĕrā ᴗᴗ,
Cūm tū māgnō rūm nū mēn læ ſurădē ōrūm,
Īnuēr -- băiū ᴗ- rābās -- mĕā ᴗᴗ.

Hoc carmine conſtat etiam hymnus ille,ac rhythmus in ſacris libris in laudem immaculatæ Virginis.

Quēm tēr -- rā pōn ᴗ- tūs æ ᴗ- thĕrā ᴗᴗ
Cōlūnt ᴗ- ădō ᴗ- rānt præ -- dĭcānt ᴗ-
Trīnām -- rĕgēn ᴗ- tēm mā -- chĭnām ᴗᴗ
Clāuſtrūm -- Mārī ᴗ- æ bā -- iūlāt ᴗᴗ

Vbi,vt id obiter admoneam, æthera nominatiuus eſt feminini generis ab accuſatiuo Græco τὸν αἰθέρα hæc æthera,ſicut τὸν κρατῆρα hæc cratera. Maria autem etſi corripit primam & ſecundam apud Claudianū, tamen quia hebraicum eſt nomen, puto penultimā habere indifferentem.

DE IAMBICO TETRAMETRO.

Iambicum tetrametrum, quod Latine quadratum & octonarium dicitur, eoſdem pedes in locis paribus, ac imparibus admittit, quos & trimetrum. nã ſi trimetro duos præpoſueris pedes, ex iis, quos illud recipit, tetrametrum facies. Quod ſic docet Terentian⁹,

Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
A capite ſumet, tunc quadratus dicitur.
Idemque dictus eſt & octonarius.
Ante ergo verſum collocabo iambicum.
Phăſē ᴗ- lūs īl ᴗ- lĕ quēm ᴗ- vĭdē ᴗ- tĭs hō ᴗ- ſpĭtēs ᴗ-
Quadratus iſte talis effici poteſt,
ădēſt ᴗ- cĕlēr ᴗ- Phăſē ᴗ- lūs īl ᴗ- lĕ quēm ᴗ- vĭdē ᴗ- tĭs hō ᴗ- ſpĭtēs ᴗ-.

Huiuſmodi verſus iambicos quadratos acatalectos non legi in vſu apud noſtros. catalecticos autem legi apud Catullum, cuius generis eſt illud Epigramma in Thallum, qui Catullo pallium, & ſudariũ ĩuolauerat,

Cĭnæ ᴗ- dĕ Thāl ᴗ- lĕ mōl ᴗ- lĭōr ᴗ- cŭnī ᴗ- cŭlī ᴗ- ca pīl ᴗ- lō -.
Rĕmīt ᴗ- tĕ pāl ᴗ- lĭūm ᴗ- mĭhī ᴗ- mĕūm ᴗ- quŏd īn ᴗ- vŏlā ᴗ- ſtī -.

Vides his deeſſe ſyllabam, vt ſint octo ſimplices pedes iambi.

Qui poterunt effici quadrati perfecti, ſi dixeris,
Cĭnæ dĕ Thāllĕ mōllĭōr cŭnīcŭlī capīllŭlō,
Rĕmīttĕ pāllĭūm mĭhī mĕūm, quŏd īnuŏlāuĕrās,

Apud Comicos tamen ſæpe inuenies id genus octonarios verſus, nõ tamẽ ſeruata lege iãbici metri, ſed in omni ſede indifferenter poſitos ſpondeum, dactylum, Anapæſtum præterquam in octaua, vbi ſemper eſt iambus. quales ſunt illi apud Terentium,

ĕnīmuē ᴗᴗ- rō Dā ᴗ- uĕ nĭhīl ᴗᴗ- lŏci ēſt ᴗ- sēgnĭtĭ -ᴗᴗ æ nĕquĕ -ᴗᴗ sŏcōr -- dĭæ ᴗ-.
Quāntum īn -- tēllē -- xī mŏdŏ -ᴗᴗ sĕnīs ᴗ- sēntēn -- tĭām ᴗ- dēnū -- ptĭīs ᴗ-.

Quæ ſī -- nōn ā -- ſtū prō -- vīdēn ⏑- tūr, me aūt-- hē rūm ⏑- pēſſūn -- dābūnt ⏑-. Et nota enimuero ſic di ctum, vt ſupra ſine inuidia, vt u pro nihilo habeatur, vt ait Priſcianus.

Sed de hoc metro multa dici poſſent, quæ prætermittimus, dicenda, cum Terentium dabimus excuſum typis noſtris.

DE IAMBICO CLAVDO.

Eſt quoddam genus Iambici verſus delumbe, & claudum, quod Græci σκάζον & χωλίαμβον appellant. habet enim in fine pro iambo ſpondeum. Differt autē a perfecto ſenario iābico, quod hic ī ſexta ſede ſpōdeus eſſe debet, tum in quinta ſemper iambus. nā cū ſcandātur iugati hi pedes, ī choliambo tertius pes iugatus ſemper eſſe debet epitritus primus, id eſt prima breuis ante tres longas. Cauendum igitur, ne in quinta ſede ponatur ſpondeus, aut alii, quos integer ſenarius Iambicus in ea ſuſcipit. Hanc legem accurate ſeruauit Perſius his verſibus claudis.

Nēc fōn -- tēlā ⏑- brā prō ⏑- lūī ⏑- cābāl ⏑- līnō --,
Nēc īn ⏑- bicīpī ⏑⏑ tī sō -- mnīās ⏑- sē pār ⏑- nā sō --
Mēmīni, ūt ⏑⏑- rēpēn ⏑- tē sīc ⏑- pōē ⏑- tā prō ⏑- dī rēm -⏑.
Hēlīcō ⏑⏑- nīdās ⏑ quē pāl ⏑- līdām ⏑- quē pȳ ⏑- rē nēn --
īllīs -- rēlīn -⏑ quō, quō -- rum īmā ⏑- gīnēs ⏑- lām būnt --
Hēdēræ ⏑⏑- sēquā ⏑- cēs ī -- psē sē ⏑- mīpā ⏑- gā nūs ⏑
ād sā -- crā uā ⏑- tūm cār -- mēn ōf ⏑- fērō ⏑- nō ſtrūm -⏑.
Quīs ēx -⏑ pēdī ⏑- uīt psī -- tācō ⏑- sūūm ⏑- χαῖρε -⏑,
Pīcās -- quē dōcū ⏑⏑ īt nō -- ſtrā vēr ⏑- bā cō ⏑-

nārī --?

Māgī v- ſtĕr ār v- tĭs, īn v- gĕnī v- quĕ lār v- gĭ-tŏr -v.

Vĕntĕr --, nĕgā v- tās ār -- tĭfex v- sĕquī v- uō-cēs --.

Quōd sī -- dŏlō v- sī ſpēs -- rĕfŭl v- sĕrĭt v- nūm-mi --,

Cōruōs -- pŏē v- tās, ēt -- pŏē v- trĭdās v- pīcās --

Cāntā -- rĕ crē v- dās pē -- gā ſē v- ĭūm v- mĕlŏs -v.

Ecce in quinta ſede ſemper eſt iambus, & in ſexta ſpondeus, vel pro ſpondeo trochæus, quia, vt ſæpe dictum eſt, in fine breuis pro longa ponitur. Quonā modo autem melos poſſit primā producere, diximus in primo modo quo in primo loco poſitæ ſyllabæ cognoſcūtur. Dicitur aūt σκάζων a Græcis, quia claudicat: nam ſextus pes ī hoc metro maior eſt, quam ſextus qui in ſenario perfecto. σκάζω enim eſt claudico, vnde σκάζων σκάζοντος participium, id eſt claudicans. eadē ratione χωλίαμβον dicunt. χωλὸς enim Græce, Latine claudus, vnde choliambus componitur quaſi claudiambus, Huius carminis inuentor fuiſſe dicitur Hipponax. De ſcazonte hæc Terentianus,

Claudum trimĕtrum fecit alitĕr Hīp v- pōnāx --

Ad hunc modum, quo claudicant ĕt hī v- vĕrſūs --.

Idcirco Græce nuncupatŭs ēſt v- σκάζων --.

Hic non iambum reddidit pĕdēm v- ſextūm -v,

Penultimam ſed pro breui trăhĭt v- lōngām -v,

Nouitate ductus, non vt inſcĭūs v- lēgĭs -v.

Sed quia iugatos ſcandimus pĕdēs v- ĭſtōs --,

Pæona fieri perſpicis pĕdem īn v- fīnĕ v.

Epitritus nam primus implĕt hānc v- pārtēm -v,

Breuis locata cum ſit antĕ trēs v- lōngās --.

Quare cauendum eſt, ne licentĭā v- ſuētā --

Spondeon, aut qui procreantūr ēx v- īllō --

Dari putemus poſſe nunc lŏcō ᴗ- quīnto --.
Ne deprehenſæ quattuor sīmūl ᴗ- lōngæ --
Parum ſonoro fine deſtrŭāt ᴗ- vērsūm -ᴗ.
Nam dactylum, parémue, quid tĭbī ᴗ- dīcām -ᴗ?
Cum tantum iambus hoc loco prŏbē ᴗ- pōnī --,
Aliusq; nullus rite poſſĭt ăd ᴗ- mīttī --.
Hoc Mimiambus Mattius dĕdīt ᴗ- mētrōn -ᴗ.
Nam vatem eundem eſt attico thȳmō ᴗ- tīnctūm -ᴗ
Pari lepore conſecutŭs ēt ᴗ- mētrō --.

DE METRO TROCHAICO.

Trochaicum metrum iambico contrarium eſt, non ſuſceptione pedum, (eoſdem enim vtrunque recipit, niſi quod nec trochæum iambicum, nec iambū trochaicum) ſed diſpoſitione per ſedes. nam ſicut iābus imparibus ponitur locis, ita in diſparibus trochæus. Vnde Terentianus,

Nam pes vterque, quia ſibi eſt contrarius,
Gaudet locorum diſpari cuſtodia.
Trochæus ergo ſemper impari loco,
Pariq; iambus rite collocabitur.

Recipit igitur hoc metrum in locis imparibus trochæum, tribrachyn: in locis autem paribus, & hos, et ſpondeum, & dactylum, & anapæſtum. quanquā tribrachys in ſeptimo non admittitur. Præterea, Tribrachys & Dactylus, & Anapæſtus nō niſi raro admittēdi ſunt. id quod & in iambico obſeruandum eſt. Accipere autem trochaicum eoſdem pedes, quos & iābicum, hinc manifeſte apparet, quod ſi a tetrametro iābico acatalecto dempta prima fuerit ſyllaba, fiet Trochaicum Tetrametrum Catalecticum: et ſi fuerit iābicum e ſolis iambis, fiet trochaicū e ſolis trochæis. ſin autem illud in diſparibus locis ſpondeū, & alios habuerit, & hoc ex iiſdem conſtabit. fiat igitur Catulli illud ex catalectico acatalecticum ſic,

Rĕmĭt ᴗ- tĕ pāl ᴗ- lĭūm ᴗ- mĭhī ᴗ- mĕūm ᴗ- quŏd īn ᴗ- ŭōlā -ᴗ ŭĕrās ᴗ- erunt omnes iambi. quod ſi

dempſeris primam ſyllabam Re, fiet trochaicum catalecticum e ſolis trochæis ſic, Mittĕ -u pāllĭ -u ūm mĭ -u hī mĕ -u ūm quōd -u īn uō -u lāuĕ -u rās -. ecce ſeptem ſunt trochęi, ſupereſt & ſyllaba. Poteris etiam facere trochaicum tetrametrum catalecticum ex iambo ſenario præponendo creticum -u-. Nam ſi præpoſueris creticum, puta Sōcrătēs -u- illi Horatiano, Bĕātus īllĕ quī prŏcūl nĕgōcĭīs, fiet trochaicum tale, Sōcră -u tēs bĕ -u ātŭs -u īllĕ -u quī prŏ -u cūl nĕ -u gōcĭ -u īs -. in quo verſu licet trifariam variare principium, ſecundum ſolutionum numerum, quas habere poteſt creticus -u-. Soluendo igitur primam cretici, fiet tale, Dĭŏgĕ uuu nēs bĕ -u ātŭs -u īllĕ -u quī prŏ -u cūl nĕ -u gōcĭ -u īs -. Soluendo ſecundam, tale, Dēmŏ -u phĭlĕ bĕ uuu ātŭs -u īllĕ -u quī prŏ -u cūl nĕ -u gōcĭ -u īs -. Soluendo vtranque, tale, Quōd ăgĭs uuu ăgĕ, Bĕ uuu ātŭs -u īllĕ -u quī prŏ -u cūl nĕ -u gōcĭ -u īs -. Sin autem iambicum ſenarium nō fuerit e ſolis iābis, quale eſt hoc Horatii. Nēptū -- nŭs āl -u tō tūn — dĭt hȳ u- bērnūs -- sălō u- præponendo ei creticum, vt Nauitas, fiet tale, Nāuĭ -u tās Nē -- ptūnŭs -u āltō -- tūndĭt -u hȳbēr -- nūs să -u lō -. Huius autem generis ſunt illa apud Suetonium in Iulium Cæſarem,

Gāllĭ -u ām Cæ -- sār sŭb -u ēgĭt -- Nīcŏ -u mēdēs -- Cæsă -u rēm u.

ēccĕ -u Cæsār -- nūnc trĭ -u ūmphāt -- quī sŭb -u ēgĭt — gāllĭ -u ăm u.

Nīcŏ -u mēdēs -- nōn trĭ -u ūmphāt -- quī sŭb -u ēgĭt -u Cæsă u rēm u.

Talia etiam ſunt Terentiani trochaica, vt illa,

Sȳllă -u bās quæ -- rītĕ -u mētrō -- cōngrŭ -u ūnt hē -- rō ĭ -u cō -,

Căptŭs -u ūt mē -u ūs fĕ -u rĕbāt -- dīſpă -u tă tās, -- āttŭ -u lī.

Vērsĭ -u būs să -- nēmŏ -u dōrūm -- quō sŏ -u nōră

ſēuī -u tās -
āddī -u tā ſtī -u lī lē · u uārēt -- sīccī -u ōrīs -- tǣdī -u ūm u.

Hæc primus Baſſine fili, & tu gener Nouate mi
Perpolite quam poteſtis crebriore limula,
Non pater tanquam, ſocerq;, ſed velut ſim extrarius.
Intueri vos oportet, an ſatis ſit litteris
Singulis diſcreta recte, quæ cui eſt natiuitas. & reliqua id genus quam plurima. Et notandum in huiuſmodi trochaicis duo debere eſſe commata, ita vt ſemper quartus pes primum finiat comma, quod idem quoque Terentianus præcepit his trochaicis,
Regulam ſeruans vbique, finis vt quarti pedis
Nominis, verbiue fine comma primum terminet.
Hac enim tome probatur metron hoc trochaicum.
Hunc modum ſi competenti pertulit ductu ſtilus,
Siue prouiſo tenore ceſſit effectus labor. Huius generis etiam eſt hymnus ille rhythmicus in ſacris litteris,
Pāngē -u līnguā · u glōrī -u ōsī -- prǣmī -u ūm cēr -- tāmī -u nīs u
ēt sū -u pēr crū -u cīs trō -u phǣō -- dīc trī · u ūm phūm -- nōbī -u lēm u.
Quālī -u tēr rē -u dēmptōr · u ōrbīs -u īmmō · u lātūs -- vīcē · u rīt u. Eſt enim id genus trochaicum frequentiſſimum. Illud etiam notandum, quod ſicut ex ſenario iambico fieri poteſt trochaicum catalecticum, præponendo creticum, ita ex trochaico catalectico tetrametro fieri poteſt iambicum ſenariū acatalectum remoto cretico. Poſſent dici & alia de metro trochaico, vt de monometro, de dimetro, de trimetro, item quare præpoſito cretico contingat in locis paribus eſſe ſpondeum, dactylum, anapæſtum, ſed nō tm̄ mihi datur ocii. Remitto igitur ſtudioſos ad Terētianum, & alios, qui erudite de arte ſcripſerunt. Sed ſcādamus tria metra trochaica catalectica ex equitib. Ariſtophanis, totidéq; ex Iphigenia in Aulide Euripidis,

Ὦ γέροντες ἥλικες, οὐ φράτορες τριώβολου,
Οὐς ἐγὼ βόσκω κεκραγὼς, καὶ δίκαια, κἄδικα.
Γραβοηθεῖθ᾽, ὡς ὑπ᾽ ἀνδρῶν τύπτομαι ξυνωμοτῶν.
Ὦ γέ -υ ρόντες -υ ἥλι ·υ κες οὐ -- φράτο -υ ρες τρι -- ωβό -υ
λου -.
Οὐς ἐ -υ γὼ βό -- σκω κε -υ κραγὼς -- καὶ δί ·υ και ἀ -υ κἄδι
-- κα.
Γραβο υυυ ηθεῖ -- θ᾽, ὡς ὑ -υ π᾽ ἀνδρῶν -- τύπτο -υ μαι ξυ ν·υ
ωμο -υ τῶν -.

EX EVRIPIDE.

Μηδὲν ἂν χρέους ἕκητι προςάτην θείμην χθονός,
Μήδ᾽ ὅπλων ἄρχοντα. νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν,
Πόλεως ὡς ἄρχων ἐκεῖνος πᾶς, ξυνέσιν ἢν ἔχων τύχῃ.
Μηδὲ -υ ιὰν χρέ ·υ ους ἕ ·υ κητι -υ προςά -υ την θεῖ -- μην
χθο -υ νὸς υ.
Μηδό -υ πλων ἄρ -- χοντα -υ νοῦν χρὴ -- τὸν στρά -υ τηλά
-υ την ἔ -υ χειν -,
Πόλεως υυυ ὡς ἄρ υ- χων ἐ -υ κεῖνος -υ πᾶς ξυνέσιν υυυ ἢν ἔ -υ
χων τύ -υ χῃ -.

DE HENDECASYLLABO SAPPHICO.

Hendecaſyllabi Sapphici duo ſunt genera; Alterũ quo ſæpe vſus eſt Horatius: alterum, quod alio nomine Phalæcium dicitur.

Illud apud Horatium conſtat quinque pedibus, Trochæo, Spondeo, Dactylo, Duobus trochæis. quanquã vltimo etiam ſpondeo. Quale eſt illud ad Auguſtum Cæſarem, in quo primi tres verſus ſunt eiuſdẽ generis. Inde ſubiungitur Adonius in quarto ordine conſtans Dactylico dimetro catalectico, id eſt e dactylo, & ſpondeo, vel trochæo pro ſpondeo. Poſtea ſunt iterum tres eiuſdẽ generis, & quartus rurſum Adonius, & ſic ad finem vſque iiſdem generibus carminis.

Iām să υtīs tēr -- rīs nĭuĭs -υυ ātquĕ -υ dīræ --.
Grāndĭ -υ nīs mī -- sit pătĕr -υυ, ēt rŭ -υ bēntī --
Dēxtĕ -υ rā sā -- crās ĭăcŭ -υυ lātŭs -υ ārcēs --.
Tērrŭĭt -υυ ūrbĕm -υ.

Tērrŭ - v īt gēn - - tēs grăuĕ - v v nĕ rĕ - v dīrĕt - v
Sæ cŭ - v lūm pȳr - - rhæ nŏuă - vv mōnſtrā - v quē ſtæ - -
ōmnĕ cūm prō - - teūs pĕcŭs - vv ēgĭt - v āltōs - -
Vīsĕrĕ - vv mōntēs. - -

Alterum hendecaſyllabi genus conſtat etiam quinque pedibus, ſpondeo, dactylo, & tribus trochæis: ſed quanquam in prima ſede legitimus pes eſt ſpondeus, tamen, & trochæus & iambus eā ſibi vſurparūt. Hoc genere carminis Catullus vſus eſt, & Martialis, Horatius nunquam. Diſtat autem hoc a ſuperiore diſpoſitione pedum. illud enim in prima ſede ſemper habet trochæum, in ſecunda ſpondeum, in tertia dactylum, inde, duos trochęos. Hoc in prima legitimū habet ſpōdeū, in ſecunda ſemper dactylum, inde tres trochæos. nec refert extremū etiam inueniri ſpōdeum. id enim fit ratione vltimæ.

Ex Catullo, ad M. Tullium.

Dĭsēr v - tĭſſĭmĕ - v v Rōmŭ - v līnĕ - v pōtŭm - v
Quōt sūnt - - quōtquĕ fŭ - v v ērĕ v Mārcĕ - v Tūllī - -
Quōtquĕ - v pōſt ălī - v v īs ĕ - v rūnt īn - v ānnīs - -
Grātĭ v ās tĭbī - v v māxĭ - v mās Că - v tūllŭs - v
ăgīt v - pēſſĭmŭs - v v ōmnī v ūm pō - v ētă - v,
Tāntō - - pēſſĭmŭs - v ōmnĭ - v ūm pŏ - v ētă - v,
Quāntō - - tu ōptĭmŭs - vv ōmnĭ - v ūm pă - v trōnŭs.

Ex Martiale, (- v

Hīc ēſt - - quēm lĕgis - vv īllĕ - v v quēm rĕ - v quīrĭs - v
Tōtō - - nōtŭs īn - v v ōrbĕ - v Mārtī - v ālĭs - v,
ārgū - - tīs ĕpī - v v grāmmă tūm lĭ - v bellīs - -
Cuī lē - - ctōr ſtŭdī - v v ōſĕ. - v. quōd dĕ - v dīſti - -
Vīuēn - - tī dĕcŭs - vv ātquĕ - v sēntī - v ēntī - -
Rārī - - pōſt cĭnĕ. vv rēs hă - v bēnt pŏ - v ētæ - -.

Ex Terentiano,

Quem nos Hendecaſyllabum ſolemus
Tanquam de numero vocare verſum,
Tradunt Sapphicon eſſe nuncupandum.
Nanque & iugiter vſa ſępe Sappho,

Diſperſoſq; dedit ſubinde plures
Inter carmina diſparis figuræ.
Sed primi pedis ante lex tenenda eſt.
Spondeum ſiquidem videmus iſtic
Tanquam legitimum ſolere poni.
Poſt hunc dactylon atque tres trochæos.
Cui nomen quoque Phallico dederunt.
Verum mobilis hic locus frequentes
Non ſolum recipit pedem, vt loquebar
Spondeum, ſed & aptus eſt trochæo.
Nec peccat pede natus ex Iambo.
Exemplis tribus hoc ſtatim probabis.
Docti carmine quæ legis Catulli.
Cuī dō-- nō lĕpĭ -υυ dūm nŏ · υ uūm lĭ -υ bēllŭm-
ārĭ -υ dō mŏdŏ · υυ pūmĭ -υ ce ēxpŏ -υ lĭtŭm -υ.
Mĕās υ- ēſſe ălĭ -υυ quīd pŭ -υ tārĕ · υ nūgās --.
Quos dixi modó iam pedes videmus,
Diuerſos capiti trium locatos,
Spondeon cuī dō -- trochæon ārĭ -υ,
Mĕās υ- quis neget hunc iambon eſſe?

Ex epigrammatis ἀλφειοῦ.

Οὐ στέρ -- γω βαθυ · υυ λήι -υ ους ἀ -υ ρούρας --
Ουκ ὄλ -- βον πολύ -υυ χρυσὸν · υ οἷα -υ γύγης --
Αὐτάρ -- κους ἔρα -υυ μαι βί -υ ου μα -υ κρίνε -υ
Τὸ μηυ- θὲν γὰρ ἄ -υυ γαν ἄ -υ γαν με · υ τέρπει -.

DE CARMINE SOTADEO.

Sotadeum carmen conſtat e quinque pedibus, primis duobus Ionicis a maiore, & tribus reliquis trochæis. & quia Ionicus a maiore conſtat e duabus primis longis, & reliquis duabus breuib. primus pes interdum ſoluta prima Ionici in duas breues, fit meſomacros υυ-υυ conſtans e media lōga, & duabus vtrinque breuibus, ſoluta ſecunda, fit parapæon -υυυυ conſtans e prima longa & quattuor breuibus. Idē accidere quoque in ſecundo ionico poteſt, vt oſtendemus exēplis. quod autem ambæ in vtroque ionico ſolui poſſint in

dichoreum,hoc eſt in ſex breues,non memini legere apud Terentianum.Præterea in tertia ſede loco primi trochæi modo ſpõdeus,modo dactylus,modo anapæſtus inuenitur,quod raro fit,nec fere vnquam, niſi quartus pes fiat pyrrhichius.nec erit vnquam pyrrhichius quartus,niſi tertius ſit vnus e trib.prædictis loco trochæi.Sed quod dicimus oſtẽdamus ex ipſo Terẽtiano.Carmẽ e duob.Iõicis a maiore,&tribus trochæis.

Nūnc īncĭpĭ --vv āmbīs gĕmĭ --vv nōs pĕ-v dēs rĕ -v fĕrrĕ -v. E primo pede meſomacro ſoluta prima ionici,ſecundo Ionico,reliquis trochæis, ut

ĕlĕmēntă rū v v-vv dēs quē pūĕ – vv rōs dŏ -v cēnt mă-v gīſtrī --. E primo pede Parapæone ſoluta ſecunda primi Ionici,ſecundo Ionico,reliquis trochæis,vt

Cēcĭlĭŭs ĕ-vvvv,rīt cōnsĭmĭ --vv līs pĕ-v dīs fĭ v gūræ--. E primo pede Ionico, ſecundo meſomacro ſoluta prima ſyllaba ſecundi Ionici, tertio ſpondeo, quarto pariambo,vt

Sī prīmă brĕ --vv uīs ĕpĭtrĭtŏs vv-vv hīc prī -- mŭs hă v v bĕtŭr- v. E primo pede Ionico, ſecundo Parapæone ſoluta ſecunda ſyllaba, ſecundi Ionici, & reliquis trochæis: nec refert, ſi extremus, vt dixi, eſt ſpondeus,vt

ūnum ūt făcĭ --vv ānt dŭŏ părī -vvv v tēr pĕ-v dēs iŭ-v gātī --. E tertio pede anapæſto, & quarto pariambo,vt

Vērſus mălĕ --vv nē dēsĭnăt --vv ădhĭbēn vvtŭr in vv ĭmō --. E tertio pede dactylo, & quarto pariambo.

Quārtūm, quŏnĭ --vv āmpērſpĭcĭs --vv hūnc ĕpĭ -vv trĭtŏn vv ēſſĕ-v. Hoc genus carminis Sotadem inueniſſe dicunt.Vnde Terentianus.

Longas ſiquidem quando prius locamus ambas,
Deinde breues ſubdimus,vt putes priorem
Spondeon oriri comitem,mox pariambum

Ἀπὸ μείζονος illum memorant Ionicorum,
At qui breuibus præpoſitis, deinde longas
Acceperit, ἀπ᾽ ἐλάσσονος hunc iubent vocari,
Nomen tibi quod deligo, quo notes priorem?
Cum verſibus iſtis toties recurrat hic pes,
Longas geminat qui prius, & iugat minores.
Lāuĭnĭă - - ∪∪ cum dicimus, hæc tamen figura eſt,
Metrumq; facit, Sotadicon quod vocitarunt
Qui multa ferunt hoc pede Sotadem locutum.

Attilii Fortunatiani fragmentũ de metro Sotadeo.

Primus ſpondeus. Secundus pariambus. Tertius ſpondeus. Quartus pariābus. Quintus tribrachys. Sextus item tribrachys. Vltimus ſpondeus. & quo magis mirum videri poteſt, totus Sotadeus numerus e trochæis poteſt cōſtare pedibus, & duo habet Ithyphallica metra, & vnum trochæum pedem, ſic. Bācchĕ, bācchĕ, bācchĕ. Quibus ſi interpoſueris aliquos brachyſyllabos, eiuſdem ſcilicet rationis, erit verſus mollior, ſic,

Bācchĕ - ∪ brŏmĭĕ ∪∪∪ bācchĕ - ∪ brŏmĭĕ ∪∪∪
Bācchĕ - ∪ brŏmĭĕ ∪∪∪, bācchĕ - ∪.

Nā Ithyphallicũ metrum ſæpe recipit hũc Tribrachyn, vt etiā apud Menādrũ in phaſmate, & apud Callimachũ in epigrāmatis oſtēdi poteſt. Cuiꝰ exēplũ ſubieci quo notius ſit eũ, cũ ſit ſex ſyllabarũ, accreſcere modo vna, modo duabus ſyllabis per tribrachyn. ſ. pedē,

Hūc ă - ∪ dēs lў - ∪ æ̆ ē - ∪
Bāsă - ∪ rēu bĭ - ∪ cōrnĭs - ∪
Nȳctĭ - ∪ lĭĕ bĭ ∪∪∪ mătĕr - ∪
Crīnĕ - ∪ nĭtĭdŭs ∪∪∪ āptĕ - ∪,
Lūtĕ - ∪ īs cŏ - ∪ rȳmbĭs - -
Hĕdĕră ∪∪∪ tē cŏ - ∪ rōnĭs - -
Hāſtă - ∪ vĭrĭdĭs ∪∪∪ ărmĕt - ∪.
Plăcĭdŭs ∪∪∪ ădĕs ăd ∪∪∪ ārās - -
Bācchĕ - ∪ bācchĕ - ∪ bacchĕ - ∪.

Hæc ex Atilio, in quibus nos quædam emendauimus vbi quia meminit metri Ithyphallici, quod con

ſtate tribus trochæis admiſto ſæpe brachyſyllabo, ſubiũximus hæc ex Terẽtiano de Ithyphallico metro.

Ithyphallica porro dicarunt mũſi -v cĩ pŏ v ẽtæ̃ --
Qui ludicra carmina Baccho vẽrsĩ -v bũs pĕ -v tũlcĩs--
Graio cũ cortice phallo trẽs dă-v bãnt trŏ -v chæ̃ ōs --
Vt nomine fit ſonus ipſe, Băcchĕ -v băcchĕ-v băcchĕ -v

Nunc vt in figura manifeſtius appareat. quod vnumquodque metrum e ſupradictis accipiat pedes per ſingulas regiones, in hunc modum notabimus.

HEROVM.

I	II	III	IIII	V	V
--	--	--	--	--	--
-vv	-vv	-vv	-vv	-vv	-v

PENTAMETRVM cum cæſuris.

I	II	Semipes	III	IIII	Semipes
-vv	-vv	-	-vv	-vv	-
--	--	-	-vv	-vv	-
-vv	--	-	-vv	-vv	-
--	-vv	-	-vv	-v	-

PENTAMETRVM ſine cæſuris.

-vv	-vv	--	vv-	vv-
--	--	--	vv-	vv-
-vv	--	--	vv-	vv-
--	-vv	--	vv-	vv-

IAMBICVM SENARIVM.

I	II	III	III	V	II
v-	v-	v-	v-	v-	V-
vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vv
--		--		--	vvv
-vv		-vv		-vv	
vv-		vv-		vv-	

IAMBICVM COMICVM.

I	II	III	IIII	V	VI.
v-	v-	v-	v-	vv-	v-
vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vv

--	--	--	--	--	vvv
-vv	-vv	-vv	-vv	-vv	
vv-	vv-	vv-	vv-	vv-	

IAMBICVM CLAVDVM.

I	II	III	IIII	V	VI
v-	v-	v-	v-	v-	--
vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	-v
v-		--		--	
-vv		-vv		-vv	
vv-		vv-		vv-	

TROCHAICVM TETRAMETRVM.

I	II	III	IIII	V	VI	VII	VIII
-v	-v	-v	-v	-v	-v	-v	-
vvv		vvv	vvv	vvv	vvv		
		--	--		--		
		-vv	-vv		-vv		
		vv-	vv-		vv-		

HENDECASYLLABVM SAPPHICVM ACATALECTVM.

I	II	III	IIII	V.
-v	--	-vv	-v	-v
				--

HENDECASYLLABVM PHALAECIVM.

I	II	III	IIII	V
--	-vv	-v	-v	-v
-v				--
v-				

SOTADICVM.

I	II	III	IIII	V
--vv	--vv	-v	-v	-v
vv-vv	vv-vv	--	-v	--
-vvvv	-vvvv	-vv	vv	
		vv-	vv	

ITHYPHALLICVM.

I	II	III
-v	-v	-v
vvv	vvv	vvv

Sed de metris hactenus. Supereſt, vt de accentibus, quos ſuſcipit ſermo latinus, necnon de diſtinctionibus breuiter dicamus.

DE ACCENTIBVS.

De accentibus apud noſtros breuiſſimus eſt tractatus, ſecus apud Græcos. illi enim multos libros de accentibus conſcripſerunt, vt Apollonius, Herodianus filius Apollonii, & alii. In cuius rei admirationem olim hoc diſtichon luſimus.

Non valet accentus milleſima claudere graios
Pagina, romanos vna breuisq; poteſt.

Sunt autem accentus decem Acutus' Grauis` Circunflexus˜ Longus¯ Breuis˘ ſubunio ‿ ſubdiuiſio, Apoſtrophus' Aſpiratus ⊢ Tenuis ⊣ Quibus omnibus vtimur præter aſpiratum & tenuem, pro quibus in aſpirandis duntaxat litteris hac figura н vel hac h ex vtroque ipſorum facta vtimur. Dictus autem accentus, quaſi adcantus, ab accino accinui accentum, ad imitationem Græcorum, a quibus προσῳδία dicitur, a πρὸς præpoſitione, quòd eſt ad, & ᾠδὴ cantus. hi autem ſunt qui dictionem moderantur, nec poteſt aliqua eſſe dictio, quæ vno ex ipſis careat. nam ſicut nulla vox eſſe poteſt ſine vocali, ita nec ſine accentu, quod ſit quaſi anima vocis. De ipſis igitur dictionē moderantibus ſic perbreuiter dicemus.

Omnis dictio, aut vnius eſt ſyllabæ, aut duarum, aut plurium duabus. Quæ vnius eſt ſyllabæ, ſi breuem vocalē habet, aut poſitione longam, acuitur, vt mél, móns, píx. ſi vero natura longam, circunflectitur, vt môs. Quæ autem duarum eſt ſyllabarum ſemper accentum habet ſupra primam ſyllabam: exceptis quibuſdam, quæ ſupra vltimam accentum habent differētiæ cauſſa, vt mox dicemus. Si prima igitur natura lōga eſt, & vltima breuis, circūflectitur, vt mâter, mûnus, dônum. in ceteris omnibus acuitur, vt páter, hómo, léges, fórtis. Qui vero plurium eſt duabus ſylla-

bis,ſi penultima eſt longa,ſemper ibi eſt tonus circũflexus ſi natura longa,& vltima breuis, vt Romanus. acutus,ſi aliter,vt Romani,potentes,libertas, Catullus,Veronenſis.Si vero breuis, in antepenultima, vt domĭnus,pōtĭfex,ſanctiſſĭmus,tenĕbræ,lugŭbris,muliĕbris,hiacy'nthĭnus.Excipiuntur a facio compoſita, quæ in ſecunda, & tertia perſona ſingulari præſentis indicatiui modi accẽtum habent in penultima, licet ſit breuis,vt benefacis benefacit, calefacis, calefacit. & huiuſmodi.benefit etiam,& ſatisfit,& calefit,&calefis,& alia compoſita a fis, & fit,acuunt vltimam,vt ſua ſimplicia.Exerceâtur igitur diſcipuli a præceptoribus pronunciare dictiones,quæ penultimã vel corripiunt,vel producunt.diſcant etiam variare accentum,ab antepenultima ad vltimam.verbi cauſſa,pronuncient dominus cum accentu in antepenultima,ſic dóminus.deinde cũ accẽtu ĩ penultima ſic,domínus. poſtremo cum accentu in vltima ſic, dominús. licet neque in vltima, neque in penultima eſſe poſſit. ſed fiat,vt aſſueſcant variare vocẽ, quod tamen melius fiet inGræcis dictionibus,in quibus ſi accẽtus eſt in antepenultima tranſit ad penultimã,ſi vltima flectẽdo fiat longa, vt ἄνθρωπος, ἀνθρώπου, ἀνθρώπῳ, ἀνθρώποιν, ἀνθρώπων, ἀνθρώποις, ἀνθρώπους. nam ſi vltima ſit longa,accentus non poteſt eſſe in antepenultima, niſi deſinat in αι,vel in οι puras diphthongos,vt ἄνθρωποι,τύπτουσαι. nam ſi ſequatur conſonans,mutatur accentus in penultimam ἀνθρώποις, τυπτούσαις. cum autem aſſueuerint ſic variare vocem accentibus,facilius noſtra pronunciabunt.Præterea vt recte penultima, & antepenultima proferatur,illo etiam ſigno admoneri poterunt,vt cum ſupra penultimam viderint longũ accentũ,in ea immorentur,vt inIuſtiniānus,Theodōrus:cum vero breuem,intendãt antepenultimam, nec vllam in penultima moram faciant,ſed celeriter pertranſeant,vt in adămo,perlĕgo,muliĕrem.

Præterea

Pręterea plurimum iuuabit, ſi ſingulas penultimas dictionum ſupra duas ſyllabas,quę ambiguitatem parere poſſunt,aut longo accentu, aut breui ſignauerimus.longo,ſi longa fuerit : vt Arietīnus , parietīnus, clandeſtīnus,mediaſtīnus,adūlor,tritūro,occīdo pro interficio,ex ob &cædo,legēre a legi præterito,vidēris ſecũda pręſentis indicatiui,legēris, vel legēre a legar futuro indicatiui, annōna. Breui aũt ſi breuis,vt cētimănus,muliĕbris,vidĕris a vidĕrim,vel vidĕro, adamantĭnus,ornotĭnus,craſtĭnus , aliquĭbus, inĭto bello,obrŭtꝰ,abſcĭdit,occĭdo,ex ob & cado,Porsĕna, peſſundătus,circundătus,& alia hmõi latina.nam in Græcis,non eſt perpetuum,propter accentum,qui in aliquibus intendit penultimam etiam breuẽ , vt Symóεις Pyróεις,Cory'don,Amaryllída,Arcádes,Theſéa. In aliquibus autem intendit penultimam , licet penultima producatur, cy'clopas, héroas, aréthuſa, Créuſa,Córinthos,& alia id genus multa.

Non ſeruatur autem accentus modis ſeptem,Differentia,Ambiguitate,Neceſſitate,Tranſpoſitione,Contextu,Idiomate,Apocope.

Differentia,vt in quando , quod interrogatiuum acuitur.cum aũt ſignificat ὅτι,grauatur,quandò.Sic vnà, penè,ferè,ponè,planè,coràm,palàm,falsò,eò,aliquò, illò,illà,circùm,aliàs,& huiuſmodi,cũ ſũt aduerbia. ſic ergô aduerbiũ circumflectitur, vt illius ergô venimus,id eſt cauſſa illius.quod Græci dicũt ἐκείνου ἕνεκα.Coniunctio autem grauatur, vt Ergone ſupremis potuit vox improba verbis Tam dirũ mandare nefas?

Ambiguitate , ad euitandam amphibologiam, vt intereá loci,alíquando,síquãdo,néquando, Déinde, éxinde,périnde,próinde,ſúbinde,dúmtaxat,quæ antepenultimã acuũt,ne duæ partes eſſe putẽtur. In áffatim etiã,quia fã breuis eſt,sũmo tono eſt prima,vt in præ mŏdũ,ádmŏdũ,áffabre,Appríme autẽ in penultima habet accentũ,quia longa eſt,nec obſtat ambiguitas.

Neceſſitate non ſeruatur accentus, cum poſt vocabulum aliquod, inclinatiua ſequitur coniunctio, quæ Græce ἐγκλιτικὴ dicitur, vt que, ue, ne. de quibus ſupra ſuo loco diximus.

Tranſpoſitione, cum de ſuo loco dictio trãſmutatur, vt ſunt præpoſitiones, quæ præpoſitæ grauantur, vt dè quo genere mortis difficile dictu eſt. Poſtpoſitæ aũt, quia mũtant locum, mutãt etiã accentum, & acuũtur. vt, quo dé genere mortis difficile dictu eſt. ſic Græci περὶ ἀρετῆς, ἀρετῆς πέρι. Circùm autem ad differentiã nominis, nũquã mutat accẽtũ, vt Ter circùm Iliacos raptauerat Hectora muros. &, maria oĩa circùm.

Contextu, cum dictiones, quæ per ſe poſitæ acuuntur, in contextu grauantur. vt Protinùs Aeneas celeri certare ſagitta.

Idiomate, cum Græcum vocabulum, nulla nec temporis, nec litterarum facta mutatione, ad nos venit. tũc enim ſeruat accentum Græcum, vt, Tegéa, Neméa, Créuſa, Aréthuſa, Amaryllís, amaryllí, amaryllída, Corýdon, Simóεις, Arcádẽs, Cýclõpẽs, Cýclõpãs, penelópe, pentecoſtẽ, Ariſtotéles, Demoſthénes, & id genus quãplurima. Quod ſi dixeris in quibuſdã è ſupra dictis mutari η in e longũ, reſpõdeo antiquos Græcos ſic pronunciaſſe ἦτα, vt nos e longũ in Penelope, Grãmatice, Ariſtoteles. ſed de hoc multa in fragmẽtis noſtris. In Ariſtótẽlis autẽ, ariſtótẽli, ariſtótẽlem, ariſtótẽle accentus eſt in antepenultima, quia Latine declinãtur. Comœdiã aũt, Tragœdiã, Sophiã, ſymphoniã, & ſimilia, mutãt accentũ, cũ corripitur vltima. Græce. n. κωμῳδίᾱ, τραγῳδίᾱ σοφίᾱ, συμφωνίᾱ dr. nos Comœ́diã, tragœ́diã, ſóphiã, ſymphóniã, vltima correpta.

Apocope, aut ſyncope, cũ dictiones per apocopen, aut ſyncopen proferuntur. Tunc enim accentum retinẽt integræ dictionis, vt vocatiui in i, a nominatiuis in ius, vt Mercurius, Virgilius, Domitius, Ouidius, & Mercúri, Virgíli, Domíti, Ouídi, ſeruato accẽtu ſupra.

eam ſyllabam,in qua erat in nominatiuo,etſi eſt breuis,vt Mercúri facunde nepos Atlantis. et Nulli flebilior,quam tibi Virgíli. Sic nomina & pronomina in as,vt Arpinâs,Rauênâs,cuiâs, noſtrâs circumflectūt vltimam,quia ſunt per ſyncopen ab his vetuſtis hic & hæc Arpinatis,Rauennatis,cuiatis, noſtratis,quæ in penultima circunflexum habent.remota igitur,ti, idem accentus remanet.

DE RELIQVIS ACCENTIBVS.

Longus accentus,ponitur ſupra ſyllabam,cum longam eſſe illam oſtendere volumus, vt ſalūber.Breuis autem cum breuem,vt funĕbris. Hyphen virgula eſt ſubincurua,quæ ſupponit̃ fini vnius dictiōis,& principio alterius,cum coniungere eas volumus vt ante‿malorum,ante‿volans.Hypodiaſtole vero,eſt dextera pars circuli, qua ſuppoſita dictionibus, notamus eas male cohærere, ac diſtinguendas, vt cor,vinum lætificat.ne Coruinum proprium dicere videaris,diſtinguo poſt cor ad imam litteram dicto accentu.Sic illud apud Græcos,quod & Fabius refert,vbi de ambiguo ſcribit. ἀυλὴ,τρὶς ἔπεσεν.ne videaris dicere tibicina cecidit,pro eo,quod,aula ter ceciderit,interponatur hypodiaſtole inter ἀυλὴ, & τρὶς, & vitabitur amphibologia. Et, Viridique in littore conſpicitur, ſus.ne videaris dicere conſpicit Vrſus, inter conſpicitur,& ſus interponitur hypodiaſtole ad imas litteras. Eodem etiam accentu vtimur,cum volumus diſtinguere ſenſum, vt in illo, Ereptę Virginis,ira.ne videatur ſignificare irā Virginis ereptæ,ſed ira propter ereptam virginem,poſt virginis ſupponitur diaſtole. Apoſtrophus item eſt pars quædā dextera circuli,ſed ad ſummam litteram appoſita,qua nota ſignificamus vltimam ibi vocalem eliſam, vt Tanton'me crimine dignum duxiſti? pro tantone. & Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruas?pro Pyrrhine. Daſia & Pſile licet non vtamur, quia vt di-

xi, loco ipſorum vtimur aſpiratione noſtra, aut ante, aut poſt aſpirandas litteras in contextu litterarũ, tamẽ ſi aliquãdo aut negligentia, aut quia neſcierim᷒, litteram aliquam aſpirãdam attenuarimus, Daſia ſuprapoſita id ſignificarẽ poterim᷒, vt ſi ſcripſeris omo, umus, ymnus ſine aſpiratione, vel Tyrſis, Teſeus t tenui, vel Cremes item tenui c, ſic emenda ̔omo ̔umus ̔ymnus t̔yrſis, t̔eſeus, c̔remes. & nota quas Græci προσῳδίας dicunt, nos autem accentus, eas veteres tum notas vocum, tum moderamenta, tum tenores, tum faſtigia, quod capitibus litterarum apponerentur, tum accentiunculas, tum voculationes appellaſſe. Sed de accentibus hactenus. Nunc de diſtinctionibus dicamus.

DE POSITVRIS.

Poſituris, ſiue diſtinctionibus, quas Græci θέσεις, & στιγμὰς vocãt, trifariam diſtinguimus. Aut enim ſtructura orationis omnino imperfecta eſt, & ſenſus. & tũc ad imum litteræ diſtinguimus puncto. quæ media diſtinctio, & mora dicitur. Græce μέση στιγμή. Aut ſtructura quidẽ orationis ex aliqua parte perfecta eſt, ſed ſenſus adhuc pendet. & tunc ad ſummum litteræ diſtinguimus pũcto. quæ ſubdiſtinctio dicitur. Græce ὑποστιγμή. Aut & ſtructura orationis perfecta eſt, & ſenſus. & tunc ad medium litteræ diſtinguimus puncto. quæ dictinctio finalis dicitur. Græce τελεία στιγμή. Id autem rurſus poteſt fieri duobus modis. Aut enim perfecta quidem ſententia eſt, ſed adhuc aliquid addimus, vt pleniorem illam faciamus. & tunc, vt dixi, ad medium diſtinguimus, ſed ſimplici puncto. Aut ad aliam tranſimus ſententiam, & tunc & ad ſummum, & ad imũ litteræ diſtinguim᷒ gemino ſcilicet puncto, addita quamminima lineæ portiuncula inter vtrunque punctum, quę vergat ad finem verſus. quam diſtinctionem Græci περίοδον, nos ambitum, circuitum, comprehenſionem, conti-

nuationem,circunſcriptionem dicimus. Quę nomina dat Periodo M.Tullius in libro de perfecto oratore.quod etiã recitat Quinctilianus. Et quoniã tam in diſtinctione finali,quam in Periodo, interrogatio etiam,aut affectus quiſpiam eſſe poteſt, vt indignatio,admiratio,commiſeratio, & huiuſmodi, variis id diſtinctionibus oſtẽdemus.puncto ſcilicet ad imã litteram,ſupra poſita linea,ſi interrogatio fuerit,retorta,ſi affectus,recta. Et tam finalis diſtinctio,quam Periodus,poteſt & vnum, & plura inciſa, & membra comprehendere. quæ Græci & κόμματα & κῶλα nominant.Sed,vt quod dicimus, manifeſtius appareat exemplis,nonnullas periodos ex M.Tullio, Virgilioq; ſubiungamus.

Ego,omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris ſatisfacio omnibus·mihi ipſe nunquam ſatisfacio· Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum· vt quoniam tu,niſi perfecta re·de me non conquieſti· ego,quia non idem in tua cauſſa efficio · vitam mihi eſſe acerbam putem:-

Vides hic poſt ego,poſt officio, poſt te,mediam diſtinctionem ad imam litteram, quia ſtructura orationis omnino imperfecta eſt. poſt omnibus autẽ,ſubdiſtinctionẽ,quia licet ſtructura orationis quo ad ſatisfacio præcedẽs verbum perfecta ſit,(habet enim caſus ſuos omnes)tamen,quia ſenſus adhuc pendet ꝓpter dictionem ceteris,diſtinximus ad ſummã litterã.poſt autem ſatisfacio,diſtinctionem ad mediã litterã, id eſt ſimplex punctũ.eſt enim ita perfecta ſententia, vt poſſis quieſcere,ſi placeat.Sed quia Cicero adiungit, quãobrem ſibi nunquã poſſit ſatisfacere conferẽdis in Lentulũ officiis.propterea diſtinximus ad mediã litteram diſtinctione finali.Rurſus poſt meritorũ, vides punctũ ad ſummum litteræ,poſt tu,ad imũ.item poſt re,& conquieſti,ad ſummum,poſt ego,ad imũ. poſt efficio,ad ſummũ,iiſdem,quas ſupra diximus,ra

tionibus. Poſtremo, poſt putem, vides periodũ. nã ſententia abſoluta eſt, & quod ſequit̃, diuerſum a ſuperioribus. Sed iã diſtinguamus aliquot Virg. carmina,

Arma, virumq; cano· Troiæ qui primus ab oris,
Italiam, fato profugus, Lauinia venit
Littora, multum ille & terris iactatus, & alto,
Vi ſuperum, & ſæuæ memorem Iunonis ob iram·
Multa quoque & bello paſſus, dum conderet vrbem,
Inferretque deos Latio· Genus vnde latinum,
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ:-

Vides vbicunq; media diſtinctione diſtinxim⁹, ſtructuram omnino eſſe imperfectã, vbi vero ſubdiſtinctione, ſentẽtiã nõ eſſe perfectã, ſed ſtructurã. vbi diſtinctione ad mediã litterã, & ſtructurã, & ſententiã eſſe perfectã. ſed quia aliquid adiungitur ſuperiori ſententiæ, ſimplici pũcto diſtinximus. Poſtremo aũt ꝑiodũ poſuimus, quia trãſit poeta in aliam periodũ, quæ ẽ,

Muſa mihi cauſſas memora· quo numne læſo·
Quidue dolens Regina deum, tot voluere caſus,
Inſignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit· Tantæ ne animis cœleſtibus iræ:-

Vides poſt memora, & læſo, ſubdiſtinctiones duas ad ſummum litteræ, pendente ſenſu. Poſt deum autem, poſt caſus, poſt virũ, tres medias diſtinctiões ad imũ litteræ. quia ne ſtructura quidẽ perfecta eſt, nedum ſenſus. poſt vero impulerit, punctũ ad medium extremę litteræ, quia & ſtructura, & ſentẽtia perfecta eſt. nam licet ſubiungatur epiphonẽma, Tantæ ne aīs cęleſtibus iræ? tamen abſq; eo perfecta ſententia eſt. poſtremo poſt iræ eſt periodus, quia quod ſequitur, eſt principium alterius periodi.

Hæc nos de Poſituris. Sed quia non niſi prodeſſe cupimus, quidquid ex latinis auctoribus de diſtinctionibus habere poterimus, ſubiungemus. vt ſi nos nõ placuerimus, ſibi quiſq; ex ipſis eligat quẽ ſequatur, aut alium quærat, qui ſatisfaciat magis, ſiquis eſt alius, q

de diſtinctionibus meliora ſcripſerit. Nos quæ potui mus, dedimus: meliora daturi, ſi habuiſſemus.

DONATVS.

Tres ſunt poſituræ, vel diſtinctiones, quas θέσεις Græci vocant. Diſtinctio, Subdiſtinctio, Media diſtinctio. Diſtinctio, eſt vbi finitur plena ſententia. Huius punctum ad ſummam literam ponimus. Subdiſtinctio eſt vbi non multum ſupereſt de ſententia, quod tñ neceſſario ſeparatim mox inferendum ſit. huius punctum ad imam litteram ponimus. Media, eſt vbi fere tantum de ſentẽtia ſupereſt, quantum iam diximus, cum tamen reſpirandum eſt. Huius punctum ad mediam litteram ponimus. In lectione, tota ſententia periodus dicitur. cuius partes ſunt, cola, & commata.

SERGIVS.

Dicta diſtinctio eſt vel poſitura, quod poſitum punctum diſtinguit noſtram orationem. Et cum diſtinctio ſpecies ſit poſituræ, tamen abuſiue pro ipſa poſitura, hoc eſt pro ipſo genere diſtinctionem habemus. Nam cum ſit codex emendatus diſtinctione· media diſtinctione· & ſubdiſtinctione, dicitur tamen codex eſſe diſtinctus. Igitur diſtinctio, eſt punctum appoſitũ ad caput litteræ plenæ ſententiæ. Subdiſtinctio, eſt punctum appoſitum ad imam partem ſemiplenæ orationis. Media diſtinctio, punctum appoſitum mediæ ſententiæ ſuſpenſæ, propter reſpirationem. Sciendum eſt quod in lectione textus vnius ſenſus, periodos nominatur, vt eſt, Nihil tibi profuit nocturnum præſidium palatii, nihil vrbis vigiliç, nihil timor populi, nihil concurſus omnium bonorum, &c:– Cola autẽ, & commata, eiuſdem orationis ſingulæ partes eſſe noſcuntur. Verum meminerimus in proſa oratione cola, & commata idem eſſe, & vnum ſignificare. in verſu vero, aliud, & diuerſum. Nam vbi duo liberi pedes ſunt, colon dicitur, vt apud Horatium, Terruit vrbem. Comma vero quando poſt duos pedes,

vel poſt tres pedes ſequitur ſyllaba.quæ partem terminat orationis,vt in primo verſu Aeneidos. Arma, virumq; cano.Item,Arma,virumq; cano Troiæ.

FORTVNATIANVS.

Diſtinctio,eſt temporis,& ſenſus finitio.Subdiſtinctio, eſt nec temporis, nec ſenſus finitio. Mora,eſt requies animi:-Inter diſtinctionem,& ſubdiſtinctionem, & moram,hoc intereſt. quod diſtinctio perfectum ſenſum declarat.ſubdiſtinctio inferri aliquid ſignificat. Mora reficit lectorem , ſimulq; ſenſibus lumen accommodat.

DIOMEDES.

Lectioni poſituras accedere, vel diſtinctiones oportet, quas Græci θέσεις vocant, quæ inter legendum dant copiam ſpiritus reficiendi ne cõtinuatione deficiat. Hæ tres ſunt, Diſtinctio:Subdiſtinctio: Media diſtinctio,ſiue Mora. vel,vt quibuſdam videtur,ſubmedia. Quarum diuerſitas,tribus pũctis,diuerſo loco poſitis indicatur.

Diſtinctio quidem,eſt appoſitio puncti finiti ſenſus vel pendentis mora,quæ locis ponitur tribus. Summo· cum ſenſum terminat, & vocatur finalis a nobis, a Græcis τελεία. Medio· cum reſpirandi ſpatiũ legenti dat,& dicitur media Græce μέση.Imo.cum lectionis interrupto tenore,aliud adhuc illatura ſuſpendit. & vocatur a Græcis ὑποστιγμή.a nobis ſubdiſtinctio.

Diſtinctio,eſt ſilentii nota cum ſenſu terminata:vbi eſt liberum ceſſare: prolixumq; ita, vt neuter ſui indigeat.vt eſt.Numina nulla premũt· mortali vrgemur ab hoſte.& eſt huius nota·punctũ ſupra verſũ ad caput litteræ poſitũ.Diſtinguere aũt oportet ante ſimilitudines,quas Græci παραβολάς vocant,& ante redditas,quas ἀνταποδόσεις.Et ſi quãdo a perſona ad perſonam tranſitus fuerit factus.Et ante Autem coniũctionem,ſiquidem non ex abundanti ponitur. Et ante caſum vocatiuum.Et ante Sed,& ante Quoniã,&ante

Tunc,ceſſante reddita ſed præpoſitis ſuperioribus. Et ante interrogatiua. vt, Quis Deus hãc muſæ, quis nobis extudit artem? Vnde noua ingreſſus hominum experientia cœpit? Hic enim oportet diſtinguere, & ſic inferre. Paſtor Ariſtæus fugiẽs Peneia tempe. Et poſt interrogatiua, Muſa mihi cauſſas memora.

Subdiſtinctio, eſt ſilentii nota legitimi, qua pronunciationis terminus, ſenſu manente, ita ſuſpenditur, vt ſtatim id quod ſequitur ſuccedere debeat, Huius autem eſt punctum ſub verſu poſitum, vt, Me duce Dardanius Spartam oppugnauit adulter. Aut ego tela dedi foui ue cupidine bella. Non enim ſimiliter vt in diſtinctione, ſilẽtium interpoſitum tacere permittit. vt eſt illud, Et ſi fata deum, ſi mens non læua fuiſſet. Impulerat ferro argolicas fœdare latebras.

Media diſtinctio, ſiue mora, eſt leuis in continuatione ſenſuum interpoſita diſcretio legitimæ diſtinctionis, ſubdiſtinctionisq; medium obtinens locum ita, vt nec perfecta in totum, nec omiſſa videatnr ſed ſignificatione immorandi alterius deſideret principiũ ſenſus. & hoc ſolũmodo ſeruat officium, vt legentis ſenſum, breuiſſima reſpiratione refoueat, & nutriat. Sic enim pronunciando reticere quis debet quia ſpiritus ipſe quadam defectione mutatur, vt deinde reſumatur. vt eſt.

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit. & rauco ſtrepuerunt cornua cantu.
Vtq; acres concuſſit equos. vtq; impulit arma.

Extemplo turbati animi. Multæ enim cauſſæ ſunt mediæ huius lectionis. Primum ne confundantur, quæ δίκωλα & τρίκωλα ponuntur. Deinde, vt actus verborum emineat, & luceat. qui ex aliquo moueatur affectu, vel indignatione, vel miſeratione collata, vel certe cum quadam arctatione ſermonis, quæ ἐμφατικῶς a poetis congeruntur. Si quis itaque ſine media ſpiritus ſuſpenſione pronunciauerit, vt eſt.

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui'
Aut hæc in noſtros fabricata eſt macchina muros
Aut aliquis latet error equo ne credite Teucri. confunditur ratio cōpoſitionis in generali nomine ligni, machinæ, equi. Item Lectumq; iugalem quo perii ſuper imponas minus apertum eſt. Subdiſtingendum enim pro voluntate dicentis. Hoc enim voluit intelligi Dido, non eſſe iugalem quo perierat. Immorandū eſt ergo, & reſpirandū poſt iugalem, & ſic inferendum cū ὑποκρίσεως affectu, quo perii in lectiōe plena ſentētia periodos dicitur. Cuius partes ſunt commata & cola.
Potuiſſem, quid Gręci quoq; tradiderint de diſtinctionibus, ſubiūgere. ſed q̄a nimis lōgū fuiſſet prætermiſi.
Sed iam receptui canamus, Si prius ilud monuerimus, multa in his lucubrationibus noſtris, quæ in Terentiano, & aliis quibuſdam adeo mendoſa erant, vt vix corrigi poſſe viderentur, nos non ſine ſumma difficultate emendaſſe. Veſtrum autem eſt Studioſi, vt ea cura hæc noſtra legatis, qua nos compoſuimus. nam vt vtar verbis Terentiani,
Sed labor vobis ferendus in legendo eſt maximus.
Non enim curſim, aut remiſſe tam minuta accumina
Adſequi quicunque poterit, ſed moroſa intentio
Tam legentis debet eſſe, quam fuit nobis quoque.
Qui laborem prouocando, perdomando tædium,
Forſitan nec lecta multis e latēbris ſcalpſimus,
Ardui laudem expetentes, non fauorem ex obuiis.
Videbor enim mihi maximum lucrum feciſſe, ſi intellexero hiſce lucubrationibus noſtris vos profeciſſe: nam nulla re alia venimus ad ſcribendum, quā vt prodeſſemus, Quod ſi quid forte vitii in his libris inter plurima neç protrita vulgo, nec indigna cognitu inueneritis, ſuccurrat vobis Horatianum illud,
Verum vbi multa nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura. Valete.

DE LITERIS GRAECIS, AC DIPHTHONGIS, ET QVEMadmodum ad nos veniant.

De poteſtate literarum græcarum, & quomodo quis per ſe diſcat legere græca verba.

Item quare Chriſtus & Ieſus ſic ſcribimus, Xp̄s. ihs.

Cur in Alphabeto ypſilon a quibuſdam ſio dicitur.

Oratio Dominica, & duplex ſalutatio ad beatiſſimam Virginem.

Symbolum apoſtolorum.

Euangelium diui Ioannis Euangeliſtæ.

Aurea carmina Pythagoræ.

Phocylidis Poema ad bene beateq; viuendum.

Omnia hæc cum interpretatione latina.

Introductio perbreuis ad Hebraicam Linguam.

ALDVS MANVTIVS ROMANVS STVDIOSIS ADOLESCENTVLIS. S. P. D.

Nihil prætermittere eſt animus, quod vtile credamus futurum iis, qui græce diſcere concupiſcunt, optimeq; ſcire latine. Quamobrem græcas literas, ac diphthongos, earumq; nomina, & poteſtatem, ac quemadmodum in latinum transferuntur cum exemplis ad id accõmodatis annotauimus, addidimus etiam abbreuiationes, vt facilius græca legere perdiſcatis. Et quia operępretium exiſtimauimus ſcire vos græcę ſalutationem angeli ad beatiſſimam virginem, exulumque filiorum Euæ ad eandem, necnon Diui Ioannis Euangelium, In principio erat verbum, Item Symbolum Apoſtolorum, hæc omnia cum latina interpretatione imprimenda curauimus. Addidimus carmina Phythagorę, cognomento, ob ipſorum excellentiam & diuinas admonitiones, aurea. Phocylidis item præcepta ſanctiſſima. quem antiquis Ethographis annumerat Iſocrates. quæ ſi placuiſſe cognouero, habeo longe meliora maioraque, que poſtea Deo fauente condonabuntur. Omnem enim vitam decreuimus ad hominum vtilitatem conſumere. Deus eſt mihi teſtis, nihil me magis deſyderare, quam prodeſſe hominibus. quod & ante acta vita noſtra oſtendit vbicumq; viximus, & oſtenſuram ſperamus (quando id volumus) in dies magis, quandiu in hac lacrymarum valle, & plena miſeriæ viuimus. Dabo igitur operam, vt quantum in me eſt, ſemper proſim. nam etſi quietam, ac tranquillam agere vitam poſſumus, negotioſam tamen eligimus, & plenam laboribus. Natus eſt enim homo non ad voluptates bono, & docto viro indignas, ſed ad laborem & ad agendum ſemper aliquid viro dignum non torpeamus igitur non vitam in otio ventri ſomnoque & reliquis voluptatibus indulgentes, tranſeamus veluti pecora. Nam (vt inquit Cato) Vita hominis prope vti ferrum eſt. ferrum ſi exerceas conteritur, ſi non exerceas, tamen rubigo interficit. ita ſi ſe homo exerceat conſumitur, ſi non exerceat, torpedo plus detrimenti affert, quam exercitatio. Valete.

Literæ apud Græcos ſunt quatuor & viginti.

Α α ἄλφα Alpha, a. Β β ϐ Βῆτα Vita, b. Γ γ Γάμμα Gamma g. Δ δ Δέλτα Delta, d. Ε ε Εψιλὸν Epſilon, e tenue. Ζ ζ Ζῆτα Zita, z. Η η Ητα Ita, e longum. Θ ϑ θ Θῆτα thita, th. Ι ι ῖ Ιῶτα Iota, i. Κ κ Κάππα Cappa, c. Λ λ λάμβδα Lambda l. Μ μ μῦ my m. Ν ν Νῦ Ni n. Ξ ξ Ξῖ Xi, x. Ο ο Ομικρὸν Omicron, o paruum. Π π Πῖ Pi, p. Ρ ρ Ρῶ Rho, r. Σ σ ς Σῖγμα Sigma, ſ. Τ τ Ταῦ Tau, t. Υ υ Υψιλόν Ypſilon, y tenue. Φ φ Φῖ Phi, ph. Χ χ Χῖ Chi, ch. Ψ ψ Ψῖ, Pſi, pſ. Ω ω ὠμέγα, Omega, O magnum.

De diuiſione literarum græcarum.

Diuidũtur hæ quatuor & viginti literæ in duas parteis, in vocaleis, & conſonanteis. Vocales ſunt ſeptem.

α. ε. η. ι. υ. ο. ω.

Diuiduntur ſeptem vocales in treis parteis, in ſemper longas, ſemper breueis, & communeis.

Vocales ſemper longæ duæ.

η. ω.

Vocales ſemper breues duæ.

ο. ε.

Vocales communes tres.

α. υ. ι.

De diphthongis proprie & improprie.

Diphthongi ex vocalibus fiunt. ſunt autem diphthongi proprie & improprie.

αι ἄλφα ἰῶτα. Alpha iota. αυ ἄλφα ὖψιλόν. Alpha ypſilon. ει ἒ ἰῶτα. e iota. ευ ἒ ὖψιλόν. e ypſilon. οι ὂ ἰῶτα. o iota. ου ὂ ὖψιλόν o ypſilon.

Diphthongi improprie item ſex.

ἄλφα μετὰ τοῦ ἰῶτα ὑπογεγραμμένου. i. alpha cum iota ſubſcripto ſic ᾳ. ἦτα μετὰ τοῦ ἰῶτα ὑπογεγραμμένου: id eſt, ita cum iota ſubſcripto ſic ῃ. ὦ μέγα μετὰ τοῦ ἰῶτα ὑπογεγραμμένου, id eſt, o mega cum iota ſubſcripto ſic ῳ. ὖψιλόν μετὰ τοῦ ἰῶτα προσγεγραμμένου, id eſt ypſilon cum iota adſcripto ſic υι. ω μέγα ὖψιλόν, id eſt o mega ypſilon, ſic ων. ἦτα ὖψιλόν, ita ipſilon ſic ηυ.

De conſonantibus.

Conſonantes ſunt decem & ſeptem. β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ. Quæ diuiduntur in duas parteis, ſemiuocales & mutas.

Semiuocales ſunt octo. ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ.

Rurſus ſemiuocales diuiduntur in duas parteis. in duplices, & immutabileis.

Duplices ſunt tres. ζ ξ ψ.

Immutabiles quatuor λ μ ν ρ. Sigma vero remanet ſemiuocalis.

Mutæ ſunt nouem β γ δ κ π τ θ φ χ. quæ ſecantur in treis parteis. In tenueis, aſpiratas, & medias. Tenues ſunt tres. κ π τ. Mediæ item tres. β γ δ. Rurſus aſpiratæ tres. θ φ χ. Et ſciendum treis tenueis. κ π τ. habere ſuas aſpiratas. θ φ χ. Medias vero. β γ δ. Habet enim κ ſuam aſpiratam χ. & mediam γ. π vero habet ſuam aſpiratam φ. & mediam β. τ habet ſuam aſpiratam θ. Mediam vero δ. Conſtituantur autem ſic.

Te	κ	Me	γ	Aſpi	χ
nu	π	di	β	ra	φ
es	τ	æ	δ	tæ	θ

Quæ tantam habent inter ſe cognationem, vt tenuis ſæpe tranſeat in ſuam aſpiratam & mediam. Item aſpirata in tenuem, mediamq;. rurſus media in tenuem, atque aſpiratam, quod facile patet exemplis. κ tranſit in ſuam aſpiratam χ in fine dictionis ſequente vocali aſpirata, vt οὐχ οὕτως ἔχει, pro οὐκ ἔχει οὕτως. primum οὐχ habet χ quia ſupra ο eſt aſpiratio. ſecundum vero κ. quia ſequitur. ε. cum tenui. & πεποίηχ' ὅπερ ἐκέλευσας pro πεποίηκα ὅπερ ἐκέλευσας.

Τ tranſit in θ vt ᾠδῆσθαι θ' ἱερὰ pro ᾠδῆσθαι τε ἱερά. ſic in καθέδρα ex κατὰ καὶ ἕδρα abiicitur alpha κατα θλίψιν, & τ. tranſit in θ. quia inuenit ſupra ε aſpirationẽ. Idem fit in καθέζομαι, καθό. illud ex κατά καὶ ἕζομαι, hoc ex κατα καὶ ὅ.

π tranſit in φ ſic. ὑφ' ἕν. integrum eſt, ὑπὸ ἕν, ſed κατὰ θλίψιν fit ὑφ' ἕν, & quia π inuenit ſupra ε aſpirationem, tranſit in ſuam aſpiratam φ, & fit ὑφέν, ſic ἐφίππιος, ἐξ αὐτοῦ καὶ ἵππος, ἐφ' ᾧ, ἐξ αὐτοῦ καὶ ᾧ. ἐφοράω, ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ ὁράω. ſic perquam multa alia. Hanc tranſmutationem pulchrum eſt deprehendere in coniugationibus. nam idcirco prima coniugatio barytonorum habet φ aſpiratam ante α in præterito, quia in præſenti eſt vel π tenuis, vel β media, vel πτ. vel ipſum φ. vt λείπω, λέλειφα. λείβω, λέλειφα. τύπτω, τέτυφα. γράφω, γέγραφα. in futuro vero τ. quæ eſt πσ a β π φ πτ. in præſenti. vt τύψω pro τύπσω. Eodem modo ſecunda coniugatio barytonorum ideo habet in præterito χ, quia in præſenti eſt γ media, vel κ tenuis, vel κτ. vel ipſum χ, vt λέγω, λέλεχα, πλέκω, πέπλεχα. τίκτω, τέτεχα. λέχω, λέλεχα. In futuro vero tranſeunt in ξ. quia idem eſt quod κ te-

nue & σ. eſt enim ξ, κσ. vt λέξω pro λέκσω. mutantur etiam aſpiratæ in ſuas tenues in præteritis geminantibus primam. ſic, φύω, πέφυκα. καλυπτω, κεχάλυφα. θαυμάζω, τεθαύμακα. quod fit ad euitandam cacophoniam, id eſt diſſonantiam. præterea in prçteritis paſſiuis mediæ pro aſpiratis ponuntur ante μαι. γ, enim ponitur pro χ, vt λέλεχα, λέλεγμαι. β. pro φ. vt τέτυφα, deberet eſſe paſſiuum præteritum τέτυβμαι, ſed quia ante μ non admittitur β, tranſmutatum eſt β in μ, vt τέτυμμαι pro τέτυβμαι, γέγραμμαι pro γέγραβμαι. Rurſus mediæ tranſeunt in aſpiratas ſic, λέλεγμαι, ἐλέχθην. γ in χ. τέτυμμαι pro τέτυβμαι ἐτύφθην, β in φ. Item in tenues vt λέλεγμαι, λέλεκται γ in κ, τέτυμμαι pro τέτυβμαι τέτυπται β in π. id quod & nos facimus græcas literas in noſtras commutantes, quod paulo poſt, vbi quonam modo græcç literæ in noſtras tranſeant, oſtendemus.

De poteſtate literarum oīum, & diphtongorum.

A. α facit a, vt Α Λ Λ Α ἀλλά alla. Α Γ Α Θ Ο Σ ἀγαθὸς Agathos. B. β. facit u. vt Β Α Ρ Β Α Ρ Ο Σ βάρβαρος varuaros. Β Α Β Α Ι βαβαί vauæ. Γ. γ. facit g, vt Γ Ε Γ Ρ Α Φ Α γέγραφα gegrapha. Δ. δ. facit d, vt Δ Α Ι Δ Α Λ Ο Σ δαίδαλος dedalos. Ε. ε. facit, e. vt Ε Γ Ω ἐγώ ego. Ζ. ζ. facit, z. vt Ζ Α Θ Ε Ο Σ ζάθεος zatheos. Η. η. nunc ſonat i longum, apud antiquos puto erat e longum, vt Φ Η Μ Η φήμη phimi. Θ. ϑ. facit th, vt Θ Α Ν Α Τ Ο Σ θάνατος thanatos. Ι. ι. facit i, vt Ι Α Κ Χ Ο Σ ἴακχος iacchos. Κ. κ facit c, vt Κ Ο Ρ Υ Δ Ω Ν κορύδων corydon. Λ. λ. facit l, vt Λ Α Λ Ο Σ λάλος lalos. Μ. μ. facit m, vt Μ Ο Ρ Μ Ω μορμῶ mormo. Ν. ν. facit n, vt Ν Α Ι ναὶ næ, Ξ. ξ. facit x, vt Ξ Α Ν Θ Ο Τ Ρ Ι Ξ ξανθότριξ xanthotrix. Ο. ο. facit o paruum, vt Ο Β Ε Λ Ι Σ Κ Ο Σ ὀβέλισκος oueliſcos. Π. π. facit p, vt Π Α Π Π Α πάππα papa. Ρ. ρ. facit r, vt Ρ Ω Μ Η ῥώμη rhomi. Σ. σ. facit ſ, vt

Σ Α Ρ Ξ

ΣΑΡΞ σάρξ ſarx. Τ.τ. facit t, vt ΤΑΛΑΝΤΟΝ τάλαντον talanton. Υ.υ. facit y, vt ΥΜΝΟΣ ὕμνος hvmnos. Φ φ. facit ph, vt ΦΙΛΟΣ φίλος philos. Χ.χ. facit ch, vt ΧΡΙΣΤΟΣ χριστὸς Chriſtos. Ψ.ψ. facit ps, vt ΨΙΞ ψὶξ pſix, ΨΕΛΛΙΖΟΜΑΙ ψελλίζομαι pſellizomæ, Ψε ψε Pſe. Ω,ω. facit o longum, vt ΩΚΑ ὦκα oca, ΧΙΤΩΝ χιτὼν chiton.

De poteſtate diphthongorum.

ΑΙ. αι nunc facit æ (olim puto omnes diphthongi pronunciabantur) vt ΑΙΓΙΣ, αἰγὶς ægis. ΑΥ. αυ. facit af medium inter b & f, vt ΑΥΤΙΚΑ. αὐτίκα aftica. ΑΥΛΗ αὐλὴ auli, ΕΙ ει. facit i longum vt ΕΙΣ εἰς is, ΕΙΚΩΝ εἰκὼν icon, ΧΕΙΡ χεὶρ chir. ΕΥ ευ facit ef mediũ inter b, & f, vt ΕΥΓΕ εὖγε euge, ΘΗΣΕΥΣ θησεὺς theſeus. ΟΙ οι facit i longum, vt ΟΙΜΟΙ οἴμοι imi. ΟΥ ου. facit u vocalem longam, vt ΟΥΚΟΥΝ οὐκοῦν vcun.

De poteſtate diphthongorum impropriæ.

ᾳ cum ι ſubſcripto facit a, vt, τῷ αἰνείᾳ to Aeneia, ᾄδω ado. ῃ cum ι ſubſcripto facit i longum, vt τῇ μούσῃ ti muſi, νηρῇδες nitides. ῳ. cum iota ſubſcripto facit o longum, vt ἡ παλινῳδία i palinodia, τῷ ἀνθρώπῳ to anthropo. veteres vero non ſubſcribebant iota, ſed adſcribebant ſic τῶι, αἰνείαι, to æneia, τῆι μούσηι ti muſi τραγωιδία, tragodia, quod in codicibus antiquis licet videre, minore tamen iota quam ſint præpoſitiuæ α η ω quibus adſcribitur, et eiuſdem fere quantitatis, cuius eſt apud nos, quod ſcribitur. quæ antiqua ſcribendi conſuetudo ad huc quoque remanet in grandioribus litteris ſic. ΤΩΙ ΛΟΓΩΙ ΤΟ Logo ΤΗΙ ΜΟΥΣΗ ΤΙ muſi ΜΑΙΑΙ mæa. Υ cum iota ſic Υι υι facit

i longum, vt ΑΡΠΥΙΑ ἅρπυια arpyia ΜΥΙΑ μυῖα mya. ἡ τετυφυῖα τῆς τετυφυίας, i tetyphyia tis tetyphyias. ΗΥ ηυ facit if medium inter b & u conſonantem vt ηὗδα προσηῦδα ibda proſibda. ηὐλέω ηὔλεον ηὔλικα ηὐλίκειν ηὔλισα ableo ibleon iblica iblicin ibliſa. ΩΥ. ωυ facit of medium inter b & u conſonantem, vt ΩΥΤΟΣ ὠὗτος oftos pro αὐτὸς & θωυμαστὸς thoſmaſtos, pro θαυμαστός, qua diphthongo Iones vtuntur pro αυ.

Quemadmodum literæ ac diphthongi græcæ in latinum transferantur.

Α α mutatur in a, vt κάλαθος calathus. interdum in e vt Τάλαντον talentum. Item in i, vt Κάναστρον caniſtrum. Item in o, vt μάρμαρον marmor, κόρυλος corylus, & in u Ηρακλῆς Hercules hyperthesi τοῦ. κ. Et in æ diphthongum, vt ἀσκληπιὸς. æſculapius. Β mutatur frequentiſſime in b, vt φοῖβος phœbus, βάρβαρος, barbarus. aliquando in p, vt βαβαὶ papæ. quanquam παπαὶ etiam græci dicunt. Item in ph, vt θρίαμβος triumphus. Γ. γ mutatur in g. γαλάτεια galatea. γίγας gigas. γένος genus. vertitur etiam in n; in iis dictionibus, quæ apud Grecos commutarunt ν in γ ſequentibus γ κ χ ξ, vt ἄγγελος angelus, δίφθογγος diphthongus, ἄγκυρα ancora, ἀγχίσης anchiſes, σφίγξ ſphinx, quoniam ante θ κ χ ξ non admittitur ν apud græcos, mutatum eſt ν in γ. quod Romani rurſus in n commutarunt. & ſi antiqui Græcam orthographiam obſeruantes Aggelus diphthoggus ſcribebant per duplex gg. Δ commutatur in d, vt δίδω dido. δαίμων dæmō. Interdum in b, vt δὶς bis, & in l, vt ὀδυσσεὺς, vlyſſes. ſicut apud nos, vt ſedes, ſella, nam d & l inuicem ſibi cedunt. Epſilon mutatur in e breue, vt ἐγὼ ego. γένεσις geneſis. Ζ remanet vt ζάκυνθος zacynthus, ζέφυρος zephyrus. interdum mutatur in geminum ſſ,

vt μάζα maſſa, πατρίζω patriſſo. H eſt e longum, vt πηνελόπη Penelope, πηνελόπης Penelopes, ἡρακλῆς Hercules, interdum mutatur in a longum, vt μήτηρ mater. νηὶς nais. φήμη fama. σίνηπι ſinapi θρήκη thrace. Item, vt quidam volunt, in æ diphthongum vt κηρὸς cæra, σκηνὴ ſcæna, σκηνοπήγια ſcænophegia. ἠθικὴ æthica, quibus ipſe non accedo. O mutatur in th aſpiratum, vt θρήκη thrace, θυρσὸς thyrſus, interdum in ſuã tenuem, ideſt t vt θρίαμβος triumphus. Item in ſuam mediam, id eſt d, vt θεὸς Deus. θεὰ dea. I mutatur in i modo longum modo breue vt ἀγχίσης anchiſes, νεστορίδης neſtorides. K mutatur in c, vt κάκος cacus, κωκυτὸς Cocytus, interdum in ſuam mediam g vt κώβιος gobius, κύκνος cygnus. quãquam & cycnus dicimus. Item in p, vt λύκος lupus. Λ mutatur in l, vt πάλλας Pallas. λύγξ linx. λύρα lyra. λὺξ lux. λωτὸς lotus. M mutatur in m, vt γραμματικὸς grammaticus. στέμμα ſtemma. μέμνημι memini, μελπομένη melpomene. N vertitur in n, vt ναῦς, nauis, νηὶς nais. νὺξ nox. νυκτέλιος nyctelius. Ξ vertitur in x, vt ξενοφῶν Xenophon, ξένιον xenium.

Omicron vertitur in o breue, vt ὄλυμπος. olympus. Item in u, vt ὀδυσσεὺς, vlyſſes. πόρφυρα purpura. συρακόσιος Syracuſius δωρικῶς. nam κοινῶς, συρακούσιος dicitur. ſed frequens mutatio eſt o in u in fine dictionis, vt κύπρος cyprus. ὅμηρος Homerus. πήλιον pelium. ἴλιον ilium. Interdum in e. γόνυ genu. πὸς αἰολικῶς pes. nam κοινῶς ποὺς dicitur. ἀλέξανδρος Alexander. κάπρος caper. Π mutatut in p, vt πασιφάη Paſiphae. πάπποι pappi. Πάππα Pappa. interdum in ſuam aſpiratam, quæ eſt apud nos ph, vt τρόπαιον trophæum, λαπίθαι laphithæ. ὑψιπύλη hypſiphyle. Item in ſuam mediam, quæ eſt apud nos b, vt πύξος buxus. ἄψυρτος abſyrtus. nã ψ eſt bſ, vt ἄραψ arabs. ρ vertitur in r, vt ῥήτωρ rhetor. vbi ſciendum omnem dictionem, quæ apud Græcos ſcribitur per ρ. in

principio dictionis,transferri a noſtris in r,cum aſpiratione, vt ῥέα rhea. ῥητορικὴ rhetorica. σ mutatur in ſ, vt σίσυφος Siſyphus. interdū in x vt αἴας aiax. πίστρις piſtrix. vbi imitamur Dores qui pro σύμμαχος ξύμμαχος pro σύν,ξὺν dicunt. Item in τ. vt σὺ tu, σέ te, quod item doricum eſt. dores enim pro θάλασσα θάλαττα dicunt. τήμερον pro σήμερον. τύ pro σύ. vnde Lucianus iocans compoſuit dialogum, vbi facit a ſigma accuſari cappa coram ſeptem vocalibus. quod in dictionibus ſcribendis gemino σσ excludatur a duduplici ττ. pro γλῶσσα γλῶττα θετταλία pro θεσσαλία. dicit enim ſigma, ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα, θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης, θετταλίαν ἀξιοῦν λέγειν καὶ πᾶσαν ἀποκέκλεικέ μοι τὴν θάλασσαν. hoc eſt. Sed cur dico hæc? eiecit me Theſſalia tota, & ab omni me mari excluſit. τ vertitur in t, vt Τροία Troia, τάνταλος tantalus. Inuenitur etiam mutatum in ſ. ſigma præcedente, vt ὀστᾶ oſſa. υ plerunque remanet, vt Ιερώνυμος Hieronymus. συνώνυμον ſynonymum. tranſit etiam in u, vt Ῥώμυλος Romulus. μῦς mus. σῦς ſus. θύλη thule. κῦμαι cumæ. πύξος buxus. πορφύρεος purpureus. δύω duo. κυβερνήτης gubernator. φυγὴ fuga. βότρυς botrus. γόνυ genu. φ vertitur in ph, vt φιλόσοφος philoſophus, aliquando etiam in f, vt φυγὴ fuga. φήμη fama. Item in ſuam tenuem, vt σφαῖρα ſpæra, & in ſuam mediam, vt ἄμφω ambo. χ mutatur in c cum aſpiratione ſic ch, vt Χρύσης Chryſes. Χρυσόστομος Chryſoſtomus, Χριστὸς Chriſtus, quę litera quia figuram habet X noſtri, ſunt qui putant cum ſic ſcribitur Xp̄s, per X & p ſcribi latinas literas, cum ea, quæ x videtur, ſit χ, & quæ videtur p, ſit ρ, & quanquam fere ſemper legimus in ſacris literis Chriſtus ſic ſcriptum Xp̄s, Græce tamē ſcribatur, cum ſic ſcribitur. Latine enim ſcribēdum eſt per ch aſpiratum ſic, Chriſtus. Eodem modo decipiuntur in Ieſus cum ſic ſcribitur ιης credentes

hanc literam,H aſpirationem eſſe,cum ſit ἦτα græca vocalis,quæ eſt e productum tam apud nos, q̃ apud Græcos, vt ΙΗΣΟΥΣ IESVS. Ita quia Græci ἦτα ſic etiam ſcribunt η.quæ litera eſt ſimilis noſtræ longiuſculæ aſpirationi,latini ſic ſcribunt ihs.quod vulgus per aſpirationem ſcribi exiſtimat. Quoniam autem in ſermonem de aſpiratione incidimus,illud annotatione dignum exiſtimauimus acceptā eſſe aſpirationem noſtrā ἀπὸ τῆς δασείας καὶ ψιλῆς, accētibus græcis.Nā illi daſiam ſic notant ⊢ & pſilen ſic ⊣ quos accentus in vnum cōiungentes Romani,fecerunt eā aſpirationem ⊦,qua nos in grandiuſculis vtimur literis.Qui tamē accentus nūc ferè exoleuerunt apud Græcos,quorum loco iuniores hiſce vtūtur ‘, vt δασεῖα habeat figuram c noſtri ſic‘. ψιλὴ vero c inuerſi ſic’. Et hinc puto nos accepiſſe aſpirationem,qua curſim ſcribendo vtimur.Nam ſi addideris pſilen denſo,aſpirationem facies,ſed inflexam. Quanquā ætate noſtrā plures rectam quam flexam ſcribentes notant.Hanc nos aſpirationem modo in s vertimus,vt ἕξ ſex,ἑπτὰ ſeptem, ἕρπυλλον, ſerpyllum. modo in u, vt ἑσπέρα veſpera,ἑνετὸς venetus. ſed frequenter in noſtram aſpirationem,vt ὕμνος hymnus. Ησίοδος Heſiodus. Ομηρὸς Homerus. Ψ mutatur in pſ, vt αἰθίοψ æthiops.ψευδομάρτυρ pſeudomartyr. ψίλωτρον pſilotrum . Aliquando tranſit in b,vt ἄραψ arabs.ἄψυρτος abſyrtus.ωmega tranſit in o lōgum , vt ὠκεανὸς oceanus.εἴδωλον idolum.ἥρωας,heroas.κύκλωπες,cyclopes. o do.ro.clo. productis. Illud etiam non præterierim ſilentio Chriſtianos olim in libris ſacris ineffabilis nomina Trinitatis , Pater , Filius , Spiritus Sanctus primis Græcis characteribus ſcribere conſueuiſſe. hoc eſt Π pro pater,Υ, pro filius. Α pro Spiritus ſanctus.nam pater πατὴρ Græci dicunt , & Filius Υἱὸς, & ſpiritus ſanctus πνεῦμα ἅγιον. Quapro-

pter,quia vbi erat ſcripta litera Y dicebāt filius,nunc in alphabeto etiam,ea litera in Gallia ciſalpina filius dicitur,vulgo ſic.fio.zeta.pro ypſilon,vel y græca,zeta.id colligitur ex libris decretorum diſtinct. lxxii.

Quonam modo diphthongi græce ad nos veniant.

Αι mutatur in æ diphthongum, vt αἰνέας Aeneas. ἑβραῖος hebræus. παλαίστρα palæſtra. παιάν pæan. interdum diuiditur, vt αἴας aiax. μαῖα maia. αυ vertitur in au, vt αὐλή aula. θησαυρὸς theſaurus. Sed aduerte, ne te decipiant Nicolaus, Menelaus, & ſimilia, in quibus non eſt diphthongus au, ſed ſunt duæ ſyllabæ, quia ſunt a græcis in αος, vt νικόλαος, μενέλαος. ει mutatur in i vel in e longum, vt ἀχιλλεῦς Achilleus. καλλιόπεια Calliopea, vel in i longum, vt νεῖλος Nilus, θάλεια Thalia, εἴδωλον Idolum. ευ mutatur in eu vt θησεὺς Theſeus, εὖγε Euge, εὖρος Eurus, οι mutatur in œ diphthongum, vt φοῖβος Phœbus. οἰνόφορον œnophorum. ἀλφεσίβοιος Alpheſibœus. μελίβοιος meliboeus. ου mutatur in u longum, vt μοῦσα muſa. οἰδίπους œdipus.

De diphthongis improprie.

ᾳ cum iota ſubſcripto tranſit in æ diphthongum, vt τῇ λήδᾳ huic ledæ. ῃ cum iota ſubſcripto tranſit in æ diphthongum, vt τῷ ποιητῇ huic poetæ. ῳ cum iota ſubſcripto tranſit in œ diphthongum. vt ἡ κωμῳδία hæc comœdia. ἡ τραγῳδία hæc tragœdia. Sed an diphthongos, & ι. η. ο. ω. υ. vocaleis vt nunc nos pronunciamus, antiqui quoque pronunciauerint, in fragmentis noſtris diſputaturi ſumus. nam & Grçci meo iudicio ſuas diphthongos, & nos noſtras, tum quas diximus vocaleis perperam pronunciamus. Idem etiam pronunciandis accentibus non ſeruata ſyllabarum quantitate fieri iudicamus, vt θρω in ἄνθρωπος corripere, & μο in σιμόεις producere videamur propter accentum.

ΕΥΧΗ ΚΥΡΙΑΚΗ.

Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen
Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομα
tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua
σου. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου,
ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidia-
ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιού-
num da nobis hodie. Et dimitte nobis
σιον δὸς ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ
debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito-
ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφει-
ribus noſtris. Et ne nos inducas in tentatio-
λέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν,
nem. Sed libera nos a malo. Amen.
ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

Salutatio angeli ad beatiſſ. Virginem.

Ἀσπασμὸς τοῦ ἀγγέλου πρὸς τὴν ἁγιωτάτην παρθένον.

Ave gratia plena Maria. Dominus tecum.
Χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία, ὁ κύριος μετὰ σοῦ.
Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus
εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν. καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς
ventris tui. quoniam Saluatorem peperiſti animarũ
τῆς κοιλίας σου. ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν
noſtrarum. ἡμῶν.

AD EANDEM ALIA.
ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΕΤΕΡΟΣ.

Salue regina, mater miſericordiæ. vita, dulcedo, &
Χαῖρε δέσποινα, μῆτερ ἐλέους. ζωὴ, γλυκύτης, καὶ
ſpes noſtra ſalue. ad te clamamus Euæ exules
ἐλπὶς ἡμῶν χαῖρε. πρὸς σὲ βοῶμεν οἱ τῆς Εὔας ἐξόριστοι
filii. ad te ſuſpiramus gementes & flentes
παῖδες. πρὸς σὲ ἀτενίζομεν στενάζοντες καὶ θρηνοῦντες

In hac lacrymarum valle. eia iam aduocata
ἐν τῇδε τῇ τοῦ κλαυθμῶνος κοιλάδι. ἄγε δὴ συνηγόρε
noſtra miſericordes tuos oculos ad nos con-
ἡμῶν, τοὺς εὐσπλάγχνους σου ὀφθαλμοὺς ἐφ' ἡμᾶς ἐπί-
uerte. & IESVM benedictum fructum
στρεψον. καὶ ΙΗΣΟΥΝ τὸν εὐλογημένον καρπὸν
ventris tui poſt exilium hoc nobis
τῆς κοιλίας σοῦ μετὰ τὴν ὑπερορίαν ταύτην, ἡμῖν
oſtende. o clemens. o pia o dulcis
ἀνάδειξον. ὦ ἐπιεικής. ὦ εὔσπλαγχνε. ὦ γλυκυτάτη
virgo Maria. παρθένε Μαρία.

Symbolum Apoſtolorum. Σύμβολον τῶν ἀποστόλων.

Credo in vnum Deum patrem omnipotentē, factorem
Πιστεύω εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν
cœli & terræ, viſibiliumq; omniū, & inuiſibilium. et
οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων, καὶ ἀοράτων, καὶ
in vnum dn̄m Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigeni-
εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονο-
tum, ex patre natum ante omnia
γενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων
ſecula. lumen de lumine. Deum verum de
τῶν αἰώνων. φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ
Deo vero. genitum, non factum, conſub-
θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοού-
ſtātialem patri, per quē omnia facta ſunt. qui ꝓpter
σιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸν δι'
nos homines & propter noſtram
ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν
ſalutem deſcendit de cœlis. & incarna-
σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθέν-
tus eſt de Spiritu ſancto & Maria Virgine,
τα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου,
& homo factus eſt. crucifixusque pro nobis
καὶ ἐνανθρωπήσαντα. σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν

ſub Pontio Pilato & paſſus & ſepultus eſt.
ἐπὶ ποντίου πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα.
& reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. &
καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ
aſcendit in cœlos, & ſedet a dextris
ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν
patris. Et iterum venturus eſt cum gloria
τοῦ πατρός. Καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης
iudicare viuos, & mortuos, cuius regni
κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας
non erit finis. & in ſpiritum ſanctum dominum
οὐκ ἔσαι τέλος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κύριον
viuificantem, qui ex patre & filio proce-
τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ὑιοῦ ἐκπο-
dit. Qui cum patre & filio ſimul
ρευόμενον. τὸ σὺν πατρὶ καὶ ὑιῷ συμπροσ-
adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per
κυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν
prophetas. in vnam ſanctam catholicam & apoſtoli-
προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολι-
cam eccleſiam, Confiteor vnum baptiſma in remiſ-
κὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφε-
ſionē peccatorū. expecto reſurrectionem mortuorū.
σιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν,
& vitam venturi ſeculi. καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.

Euangelium ſecundum Ioannem.
Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην.

In principio erat verbum, & verbū erat apud deum, &
Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. καὶ
deus erat verbū hoc erat in principio apud deū. oīa
θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. πάντα
per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, qđ
δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ

factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux
γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζοὴ ἦν, καὶ ζωὴ ἦν τὸ φῶς
hominum. & lux in tenebris lucet, & tene-
τῶν ἀνθρώπων. καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ
bræ eam non comprehenderunt. fuit. homo miſ-
σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλ-
ſus a Deo. nomen ei Ioannes. hic venit in
μένος παρὰ θεοῦ. ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης. οὗτος ἦλθεν εἰς
teſtimonium, vt teſtificaretur de lumine. non erat
μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. οὐκ ἦν
ille lux, ſed vt teſtificaretur de lumine.
ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.
Erat lux vera, quæ illuminat omnem homi-
ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρω-
nem venientem in hunc mundum. in mundo erat
πον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐν τῷ κόσμῳ ἦν,
& mundus per ipſum factus eſt. & mundus
καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος
eum nõ cognouit. In propria venit, & ſui eũ nõ rece
αὐτὸν οὐκ ἔγνω. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρ-
perunt. Quotquot autem receperũt eum, dedit eis
έλαβον. ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς
poteſtatem filios dei fieri, credentibus in nomi-
ἐξουσίαν, τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνο-
ne eius q̃ nõ ex ſanguinibus: neq; ex voluntate carnis
μα αὐτοῦ, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός,
neq; ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt.
οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν.
Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis,
καὶ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν,
& vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti
καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ δόξαν ὡς μονογενοῦς
a patre, plenum gratiæ & veritatis.
παρὰ πατρός, πλήρης χάριτος, καὶ ἀληθείας.

ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ ΤΟΥ ΠΥΤΑΓΟΡΟΥ.

Immortaleis primum deos lege, vt diſpoſiti ſunt,
Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς νόμῳ, ὡς διάκειντα,
Cole:& venerare iuſiurādū,deinde heroas illuſtreis.
Τίμα. καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.
Et terrenos venerare dæmones legitime ſacrificans.
Τούς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων.
Et parenteis honora,& proxime cognatos.
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἀγχίς' ἐκγεγαῶτας.
Sed ex aliis virtute fac amicum, qui optimus ſit.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον, ὅς τις ἄριστος,
Benignis aūt pare ſermonibus, operibuſq; vtilibus.
Πρᾳέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Neque odio habe amicum tuum peccati cauſa parui,
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς.
Quoad poſſis.poſſe enim propè neceſſitatē habitat.
Ὄφρα δύνῃ. δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Hæc quidem ſic ſcito. ſed dominari aſſueſce hiſce,
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι, κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε,
Ventri primum,& ſomno,luxuriæq;,
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα. καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Et iræ. facies autem rem turpem nunquam ne-
Καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρὸν ποτὲ μή-
que cum alio,
τε μετ' ἄλλου.
Neque ſeparatim. omnium autem maxime, pu-
Μή τ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστ' αἰ-
deat tui ipſius.
σχύνεο σαυτόν.
Tum iuſtitiam exerce,opereq;,verboq;.
Εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε.
Neque ſtulte teipſum habere in re vlla aſſueſce.
μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε.

Sed ſcito, moriendum eſſe fato omnibus.
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι,
Pecunias autem aliquando poſſidere ama, aliquan-
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλ-
do perdere.
λοτ' ὀλέσθαι.
quotq; diuinis fortunis mortales dolores habent,
Ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
horum quancunque partem habeas, æquo animo
ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε,
fer, neque ægreferas.
μηδ' ἀγανάκτει.
curare autem decet quoad poſſis. ſic autem cõſidera.
ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ. ὧδε δὲ φράζευ,
non valde bonis, iſtorum multum fortuna præbet,
οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
multi autem hominibus ſermones, maliq́ue & boni
πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε, καὶ ἐσθλοὶ
accidunt, quibus neq; obſtupeſce, neq; ſane pmittas
προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς.
implicari teipſum. mendacium autẽ ſiquod dicatur,
εἴργεσθαι σαυτόν. ψεῦδος δ' ἤνπερ τι λέγηται,
æquo animo fera. Quod autem tibi dicam omni
πρᾴως ἴσχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παν-
in re perficiatur.
τὶ τελείσθω.
nullus neque verbo te decipiat, neque re.
μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ.
fac neque dic, quod tibi non melius eſt.
πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ,τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
conſule autem ante opus, ne ſtulta ſint.
βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
timidi, facereq;, dicereq; ſtulta proprium viri,
δειλοῦ τοι πρήσσειν τε, λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.

ſed ea perfice, quæ te non poſtea dolore afficiant,
ἀλλὰ τὰ δ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
fac nihil eorum, quæ non ſcis, ſed docere
πρῆσσε δὲ μηδὲν, τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκου
quæcunque neceſſe eſt, & delectabiliſſimam vi-
ὅσσα χρεών· καὶ τερπνότατον βί-
tam ſic perages.
ον ὧδε διάξεις.
neque ſanitatis circa corpus negligentiam habere
οὐ δ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν
oportet. χρή.
Sed potusq; menſuram, & cibi, exercitorumq;
ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον, καὶ σίτου, γυμνασίων τε
fac. menſuram autem dico eam, quæ te do-
ποιεῖσθαι. μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ'
lore non afficiat.
ἀνιήσῃ.
aſſueſce autem viuendi modum habere purũ, firmũ.
εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.
Et caue ea facere, quæ inuidiam habeant,
καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Ne expende præter tempus, tanquã bonorũ neſcius.
Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων.
Neq; illiberalis ſis. menſura oĩbus in rebus optima.
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι. μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
fac autem ea, quæ te non lædant. conſidera autem
πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ
ante opus.
πρὸ ἔργου.
neque ſomnum mollibus in oculis ſuſcipe,
μὴ δ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
ante, quam diurnorum operum ter vnumquodq;
πρὶν, τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον
percurras. ἐπελθεῖν.

quo tranſgreſſus ſum? Quid feci? quod mihi decens
πῆ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον
non perfectum eſt?
οὐκ ἐτελέσθη,
incipiens a primo percurre & quæ poſtea.
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι καὶ μετέπειτα.
mala quidem operatus dole, bona vero lætare,
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλίσσεο, χρηστὰ δὲ, τέρπου.
hæc labora. hæc meditare. hæc oportet
ταῦτα πόνει. ταῦτ' ἐκμελέτα. τούτων χρὴ
cupere te, ἐρᾶν σε.
Hæc te diuinæ virtutis ad veſtigia ponent.
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
næ per noſtræ animæ dantem quaternionem
ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
fontem perennis naturæ. ſed. vade ad opus
παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
deos precatus vt perficiant. his autem impetratis,
θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας,
cognoſces immortaliũq; deorũ, mortaliũq; hominum
γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
conſiſtentiam, vt ſingula prætereunt, vtque tenentur.
σύστασιν. ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται ᾗ τε κρατεῖται.
cognoſces autem quatenus fas eſt naturam
γνώσῃ δ' ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν
in omni ſimilem,
περὶ παντὸς, ὁμοίην,
vt neque inſperanda ſperes, neque te quid lateat,
ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
cognoſces autem homines ſpontanea detrimen-
γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ'
ta habenteis.
ἔχοντας.
miſeri, qui bona prope cum ſint, non vident,
τλήμονες ὅτι ἀγαθῶν πέλας ὄντων, οὐκ ἐσορῶσιν,

neque audiunt. ſolutionem autem malorum
ουτε κλύουσιν. λύσιν δὲ κακῶν
pauci norunt.
παῦροι συνίσασι.
talis fortuna mortalium lædit menteis. hi
τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας. οἱ
ſed cylindris
δὲ κυλίνδροις
ex aliis in alia feruntur, infinita nocumenta habētes.
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
moleſta enim comes lis nocens latet,
λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε,
inſita. quam non oportet te adducere, ſed
σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ
cedendo fugere.
φεύγειν.
Iuppiter pater, vel a multis malis quieſcas omneis,
Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν τε κακῶν παύσειας ἅπαντας,
vel omnibus oſtendas, qua ſorte vtantur.
ἢ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
ſed tu confide quoniā diuinū genus eſt mortalibus.
ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν.
quibus ſacra afferens natura oſtendit ſingula.
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
quorum ſiquid tibi curæ eſt, vinces quæ te iubeo,
ὧν εἴ σοι τί μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω
medicando, animam autē laboribus iſtis liberabis.
ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
ſed abſtine ciborũ, quos dicimus inq; purgationibus.
ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔντε καθαρμοῖς,
inq; liberatione animi diiudica, & cōſydera ſingula,
ἔντε λύσει ψυχῆς κρίνων καὶ φράζευ ἕκαστα,
aurigam iudicium conſtituens deſuper optimum.
ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.

cum autem relicto corpore, ad æthera liberū iueris,
ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα, ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
eris immortalis deus, incorruptibilis,
ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος,
non amplius mortalis.
οὐκέτι θνητός.

Finis aureorum carminum Pythagoræ.

Τέλος τῶν χρυσῶν ἐπῶν τοῦ Πυθαγόρου.

VERSVS IN PHOCYLIDEM.

ΣΤΙΧΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΩΚΥΛΙΔΗΝ.

Phocylides decentem viuens vitam,
Ὁ Φωκυλίδης εὐπρεπῆ ζήσας βίον,
Vt Chriſti diſcipulus, vt apoſtolus magnus,
ὡς Χριστομύστης, ὡς ἀπόστολος μέγας,
Vt auditor Dei vaticiniorum,
ὡς ἀκροατὴς, τῶν Θεοῦ θεσπισμάτων.
Et Antiſtes optimorum operum,
καὶ μυσταγωγὸς τῶν ἀρίστων πρακτέων,
Euangelice hæc dicit, & ſcribit,
εὐαγγελικῶς ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει,
vtilia exiſtentia iis, qui in vita.
ἐγκρήστα τυγχάνοντα τοῖς, ἐν τῷ βίῳ.

IN EVNDEM ALII.
ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΤΕΡΟΙ.

Hæc iuſtitiis ſanctis Dei conſilia declarat
Ταῦτα δίκης ὁσίησι Θεοῦ βουλεύματα φαίνει
Phocylides virorum ſapientiſſimus, diuina dona.
Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος, ὄλβια δῶρα.

PHOCY-

PHOCYLIDIS POEMA ADMONITORIVM.

Φωκυλίδου ποίημα νουθετικόν.

Neque nuptias furare, neq; maſculam venerem excita.
Μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ᾽ ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν.
neque fraudes ſue, neque ſanguine manum pollue,
μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ᾽ αἵματι χεῖρα μιαίνειν.
ne ditare iniuſte, ſed ex iuſtis viue.
μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ᾽ ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Contentus ſis præſentibus, & alienorum abſtine.
ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Mendacia ne dicas, ſed vera omnia loquere.
ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ᾽ ἐτήτυμα πάντ᾽ ἀγορεύειν.
Primum Deum cole, deinde autem tuos parenteis.
πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Omnibus iuſta tribue, neque iudiciũ in gratiã trahe.
πᾶσι δίκαια νέμειν, μήδε κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
neq; repellas paupertatem, iniuſte ne iudices pſonã.
μὴ ῥίψῃς πενίην, ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον.
Si tu male iudicaueris, te deus poſtea iudicabit.
ἂν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει.
Teſtimonium falſum fuge, iuſta loquere.
μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαι᾽ ἀγορεύειν.
Virginitatem cuſtodi. fidem vero in omnibus ſerua.
παρθενίην τηρεῖν. πίστιν δ᾽ ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
menſuras tribue iuſtas. bona autem menſura in omnibus.
μέτρα νέμειν τὰ δίκαια, καλὸν δ᾽ ἐπὶ μέτρον ἅπασι.
Bilancem ne feri alteriiugem, ſed æquam trahe.
σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ᾽ ἴσον ἕλκειν.

Neque peieres, neque inſcienter, neque ſponte.
μήτ᾽ ἐπιορκήσῃς, μήτ᾽ ἀγνώς, μήτε ἑκοντί.
Peieratorē odit deus īmortalis, quicunq; iurauerit.
ψεύδορκον ςυγέει θεὸς ἄβροτος, ὅςις ὀμόσσῃ.
Semina ne furare. execrandus quicunque ſumit.
σπέρματα μὴ κλέπτειν. ἐπαράσιμος ὅςις ἄρηται.
mercedem laboranti da. ne preme pauperem.
μισθὸν μοχθήσαντι δίδου. μὴ θλῖβε πένητα.
linguæ mentem adhibe. cælandum verbum in
γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν. κρυπτὸν λόγον ἐν
mentibus tene.
φρεσὶν ἴσχειν.
neq; iniuſtũ facere velis, neq; iniuſtitiã facere ſinas.
μήτ᾽ ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ᾽ οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
mendico ſtatim da, neque cras veni dicas.
πτωχῷ δ᾽ εὐθὺς δίδου, μηδ᾽ αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
implens tuã manũ, miſericordiam indigenti præbe.
πληρώσας σέο χεῖρ᾽, ἔλεον χρήζοντι παράσχου.
Peregrinum in domum ſuſcipe, & cæcum duc.
ἄςεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
Naufragos miſerare, quoniã nauigatio eſt incerta.
ναυηγοὺς οἴκτειρον, ἐπεὶ πλόος ἐςὶν ἄδηλος.
manum lapſo da, ſalua vero permiſerum virum.
χεῖρα πεσόντι δίδου, σῶσον δ᾽ ἀπερίςατον ἄνδρα.
Cões paſſiones oĩum, vita, trochus, ĩſtabiles diuitiæ.
κοινὰ πάθη πάντων, ὁ βίος, τροχὸς, ἄςατος ὄλβος.
Diuitias habens, tuam manum egenis porrige.
πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
quæ tibi dedit Deus, ex iis indigentibus præbe.
ὧν σοι ἔδωκε θεὸς, τούτων χρήζουσι παράσχου.
ſit communis vniuerſis victus, & concordia omnia.
ἔςω κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα.
enſem accingito nõ ad cædem, ſed ad defenſionem.
τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ᾽ ἐς ἄμυναν.

vtinam autem ne egeas neque iuſte, neque iniuſte.
εἴθε δὲ μὴ χρήζοις μήτ᾽ ἔννομα, μήτε ἀδίκως,
ſi enim occidas inimicum, tuam manum polluis.
ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
agri vicinantis abſtine, neque tranſgrediaris,
ἀγροῦ γειτονεύοντος ἀπόσχεο, μηδ᾽ ἄρ᾽ ὑπερβῇς.
oīum modus optimus, prætergreſſiones vero malæ.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ᾽ ἀλεγειναί.
neque vllum creſcentem fructum lædas arui.
μηδέ τιν᾽ αὐξόμενον καρπὸν λωβήσῃ ἀρούρης.
ſint æqui honori aduenæ inter ciues.
ἔστωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολίταις.
omnes enim paupertatem experimur multiuagam.
πάντες γὰρ πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου.
regio vero nullum firmum habet ſolum hoībus.
χώρης δ᾽ οὔτι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισιν.
Auaritia mater malitiæ vniuerſæ.
ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
Aurum ſemper dolus eſt, & argentum hominibus.
χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ, καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισιν.
o aurum malorũ princeps viriperda, oīa minuens.
χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων.
Vtinam nô mortalibus eſſes nocumẽtum amabile.
εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
tua enim cauſa pugnæq; prædæq;, cædesque,
σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε.
inimici vero filii parentibus, fratresq; germanis.
ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
ne alterum cæles corde intellectum, alia dicens.
μηδ᾽ ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ᾽ ἀγορεύων.
neq; ſicut ſaxatilis polypus ſecundum locũ muteris.
μηδ᾽ ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶραν ἀμείβου.
qui ſponte iniurius eſt malus vir, ſed ex neceſſitate.
ὅς τις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνὴρ, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἀνάγκης.

non dicam finem, conſilium autem dirige cuiuſque.
ὀυκ ἐρέω τὸ τέλος, βουλὴν δ' εὔθυνε ἑκάστου.
ne ſuperbi ſapientia, neque robore, neq; in diuitiis.
μὴ γαυροῦ σοφίᾳ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.
vnus Deus eſt ſapiens, fortis ſimul, & prædiues.
εἷς θεός ἐστι σοφός, δυνατός ἅμα, καὶ πολύολβος.
neque præteritis malis conſume tuum cor:
μήδε παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ,
non amplius enim poteſt factum eſſe infectum.
ὀυκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
ne ſis præceps ad manum. fræna vero feram iram.
μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα. χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν.
ſæpe enim percutiens, inuitus necem perfeciſti.
πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσας.
ſint communes paſſiones. nihil magnum, neque
ἔστω κοινὰ πάθη, μηδὲν μέγα, μήδ'
ſuperbum
ὑπέροπλον
non bonum, abundans eſt mortalibus vtilitas.
ὀυκ ἀγαθὸν, πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
multæ enim delitiæ ad ĩmoderatos trahunt amores.
ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ, πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας.
ſuperbificant vero multæ diuitiæ, & ad iniuriam
ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν
augent.
ἀέξει.
furor ſubiens inſaniam exitialem parat.
θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει,
ira vero eſt appetitus, ſupergrediens autẽ iracũdia.
ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις, ὑπερδαίνουσα δὲ μῆνις.
æmulatio bonorum bona, malorum vero mala.
ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δ' ὑπεργός.
audacia malorum pernitioſa. multum vero auget
τόλμα κακῶν ὀλοή. μέγ' ὀφέλλει δ'

bona laboranteis.
ἐσθλὰ πονεῦντας.
honeſtus amor virtutis,ſed Veneris dedecus auget.
σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, ὁ δὲ κύπριδ☉ αἶσχ☉ ὀφέλλει.
iucundus,mitis vocatur inter ciueis.
ἡδύς, ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις,
menſura comede,& bibe,& fabulare.
μέτρῳ μὲν φαγέειν,καὶ πιεῖν,καὶ μυθολογεύειν.
omnium menſura optima. exceſſus autem malus.
πάντων μέτρον ἄριστον. ὑπερβασίη δ' ἀλεεινή.
ne inuideas bona ſociis,ne notam inuſſeris.
μὴ φθονέοις ἀγαθῶν ἑταίροις,μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
non inuidi cœleſtes & inter ſe ſunt.
ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
non inuidet luna multo melioribus ſolis radiis.
οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρέσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς,
non terra cœleſtibus ſublimitatibus inferius exiſtés,
οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι νέρθεν ἐοῦσα.
non flumina æquoribus. ſemper autem concordiam habent.
οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν. ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
ſi enim diſcordia beatis eſſet, non ſtaret cœlum.
εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλ☉ ἔστι.
temperantiam exerce.turpibus operibus abſtine.
σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν,αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
imitare malitiam.iuſtitia vero deleto vindictam.
μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν.
Perſuaſio enim vtilitatem, lis vero litem regenerat.
Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
ne crede citiſſime,ante quam vere fidem videas.
μὴ πίστευε τάχιστα. πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
vincere bene operanteis in pluribus decet.
νικᾶν εὖ ἔρδοντας ἔοικε πλεόνεσσι καθήκει.

bonum hoſpitare potius frugalibus menſis,
καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιτοῖσι τραπέζαις,
quam plurimis, doloſis, morantibus præter tempus.
ἢ πλείστοις, δολίοισι, βραδυνούσαις παρὰ καιρὸν,
nunquam fœnerator amarus fias viro pauperi.
μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
neq; quiſquam aueis nidi ſimul omneis accipiat.
μὴ δέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω.
matrem vero relinquas, vt habeas rurſus ipſi⁹ pullos,
μητέρα δ' ἐκπρολίπῃς, ἵν' ἔχῃς πάλιν τῆσδε νεοττούς.
nunquam iudicare imperitos viros ſinas.
μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.
ſapientiam ſapiens dirigit, artes vero coartifex.
τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος.
non capit magnam doctrinam indoctus audiendi,
οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν,
non enim ſane intelligunt nunquam bona edocti,
οὐ γὰρ δὴ νοέουσ' οἱ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.
neque menſipetas aſſentatores fac ſocios.
μήδε τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
multi enim potus & cibi ſunt ſodales,
πολλοὶ γὰρ πόσιος, καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι.
tempus captantes, vt ſatiari poſſint,
καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν.
dolentes vero paucis, & multis omnes inexpleti.
ἀχθόμενοι δ' ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς πάντες ἄπληστοι.
populo ne crede. multimoda eſt turba.
λαῷ μὴ πίστευε, πολύτροπος ἐστιν ὅμιλος.
populus, & aqua, & ignis, irretentilia omnia.
λαὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
neq; fruſtra apud ignem ſedēs diminuas carum cor.
μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ.
menſuram vero fac deis, nam menſura eſt optima.
μέτρα δὲ τεῦχε θεοῖσι. τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.

terram impertire inſepultis mortuis.
γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχεύτοις νεκύεσσι.
ne tumulũ mortuorũ refodias, neq; non videnda
μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μήδ' ἀθέατα
oſtendas ſoli, & dæmoniacam iram excites.
δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
non bonum compagem reſoluere hominis.
οὐ καλὸν, ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
& celeriter autẽ ex terra ſperamus in lucem venire
καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν, ἐς φάος ἐλθεῖν.
reliquię defunctorum poſtea vero dei ſunt.
λείψαν' ἀποιχομένων ὀπίσω δ' θεοὶ τελέθονται.
animi enim manent incorruptibiles in mortuis.
ψυχαὶ γὰρ μίμνουσι ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
ſpiritus enim eſt dei, vſus mortalibus & imago.
πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ, χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.
corpus enim ex terra habemus. & omnes ad ipſam
σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν. καὶ πάντες ἐν αὐτὴν
ſoluti puluis ſumus. aer vero iterum ſpiritũ recipit.
λυομένοι, κόνις ἐσμέν. ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.
diuitiis ne parcas. memento quod mortalis es.
πλούτου μὴ φείδου, μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις.
non licet apud Plutonem diuitias habere, & pecu-
οὐκ ἐν ἐς ᾅδην ὄλβον ἔχειν, καὶ χρή-
nias ferre.
ματ' ἄγεσθαι.
oẽs æquales mortui, animis vero deus dominatur.
πάντες ἴσοι νέκυες, ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει.
communia tecta domorum, æterna, & patria
κοινὰ μέλαθρα δόμων, αἰώνια, καὶ πατρὶς
infernus
ᾅδης
communis locus oĩbus, pauperibusque, & regibus.
ξυνὸς χῶρος ἅπασι. πένησί τε, καὶ βασιλεῦσιν.

non multum homines viuimus tēpus, ſed ad tēpus.
οὐ πολὺ ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' ἐπὶ καιρόν,
animus vero īmortalis & inſeneſcibilis viuit ſemp.
ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.
neque malis doleas, neque exultes gaudio.
μήτι κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ.
ſæpe in vita & ſperantibus infidum.
πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαῤῥαλέοισιν ἄπιστον.
tempori ſerui. ne contra ſta ventis.
καιρῷ λατρεύειν. μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
nocumentum & dolentibus, mali ſolutio venit cito.
πῆμα καὶ ἀχθομένοισι, κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.
ne magniloquentia rabiens, mente debaccheris.
μὴ μεγαληγορίῃ τρυφῶν, φρένα λυσσωθείης.
beneloquentiam exerce, quæ valde omnes iuuabit.
εὐεπίην ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει.
telum ſane ſermo viro incidentius eſt ferro.
ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.
arma cuique tribuit deus. naturam aeripetam.
ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεός. φύσιν ἠεροφοίτον.
auibus quidē multā velocitatem, roburq; leonibus.
ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ' ἀλκήν τε λέουσι.
tauris vero per ſe fuſis cornibus, aculeos apibus
ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράτεσσι, κέντρα μελίσσαις
innatum adiutorium dedit. ratio vero propugnacu-
ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε. λόγος δ' ἔρυ-
lum hominibus.
μ' ἀνθρώποισι.
ſed diuinę ſapientiæ ratio eſt optima.
τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
melior forti eſt ſapiens vir.
βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
agros & vrbes ſapientia, & nauem gubernat.
ἀγροὺς καὶ πόλιας σοφίη, καὶ νῆα κυβερνᾷ.

non iuſtum cælare iniuſtum virum impunitum.
οὐχ' ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἄτιτον.
ſed oportet maleficum auerſari neceſſario.
ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτροπάασθαι ἀνάγκῃ.
ſæpe commoriuntur malis coaſſiſtentes.
πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.
furum ne accipias furtiuum virorum depoſitum.
φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην.
vtrique fures & receptor & furator.
ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.
portionem oībus tribue, æqualitas in oībus optima.
μοῖραν πᾶσι νέμειν, ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη.
incipiens parce omnibus, ne poſtremum indigeas.
ἀρχόμενος φείδου πάντων. μή τέρμ' ἐπιδεύῃς.
ne iumenti mortalis cibum ſecundū menſurā ſume.
μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ, μέτρον ἕλῃαι.
iumentum vero ſi inimici ceciderit in via, colleua.
κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον.
errantemq; hominē, & mariuagum neque deuites.
πλαζόμενόν τε βροτὸν, καὶ ἁλίτροπον μήδ' ὑπαλύξῃς.
melius pro inimico adipiſci amicum beneuolum.
βέλτερον, ἀντ' ἐχθροῦ τυχέειν φίλου εὐμενέοντος.
incipiens malum abſcinde vulnusq; ſana.
ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ' ἀκέσασθαι.
neque feriuoram edas carnem, velocipedibus vero
μὴ δέ τι θηριοβόρον δαίσῃ κρέας, ἀργίποσιν δὲ
reliquias linque canibus. a feris feræ edantur.
λείψανα λεῖπε κυσί. θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδωνται.
venena ne ſtrue. magicorum librorum abſtine.
φάρμακα μὴ τεύχου. μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.
pueris tenellis ne corripias manum violenter.
νηπιάχοις ἁπαλοῖς μὴ μάρψῃ χεῖρα βιαίως.
fuge diſcordiam & litem, bello adueniente.
φεῦγε διχοστασίην καὶ ἔριν, πολέμου προσιόντος.

ne malo benefeceris. ſeminare æque eſt in mari.
μὴ κακὸν ἐυ ἔρξῃ, σπείρειν ἴσον ἐσ᾽ ἐνὶ πόντῳ.
operare laborans, vt ex propriis viuas.
ἐργάζευ μοχθῶν, ὥς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς.
omnis enim iners vir, viuit furtiuis a manibus.
πᾶς γὰρ ἀεργός ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν,
neque alterius ex epulo edas reliquias menſæ,
μήδ᾽ ἄλλου παρὰ δαιτός ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης,
ſed ex domeſticis victibus comedas incon-
ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν οἰκείων βιοτῶν φάγοις ἀνύ-
tumelioſus.
βριςος.
ſi vero quis non didicit artem, fodiat ligone.
εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ.
eſt vitæ omne opus, cum laborare velis.
ἐςι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλησθα.
nauta ſi nauigare velis, latum mare.
ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις, ἐυρεῖα θάλασσα.
ſi vero terræ laborem gubernare, longa ſane
εἰ δὲ γεωπονίην μεθέπειν μακραὶ τοι
arua.
ἄρουραι.
nullum ſine labore eſt mortalibus facile opus.
οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον.
neque ipſis beatis. labor autem virtutem val-
οὐτ᾽ αὐτοῖς μακάρεσσι. πόνος δ᾽ ἀρετὴν μέγ᾽
de auget.
ὀφέλλει.
formicæ terræ reconditas relinquentes domos
μύρμηκες γαίης μυχάτους προλελοιπότες οἴκους
veniunt victus egentes, quando rura
ἔρχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁπότ᾽ ἄρουραι
frugibus tonſa fructuum implent areas.
λήϊα κειρομέναι, καρπῶν πλήθουσιν ἀλωάς.

ipſæ autem tritici nuper tritum̄ onus habent,
οἳ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεότριβες ἄχθος ἔχουσιν,
aut hordeorū,ſemper vero ferens ferentem ſectatur.
ἢ κριθῶν, αἰεὶ δὲ φέρων φερέοντα διώκει.
ex eſtate ad hyemem cibum ſuum auferentes
ἐκ θέρεος ποτὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες
infatigabilem. genus autem paruum eſt multum
ἄτρεκτον. φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει
laborans.
πολύμοχθον.

laborat autem aeriuada, optimilaborq; apis,
κάμνει δ' ἠερόφοιτος, ἀριστοπόνος τε μέλισσα,
aut petræ curuæ per cauernam, vel calamis,
ἢ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν, ἢ δονάκεσσιν,
aut quercus antiquæ ſuper concauo intra
ἠὲ δρυὸς ἀγυγίης κατὰ κοιλάδος ἔνδοθι
aluearia.
σίμβλων.

examinibus infinitatem per flores ceridomificans.
σμήνεσι μυριότητα κατ' ἄνθεα κηροδομοῦσα.
ne maneas cœlebs, ne ignominis pereas.
μὴ μένῃς ἄγαμος, μήπως νώνυμος ὄληαι.
da aliquid naturæ & ipſe. gigne vero rurſus, ſicut
δόσι φύσει κ' αὐτός. τέκε δ' ἔμπαλιν. ὡς
genitus es.
ἐλοχεύθης.

ne lenocineris vxorem, tuos filios polluens.
μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον, σέο τέκνα μιαίνων.
non enim pariunt filios ſimiles mœchica cubilia.
οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.
nouercam ne tange ſecunda cubilia patris.
μητρυιῆς μὴ ψαύσῃς, δεύτερα λέκτρα γονῆος.
matrem vero ſicut honora matris veſtigia va-
μητέρα δ' ὡς τίμα, τὴν μητέρος ἴχνια βαί-

dentem.
σαι.
ne ſororis in abhorrendum veni cubile.
μὴ δὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνήν.
neque in pellicaribus patris cubilibus mi-
μὴ δ' ἐπὶ παλλακοῖσι. πατρὸς λεχέεσσι μι-
ſcearis.
γέης.
neque mulier corrumpat infantem fœtum intra
μὴ δὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδο-
ventrem.
θι γαστρός.
neque cum peperit canibus iaciat & vulturibus di-
μὴ δὲ τεκοῦσα κυσὶ ῥίψῃ καὶ γυψὶν
laniationes.
ἕλωρα.
neque quis ſuæ vxori prægnanti manum iniiciat.
μὴ δὲ τὶς ἧ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάλητω.
neque rurſus proligenam vnquam ſeca maſcu-
μὴ δ' ἂν παιδόγονον ποτὲ τέμνειν ἄρσε-
lum puerum.
να κοῦρον.
neque brutis animalibus initorium ad cubile
μὴ δ' ἀλόγοις ζώοις βατήριον ἐς λέχον
veni.
ἐλθεῖν.
neque iniuria afficias mulierem erubeſcendis cu-
μὴ δ' ὕβριζε γυναῖκα ἐπ' αἰσχυντοῖς λε-
bilibus.
χέεσσι.
neque tranſgrediare cubilia naturæ in venerem
μὴ παραβῇς εὐνὰς φύσεως ἐς κύπριν
ex legem.
ἄθεσμον.

neque ipſis feris maſculus complacuit ad
οὐδ' αὐτοῖς θήρεσσ' ἄρσην συνέβαδεν ἐς
coitum.
εὐνήν.
neque fœminæ cubile virorum imitentur.
μὴ δέ τι θηλύτεραι λέχος ἀνδρῶν μιμήσαιντο.
neque in amorem mulierum omnis ruas incon
μὴ δ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἅπας ῥεύσῃς, ἀκάθ
tinentem.
εκτον.
non enim amor deus eſt. paſſio vero obſcura
οὐ γὰρ ἔρως θεός ἐστι. πάθος δ' ἀΐδηλον
omnium.
ἁπάντων.
neque autem fratrum vxorum ad ſtrata accede.
μὴ δὲ κασιγνήτων ἀλόχων ἐπὶ δέμνια βαίνειν.
ama tuam vxorem. quid enim iucundius &
στέργε τεὴν ἄλοχον. τί γὰρ ἡδύτερον καὶ
melius,
ἄρειον,
quam cum viro mulier ſapit chara ſenectam vſque,
ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γῆρας ἄχρι,
& maritus ſuæ vxori neque cadat in medio
καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ, μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα
diſcordia.
νεῖκος.
neque autem quis indeſponſatim per vim puel-
μὴ δέ τις ἀμνήστευτα βίῃ κούρῃ
lis permiſceatur.
σι μιγείη.
neque vxorem malam tuis domibus inducas.
μὴ δὲ γυναῖκα κακὴν σοῖσιν οἴκοισιν ἄγεσθαι.
ſeruis vero vxori, malæ gratia cauſa dotis.
λατρεύεις δ' ἀλόχῳ, λυγρῆς χάριν εἵνεκα φερνῆς.

equos generoſos inquirere quidem in domum,
ἵππους δ᾽ εὐγενέας δίζεσθαι μὲν κατὰ οἶκον,
taurosq; alticeruices, ſed catulos perferos,
ταύρους δ᾽ ὑψιτένοντας, ἀτὰρ σκυλάκων πανυπρίους,
ducere vxorem vero non bonam contemnimus,
γῆμαι δ᾽ οὐκ ἀγαθὴν ἐριδαίνομεν,
deſipientes?
ἀφρονέοντες,
neque mulier malum virum renuit, ſi diues ſit.
οὐδὲ γυνὴ κακὸν ἄνδρ᾽ ἀπαναίνεται ἄφνειον ὄντα.
neque nuptijs nuptias alias ducas in nocumento
μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς ἐπὶ πήματι
nocumentum.
πῆμα.
filijs ne difficilis ſis tuis, ſed mitis eſto.
παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ᾽ ἤπιος ἴσθι.
ſi vero quid puer peccet, prohibeat filium mater,
ἢν δέ τι παῖς ἀλίτῃ, κωλυέτω υἱέα μήτηρ,
vel valde ſenes generis aut populi ſeniores.
ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες.
ne in maſculo filio nutri cincinni gratia capillum,
μὴ μὲν ἐπ᾽ ἄρσενι παιδὶ τρέφειν πλοκαμίδος χαίτην.
ne verticem plices, neque vittas tortuoſas
μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μήθ᾽ ἅμματα λοξὰ
corymborum.
κορύμβων.
maſculos non decet coma. delitiæ vero mulieribus.
ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη. χλιδαὶ δὲ γυναιξί.
pueri autem pulchri cuſtodi iuuenilem horam.
παιδὸς δ᾽ εὐμόρφου φρουρεῖν νεοτήσιον ὥρην.
multi enim inſaniũt ad maſculam miſtionẽ amoris.
πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μίξιν ἔρωτος.
virginem autem cuſtodi multiclauibus thalamis.
παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι.

neque ipſam vſque ad nuptias ante ædeis conſpici-
μηδέμιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆ-
ſinas.
ναι ἑάσῃς.
pulchritudo difficilis cuſtoditu eſt liberorum pa-
κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων το-
rentibus.
κέεσσι.
Cognatis amorem tribuas ſanctamq; concordiam.
συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, ὁσίην θ' ὁμόνοιαν.
venerare canos temporibus, cede vero ſenibus
αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
ſede, & honoribus omnibusı. ætati vero ſimilem,
ἕδρης, καὶ γεράων πάντων. γενεῇ δ' ἀτάλαντον
ſenem æqualem patris æquis honoribus venerare.
πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖς γέραιρε.
ventris debitam portionem præbe ſeruis.
γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι.
ſeruo ordinata tribuas, vt tibi ſecūdum animum ſit.
δούλῳ τακτὰ νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος εἴη.
ſigna ne ſcribas improperans ſeruum.
στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.
ſeruum ne lædas quid male dicens ad dominum.
δοῦλον μὴ βλάψῃς τι κακηγορέων πρὸς ἄνακτα.
accipe & conſilium a ſeruo bene ſapiente.
λάμβανε καὶ βουλὴν παρ' οἰκέτου εὐφρονέοντος.
caſtitates animæ tuæ corporis ſunt purgationes.
ἁγνεῖαι ψυχῆς σου σώματός εἰσι καθαρμοί.
hæc iuſtitiæ myſteria magna degentes
ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια, οἷα βιεῦντες,
vitam perficite bonam vſque ad ſenectutis limen.
ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδῷ.
Finis Phocylidis Carminum. & deo gratia.
Τέλος τῶν τοῦ Φωκυλίδου ἐπῶν. καὶ θεῷ δόξα.

Regiſtrum.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
Aa Bb Cc Dd Ee Ff AB.

Omnes ſunt quaterniones.



Venetiis, apud Ioannem Variſcum, & ſocios.
M D. L X V I I.

DE OCTO
PARTIVM ORA-
TIONIS CONSTRV-
CTIONE LI-
BELLVS;

AVTHORE LILIO ANGLO.



Venetiis,apud Ioannem Variſcum,& ſocios.
M D LXVII.

DE CONSTRVCTIONE OCTO PARTIVM ORATIONIS, LIBELLVS.

Nominatiuus ante verbum.

OMne verbum antecedit nominatiuus agentis ſeu patientis eiuſdem numeri & perſonæ: vt, Ego doleo. Tu gaudes. Illi rident. Nos fallimur.

Appendix I.

Prima & ſecunda perſona ferè non explicantur, niſi Diſcretionis aut Emphaſis cauſa: vt, diſcretio
Nos accuſauimus. Vos damnaſtis. Tu audes iſta loqui? empha-
ſis.

Appendix II.

Aliquoties orationis pars nominatiui vice ponitur: vt, Dolet mihi, quod res non ceſſerint tibi ex ſententia.

Item verbum infinitum: vt, Mentiri non eſt meum. Velle ſuum cuique eſt.

Appendix III.

Cum plures nominatiui ad idem verbum referuntur, ad hunc fere modum efferuntur. Pater & præceptor accerſunt te. Ego & tu ſumus in tuto. Tu & pater eſtis in periculo. Ego cæteriq́ue cognati periclitamur. ſyllepſis.

Appendix IIII.

Quæ per ſe multitudinem ſignificant, aliquando numero diſcrepant: vt, Pars abiere.

Exceptio prima.

Excipies imperſonalia, quæ nullum ante ſe caſum habent. Tædet, pœnitet, viuitur, ſtatur.

Item tanquam imperſonalia, vt luceſcit, dieſcit, nocteſcit, veſperaſcit, diluxit, pluit, ningit, grandinat. Quæ exponuntur per verbum fit, & eſt.

Item hæc, Fieri poteſt, vt fallar. Fieri ſolet. Fere fit. Male ſit inuidis. Bene ſit tibi. Nam in bene habet, ſubauditur res.

Exceptio ſecunda.

Verba infiniti modi pro nominatiuo accuſatiuum habent: vt, Gaudeo patrem recte valere: id eſt, gaudeo quod pater recte valeat.

Vtrinque nominatiuus.

Quædam vtrinque nominandi caſum adſciſcunt: vt, Deus eſt ſummum bonum. Hic nummus videtur adulterinus. Ariſtoteles habetur doctiſſimus. Perpuſilli vocantur nani. Studes pronus, Dormis ſupinus, Incedis rectus.

Infinitum varians.

Infinitum quoque vtrinq; nominatiuum habet, accedentibus verbis optandi: vt, Petrus ſtudet videri diues. Malim eſſe diues, quam haberi.

At quoties accuſatiuus anteceſſit, & ſequatur neceſſe eſt: vt, Malim me diuitem eſſe, quam haberi.

Quædam variis modis efferuntur: vt, Non licet Athenis eſſe probos. Et, nō licet eſſe probis. Et, Tutúq; putauit Iam bonus eſſe ſocer. Non vacat eſſe ægrotum, Non vacat eſſe ægroto, Non vacat eſſe ægrotus. Quanquam poſtremum hoc rarius eſt.

Genitiuus poſt verbum.

Sum, genitiuum poſtulat, quoties ſignificat poſſeſſionem: vt, Hæc veſtis eſt patris. Aut ad aliquid pertinere: vt, Regum eſt tueri leges, Prudentis eſt multa diſſimulare. Non eſt noſtræ factionis. Non eſt mearum virium. Non eſt huius loci atq; temporis.

Ordo. 1

Appendix.

Item hæc duo imperſonalia, intereſt & refert: Non tam intereſt regis, quam totius reipublicæ. Refert omnium animaduerti in malos.

Exceptio.

Hos tamen ablatiuos poſtulant: Mea, Tua, Sua, No-

ſtra, Veſtra. Minus intereſt mea, quam tua. Noſtra nihil refert.

Quibus interdum adiungũtur & hi genitiui: Vnius, Ipſius, Solius. Et genitiui participiorum.
Non tua vnius refert, ſed noſtra omnium.
Tua ipſius refert. Tua ſolius intereſt.
Mea refert de vita periclitantis.

Appendix.

Adduntur & hi genitiui: Tanti, Quanti, Quanticunque, Tantidem. Nam cætera huiuſmodi adduntur per aduerbium. Magni tua refert.
Minus mea refert, quam tua. Maximopere refert.
Nihil intereſt. Plurimum refert.

Aeſtimandi.

Verba æſtimandi genitiuis gaudent: vt,
Parui ducitur probitas. Plurimi fit pecunia, Ordo. 2
Tanti eris aliis, quanti tibi fueris. Maximi penditur nobilitas. Nihili, vel pro nihilo penditur; Nihili, vel pro nihilo habentur literæ.
Nauci, Flocci, Pili, huius non facio.
Aſſis non facio. Teruncii non facio.

Singulare eſt illud, Aequi, boni que conſulo: id eſt, in bonam accipio partem.

Vendendi.

Vendo, Reuendo, Addico, Diſtraho, Diuendo, Venũdo, Veneo, Proſto, Aeſtimo, Indico, Inſcribo, Liceor, Licitor, Liceo, Loco, Conduco, Ordo 3.
Emo, Coëmo, Redimo,
Mercor, Commercor, Conſtat, Valet.

Hæc verba hos duntaxat genitiuos exigunt: Tanti, Quanti, Tantidem, Quãtiuis, Quantilibet, Quãticũque, Pluris, & minoris, ſi non addantur ſubſtantiua.
Nam cætera precii vocabula, vel in ablatiuo, vel per aduerbium apponuntur: vt, Minoris reuendes, quam emeris. Pluris conducis, quam emi poterat.
Quanticunque locabis, præſtiterat vendidiſſe.

Hodie boues pluris licebant,quam homines.
Miror tantas ædes tam paruo inſcriptas.
Paulo,Magno,Nimio,Plurimo,Vili, Duplo, Dimidio,reuendes. Aſſe emi. Tantidem tibi ſum traditurus.
Teruncio,ſeu vitioſa nuce non emerim.
Nihilo conſtat. Percare locauit equum.
Carius emitur oleum,quam vinum.
Cariſſime conſtat,quod precibus emptum eſt.
Gratis locat ædes. At magno paſcit.

Appendix.

Quin & quibuslibet verbis,pretii nomen aut aduerbium apponitur,ad hanc formam.
Magno pranſi ſumus,pluris cœnaturi.
Non minoris docet, quam talento.
Hic magno etiam tacet.
Nimio,Minimo,Paulo viuitur Londini.
Care bibit,ſed carius habitat.Nec ſalutat gratis.

Accuſandi.

Verba accuſandi,damnandi,abſoluendi,& conſimilia genitiuum adſciſcunt,qui crimen ſignificet: vt Acceriitus eſt capitis. Detulit fratrem læſæ maieſtatis. Ordo 4.
Poſtulatus eſt repetundarum,ſiue de repetundis.
Accuſauit male geſtæ rei,male obitæ legationis.
Egit cum nouerca iniuriarum.
Condemnatus eſt peculatus.Reum egit parricidii.
Damnauit inceſtus. Hic furti ſe alligat.
Criminatus eſt adulterii,cum plagii teneretur.
Arguit te mendacii. Reuicit periurii.
Incuſat negligentiæ. Appellatus eſt veneficii.
Inſimulas herum auaritiæ.Sugillas parſimoniȩ.
Notas libidinis,ſeu de libidine.
Infamas inſcitiæ. Traducis luxuriæ.
Suſpectum habes perfidiæ,ſiue de perfidia.
Taxas ambitionis. Calumniaris maleficii.
Admonuit me errati. Commonuit te promiſſi.

Commonefecit te debiti.

Singulare eſt, Expoſtulauit mecum de non miſſis ad ſe literis.

Appendix.

Si non fuerit proprium criminis nomen, apponitur ablatiuus, addita ferè præpoſitione,

Vtrum ambitus accuſas, an ſacrilegii, an vtroque, ſiue de vtroque? De plurimis ſimul accuſaris.

Miſeret, & cætera.

Miſeret, Miſereſcit me tui.

Piget te laboris. Multos vitæ tædet. Ordo. 5.

Non te pudet vanitatis? Noſtri noſmet pœnitet.

Hæc genitiuum habent cum accuſatiuo, niſi dicam*.

Puditum eſt conſilii.

Miſertum eſt virginis, Pertæſum eſt coniugii.

Appendix.

Sed imperſonalibus loco genitiui, poteſt addi verbum infinitum. Tædet me vitæ, Tædet me viuere.

Piget me militiæ, Piget militare.

Variantia quædam.

Hæc variam habent conſtructionem:

Miſereor tui, vel tibi. Ordo. 6.

Meminit tui, vel de te, ideſt, mentionem fecit.

Memini, pro recordor, plerunq; accuſatiuo iūgitur.

Obliuiſcor, recordor, Reminiſcor, Recolo tui, vel te.

Venit in mentem eius diei: id eſt, recordor. Vel,

Venit in mentem ille dies.

Potitus eſt rerum, id eſt, vicit. Et,

Potitus eſt ſceptro, id eſt, aſſecutus eſt.

Eget tui, uel te. Indiget auxilii, uel auxilio.

Significantia aliquid fieri in loco.

Omne verbum admittit genitiuum proprii nominis ſignificantem locum, in quo fit actio. Ordo. 7

Vixit Romæ. Studuit Oxoniæ. Natus eſt Londini.

Pro propriis vſurpantur hæc appellatiua.

Humi, Domi, Militiæ, Belli.
Iacet humi, Domi, belliq́ue ſimul viximus.
Domi meæ, noſtræ, tuæ, ſuæ, veſtræ, alienæ.
Nec alia admittit adiectiua. Nam domi paternæ, non recte dicitur, ſed in domo paterna.
Ruri in datiuo, ſiue Rure in ablatiuo, verbis eiſdem adiungitur. Ruri educatus eſt.

Exceptio.

Si tamen fuerint pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in ablatiuo ponuntur.
Nupſit Athenis. Militauit Carthagine.
Infrequens eſt his addere præpoſitionem. Cum eſſem in Mediolano, quæ ſemper additur nominibus locorum maiorum, & appellatiuis. Cum eſſem in Italia. Cum agerem in ſuburbano.

Datiuus poſt verbum.

Ordo. 1 Quoduis verbum acquiſitiue poſitum, exigit datiuum: vt,
Non omnibus oro.
Huic habeo, non tibi.
Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur.
Mihi peccat, ſi quid peccat.
Omnibus ſapit, ſibi vni non ſapit.

Acquiſitiua.

Ordo. 2 Præcipue tamen huius ordinis ſunt quæ commodũ, aut incommodum ſignificant. Do mutuo, ſeu mutuum.
Do commodato. Mutuo, Fœnero, Largior.
Confero tibi, & confero in te.
Præſtare, pro dare, & pro exhibere: vt, Præſtare fidem, Præſtare pacta.
Dono tibi hoc munus: &, Dono te hoc munere.
Impertiam tibi fortunas meas: &, Impertiam te fortunis meis. Aſperſit tibi labẽ: &, Aſperſit te labe.
Inſtrauit equo penulam: & inſtrauit equum penula.
Debet tibi vitam. Suam eruditionem tibi acceptã fert.
Satisfacio, ſoluo, reſoluo, reſcribo, renumero;

Numero,pro ſoluo,remetior,pendo;re pendo;
Refero.repono,pro reddo:reſpondeo,pro ſatisfacio.
Nunquam tuis meritis eſt reſponſurus.
Commodo pro proſum. Incommodo,pro noceo.
Non poteſt mihi nec commodare,nec incommodare.
Opitulor,proſum,auxilior,ſuppedito, pro ſubminiſtro,ſuggero.Succurro,Subuenio,Adminiculor, Patrocinor, Suffragor,Adſum,Faueo.
Bene volo. Bene cupio.
Medeor tibi: &, Medebor tuo dolori. Medicor te, vel tibi.
Conducit,Confert tibi,id eſt, vtile eſt. Conducit huic rei,ſiue conducit ad hanc rem.
Conſulo tibi: do conſilium. Conſule rebus tuis:id eſt, proſpice. Conſulis me:id eſt, conſilium a me petis.
Sibi canit.
Metuo,Timeo,Formido tibi i.ſum ſolicitus pro te.
Metuo te:id eſt,timeo,ne mihi noceas.
Coniungitur vterque caſus.
Omnia tibi timeo,quæ ſolent puſillis accidere.

Imperandi & nunciandi.

Ad hæc quæ imperandi &nunciandi ſignificationem habent. Iubeo te abire, iubeo tibi vt abeas. Impero,Præcipio, Præeo: vt,Iudicibus præire conatur. Ordo 3.
Præſcribere leges uictis.Dicta mihi iuſiurandum.
Edico tibi miles,Mando,Committo.
Delegauit mihi ſuam vicem. Indixit mihi bellum.
Deſigna,Conſtitue,Præſtitue,Condicito, Præfige mihi diem ac locum. Tempero tibi,& te, id eſt, rogo.
Moderatur animo,iræ:&,Moderatur principem.

Nunciandi.

Dico tibi. Scribo tibi,& ad te.
Loquor,Recenſeo,Narro. Expono, Explano, Explico, Aperio,Indico,Demonſtro,Commonſtro.
Refero,id eſt,narro.
Retulit ad Senatum,id eſt,propoſuit in ſenatu.

Obſequij,& repugnantiæ.

Ordo 4. Quæ ad obſequium ſiue repugnantiam pertinent.
Morigeror: morem gero. Obſequor, Obſecundo. Obſeruio.
Seruire tempori. Inſeruit ſuis commodis.
Subſeruio, Supparaſitor, Ancillor, Aſſentor, Adulor,
Palpor, Obedio, Milito, Pareo.
Auſculto tibi.i.obedio. Auſculto te, ideſt, audio.
Audiens dicto. Obtempero, Cedo, Concedo.
Conſentio tibi, ſiue tecum. Aſſentio, ſiue aſſentior tibi.
Diſſentio tibi, ſiue abs te.
Subſcribo tuo iudicio. Suffragor, Aſtipulor.
Accedo tibi, ſiue tuæ ſententiæ, ideſt approbo.
Hoc acceſſit meis malis, ſiue ad mea mala, ideſt, additum eſt.
Accedit huc, Accedit his, & Accedit ad hæc.
Conuenit mihi tecum. Cōſtat hoc nobis, ſiue inter nos.

Repugnantiæ.

Refragor, Obſto, Obſiſto, Obſtrepo, Reſiſto, Repugno, Reluctor, Reclamo, Officio, Occurro, Obuiam eo, Obuiam factus eſt mihi. Aduerſor,
Diſſideo tibi, ſiue tecum.
Contendo tibi, ſiue tecum.
Hoc abs te contendo, ideſt, vehementer peto.
Certat illi, ſiue cum illo.
Noli pugnare duobus, Græce magis quàm Latine dixit Catullus, pro cum duobus.

Relatiua.

Verba, quæ relationem & reſpectum habent ad
Ordo 5. aliquid:
Quæ huic eſt coniux, tibi nurus eſt.
Platoni corpus eſt vox.i.iuxta Platonis ſententiam.
Ariſtoteli ſpongiæ ſentiunt.

Relatiua per compoſitionem.

Huiuſmodi fermè ſunt compoſita cum his præpoſitio-

nibus,Prę,Ad,Cō,Sub,Ante,Poſt,ob,In,&Inter. Prę.
Ego meis præluxi maioribus,& præpollet omnibus.
Prænitet,Præeminet,Præſtat omnibus,ſiue omnes.
Præcellit omnibus,vel omnes.
Præbibit mihi. Præripuit illi.
Præeo,pro vinco,Præcedo,Pręcurro,Præuerto,
Præuenio,accuſatiuum exigunt.

Ad.

Admolitus eſt illi manum. Admoueo.
Accubuit,aſſedit mihi. Adiacet Aegypto.
Aduolutus eſt genibus. Affulſit mihi ſpes.
Arriſit matri. Acclamabant dicenti.
Appreſſit pectori codicem. Adegit gladium pectori.
Affigo,Adhæreo,Adhæreſcit.Adlubeſcit.

Con.

Conuixit nobis. Commigrauit huic viciniæ.
Commori tibi cupio,ſiue tecum.
Colludo tibi,vel tecum.

Sub.

Subiacent fortunæ.
Succedo,ſubijcio,Subeſt,Subolet patri.

Ante.

Anteſtat,Antepono,Antefero te omnibus.
Antecedit. Anteuertit, Antecellit omnibus, vel omnes.
Anteeo te,non tibi.

Poſt.

Poſthabeo,Poſtpono famam pecuniæ.

Ob.

Obgannit nobis,Occinit,Obturbat.
Oppono,Obiicio,Obmurmuro,Obloquor,Obſtrepo.

In.

Indormis ſaccis. Inuigilas chartis.
Immoraris,Immoreris,Inſudas ſtudiis.
Inſides ſaxo. Illudo tibi.
Inſulto, Inniteris arundini.

Nitor quoque ſimplex, Nititur ſuis viribus.
Imminet capiti. Impendet omnibus periculum.
Inceſſit mihi cupiditas. Ineſt illi, vel in illo.
Incidit mihi lis cum nebulone. Intermiſcet vera falſis.
Interſerit, Interiicit.
Interfuit conuiuio. Interuenit colloquio.

Contingentiæ.

Contigit mihi, Accidit, Euenit, Vſu venit, Obtigit.
Ceſſit, Succeſſit, Obuenit, Vertit, Cecidit.

Confidendi.

Fido, Confido, Credo, Fidem habeo, Fidem facio, Fidem do, Polliceor, Spondeo. Nubo.

Item hæc, Liquet, Vacat, Placet, Diſplicet, Dolet, Licet, Succenſeo, Indignor, Minor.

Datiui aduerbiales.

Appendix.

Adduntur & hi datiui aduerbiales.
Tempori ſurgendum. Veſperi venit.
Luci occidit hominem.
Verbis aliquoties datiuus feſtiuitatis.i.iucunditatis gratia adiungitur. Suo ſibi hunc iugulo gladio.

Gemini datiui.

Eſt pro habeo, Eſt tibi mater.
Non eſt tibi quod agas.
Et, Intercedit mihi cum illo familiaritas.
Nonnunquam geminos habent datiuos.
Non ſit tibi curæ. Item hæc.
An id ſibi ſtudio habet? Hoc tu tibi laudi ducis?
Speras tibi laudi fore, quod mihi vitio vertis?
Dedit mihi veſtem pignori, dono, mutuo.
Dedit mihi pecuniam fœnori.

Accuſatiuus poſt verbum.

Ordo I. Verba tranſitiua cuiuſcunq; generis, exigunt acuſatiuum ſignificantem id, quod patitur: vt,
Saluta patrem. Numeras arenam. bibis vinum,
Loqueris mendacium? Oſculatur filiolum.

Tædet,piget,Pudet,Pœnitet,Miſeret me tuï.
Decet te.Non decet ſenem. Dedecet virginem impudentia. Antiqui dicebant &,Decet tibi.

Duo accuſatiui.

Sunt quæ geminum admittũt accuſatiuum:
Docuit me literas. Dedocebo te iſtos mores.
Popoſcit me mutuum.
Rogat,Orat,Flagitat,Exorat te veniam.
Poſtulo, Flagito, Peto abs te hanc rem, frequentius, quam te,ſine præpoſitione.
Exuo,Induo,Veſtio,Calceo,Cingo,poſteriorem,hoc eſt accuſatium rei,ſæpius mutant in ablatiuum.
Exuit ſe chlamydem,ſiue chlamyde.
Accinxit ſe gladio.

Accuſatiuus rei & perſonæ.

Quædam vtrumuis admittunt,rei,ſeu perſonæ.
Vicit te,& vicit litem.
Excuſat ſe,& excuſat valetudinem.
Accuſat te,& accuſat tuam negligentiam.

Motus ad locum.

Quæ ſignificant motum ad locum aliquem accuſatiuum poſtulant nominis proprij, citra præpoſitionem. Ordo 2.
Eo Romam.Rediit Athenas.Nauigauit Carthaginem.
Item hæc. Confero me domum.Recipio me rus.
Nam appellatiuis, ſiue maiorum locorum vocabulis ferè præpoſitio additur:Profectus eſt in Hiſpaniam.
Reuerſus eſt in prouinciam.Abiit in forum.

Spatium temporis.

Quibuslibet verbis apponitur accuſatiuus ſignificans ſpatium temporis. Potauit totam noctem. Ordo 3.
Hic totum deſedit diem. Viginti annos natus eſt.
Iam ſeculum te opperimur.

Appendix.

Quanquam hic aliquoties in ablatiuum vertitur.
Commoratus eſt apud nos trib.horis,ſeu tres horas.

Appendix.

At quoties non ſpatium, ſed ſpecies temporis ſignificatur, ablatiuus tantùm apponitur.

Nocte vigilas. Luce dormis.
Aeſtate domi deſides. Hyeme nauigas.
Superioribus diebus ad te ſcripſi.
Anno proximo te viſam.

Significatur autem ſpecies, cùm interrogatio fit per quando. Vt,
Quando venies? Hora tertia.
Spatium vero, cum fit interrogatio per quandiu: Vt,
Quandiu vigilaſti? Duas horas.

Spatium loci.

Ordo 4. Quibuſdam & loci ſpatium eodem modo apponitur:

Iam mille paſſus proceſſerunt.
Patet in longum quingenta ſtadia.
Latum culmum, Latum vnguem, Latum digitum,
Pedem hinc ne diſceſſeris.
Abeſt ab vrbe ſeſquimilliarium.

Quanquam hic quoque nonnunquam vertitur in ablatiuum: Abeſt a continenti quingentis paſſuum millibus.

Reciprocus accuſatiuus.

Ordo 5. Quodlibet verbum quantumuis in tranſitiuum, admittit accuſatiuum nominis ſignificantis eundem actum: vt Quam hìc vitam viuitis? Endymionis ſomnum dormis.

Huius generis ſunt & illa, Longum nauigauit iter.
Hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurum gaudia.

Accuſatiuus per figuram.

Item illa, Reſipit, Sapit aduſtionem,
Olet lucernam, hircum, Olet vnguenta.
Spirat Italiam. Vox non ſonat hominem.
Vineta crepat mera.
Viuunt Bacchanalia, Viuit Cynicum.

Et quæ ponuntur aduerbiorum loco: Furit indomitum. Dulce ſonat. Toruum tuetur:id eſt,indomitè, dulciter,toruè.

Ablatiuus poſt verbum.

Quoduis verbum admittit ablatiuum ſignificantem qualecunq; inſtrumentum,aut modum actionis. Ordo 1.

Exemplum inſtrumenti.

Petiit me ſaxo. Cecidit loris. Enecas odio.
Refellis argumentis, Vincit ſapientia.
Conciliauit humanitate multos.
Concordia res paruæ creſcunt:diſcordia maximæ dilabuntur:id eſt,per diſcordiam.

Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit.
Summa eloquentia cauſam egit.
Hic tamen apponitur aliquoties præpoſitio,Cum.Summa cum humanitate tractauit hominem.

Nam inſtrumentis non apponitur: Non enim rectè dicitur,Scribit cum calamo.

Appendix.

His finitima ſunt quæ ad Synecdochen pertinent. Vt, Aegrotat animo magis,quam corpore.
Diſcruciatur animo. Candet dentibus, Rubet capillis: id eſt,ſecundum animum,dentes,capillos.
Poetæ dicunt per accuſatiuum.Languet animum. Rubet faciem. Canet capillos.

Comparatiua.

Quæ vim obtinent comparationis, admittunt ablatiuum ſignificantem menſuram. Ordo.2.
Multo præſtat cauere,quam admittere.
Multis,infinitis partibus te vincit. Duplo ſuperat.
Nimio excellit,antecedit.

Motus a loco.

Quæ ſignificant motum a loco,ſiue per locum, eadem nomina admittunt in ablatiuo,quæ in genitiuo apponebantur,cum ſignificabatur quies in loco. Ordo.3.

Diſceſſit Londino. Rure reuerſus eſt.
Louanio ſum facturus iter.
Apponitur ſemper præpoſitio Per, appellatiuis & re gionum nominibus.
Per Italiam eundum eſt Græciam petenti.
Per forum ibis.
Adduntur & hi ablatiui aduerbiales:
Hâc eundum eſt, illâc iſtâc. Quâ pro aliqua parte, ſeu via: vt, Si quâ licebit effugere.
Et relatiuè. Quâ ſpectat Aegyptum.

Ablatiuus abſolutus.

Ordo 4. Quibuſlibet verbis additur ablatiuus abſolutè ſumptus.
Me dormiente tu bibis. Hoc me viuo non facies.
Hæc fiunt te rege, te conſule, te pontifice.
Te impulſore feci.
Lilio præceptore, tantus hic euaſit.

Implendi, onerandi.

Ordo 5. Verba implendi, onerandi, & his diuerſa.
Satio, Saturo, expleo te fabulis.
Ingurgitauit ſe cibo. Obruit ſe vino.
Oneras ſtomachum cibo.
Leuabo te hoc onere. Exonerabo te nummis.
Nudauit, exuit. Spoliauit me bonis omnibus.
Emunxit ſenes argento.

Proſequor, afficio.

Ordo 6. Item Proſequor, & Afficio:
Afficit me iniuria, damno, honore.
Proſequor te odio, amore, beneuolentia.
Pluit lapidibus, lacte, ſanguine: ſiue lapides, lac, ſanguinem.

Mereor bene, ſeu male.

Ordo 7. Bene mereor, & malè, peius, melius, optimè, peſſimè, interueniente præpoſitione, adſciſcunt auferendi caſum.
Optimè de literis meritùs es.

De me

De me nihil es meritus,neque bene,neque male.

Paſſiua.

Paſſiuis additur ablatiuus agentis, ſed antecedente præpoſitione,a vel ab. Rideris ab omnibus. Ordo 8.

Additur aliquando datiuus abſq; præpoſitione. Amaris omnibus,vel ab omnibus.

Accuſatiuus patientis vertitur in nominatiuum.Pater caſtigat filium.Filius caſtigatur a patre.

Cæteri caſus fere omnes manent in paſſiuis,qui fuerant actiuorum,Doceris a me grammaticam. Accuſaris furti. Haberis ludibrio. Priuaberis magiſtratu.

Quæ per ſe paſſiua vocantur, conſtruuntur quemadmodum & illa: Veniit a domino. Vapulabis a præceptore. Quid fiet ab illo?

Veſcor,& cætera.

Veſcor carnibus. Hic victitat lacte, Vtor homine familiariter. Inuenitur & Vtor hanc rē. & Abutor operam. Fruor conſpectu. Et tuo fretus auxilio. Ordo 9.

De potior dictum eſt.

Fungitur magiſtratu. Defunctus eſt vita.

Appendix I.

Præpoſitio ſubaudita facit, vt ablatiuus recte addatur:

Habeo te loco parentis.

Eſt mihi vice filii,id eſt,in loco,in vice.

Apparuit illi humana facie. Deceſſit magiſtratu.

Infinita.

Appendix II.

Quibuſdam familiariter adduntur verba infinita. Solet,debet,cœpit,optat,gaudet laudari. Amat videri diues. Studet metui.

Nam figurate ponuntur,vt a nullo pendeant: Hæccine fieri flagitia? Et venari,pro venabatur.

Diuerſi caſus eidem additi verbo.

Appendix. III.

Nihil vetat, quo minus eidem verbo diuerſi caſus apponantur diuerſæ rationis: Dedit mihi veſtem hanc pignori, te præſente, ſua manu. Nam Veſtem, additur tanquam tranſitiuo, Mihi tanquam acquiſitiuo.

Pignori, ex eorum eſt forma, quæ reſoluuntur per ad, vel in, præpoſitiones: id eſt, in pignus.

Te pręſente, ablatiuus eſt abſolutus.

Manu, inſtrumentalis.

Gerundia.

Gerundia omnia eoſdem ferme caſus admittunt poſt ſe, quos habent verba, a quibus deducuntur.

Ad diſcendum literas. Ad ſeruiendum tibi.

Ad fruendum amico.

In Di.

Gerundia in di, ante ſe habent hæc nomina, gratia, cauſa, prætextu, occaſione, titulo, otium, facultas, licentia, ars, aut ſimile nomen ſubſtantiuum.

Veni huc cauſa viſendi te.

Non erat copia conueniendi hominem. Ars dicendi.

Nonnunquam præcedit adiectiuum.

Cupidus viſendi te. Gnarus bellandi.

Certus eundi. Imperitus nauigandi. Peritus medicādi.

In Dum.

Gerundiis in dum, præponitur præpoſitio Ad, vel Inter. Ad colloquendum tecum.

Inter cœnandum hoc mihi venit in mentem.

Reperitur &, Ante domandum.

Cum ſignificamus neceſſitatem, ſine præpoſitione vſurpentur, addito ſubſtantiuo verbo.

Vigilandum eſt ei, qui cupiat vincere.

In Do.

Gerundia in do, pendent a præpoſitione In, vel Ab, ſiue dictione quæ requirit ablatiuum: vt,

In conſultando locus eſt eloquentiæ.

In pugnando viribus eſt opus.
Reuerſus a venando,ſiue a venatu.
Tacendo refellis:id eſt,tacens refellis.
Scribendo diſcis ſcribere. Romanus ſedendo vincit.

Gerundia nomina.

Vertuntur gerundia,in nomina adiectiua:vt, Cauſa viſendi te,& cauſa viſendi tui.
Ad diſcendum literas,& ad diſcendas literas.
Legendo libros doctus euades:&, Legendis libris,doctus euades.

Supina in tum.

Prima ſupina ſequuntur verbum ſignificans motum ad locum:vt,Abiit piſcatum,id eſt,ad piſcandum. Admittunt poſt ſe eoſdem caſus,quos verba ipſorum.

Abſolute poſita.

Ponuntur & abſolute cum verbo, Eſt. Pugnatum eſt, Actum eſt,Dormitum eſt,Ceſſatum eſt ſatis.

Supina in tu.

Supina in tu,paſſiuæ ſignificationis ferme ſunt. Adhærent nominibus adiectiuis:vt, Turpe dictu.
Miſerabile viſu. Difficile creditu.
Procliue factu,ideſt,ad faciendum.
Nam in his,Surgit cubitu,redit venatu,nomina potius cenſenda ſunt,quam ſupina.

DE PARTICIPIIS.

Participia ſequuntur conſtructionem verborum; a quibus deriuantur. Donaturus tibi veſtem.
Donaturus te veſte. Conſulens tibi.
Fruiturus te. Diligendus ab omnibus. Quanquã in his vſitatior eſt datiuus,Diligendus omnibus.

Participia facta nomina.

Cum transeunt in naturam nominum, genitiuum poſtulant:vt, Amans vini. Fugitans litium.
Cupiens tui. Sitiens auri. Peritus belli.
Et ſine caſu,vt,Vir potens,eloquens.
Tunc & comparationem accipiunt more nomi-

num in ens,vel in tus deſinentia.

Cupientior famæ,quam auri. Cupientiſſimus tui.
Nulli deſideratior, quam mihi. Deſideratiſſimus patriæ.

Participia facta nomina compoſitione.

Quæ compoſitione fiũt nomina,genitiuum adſciſcũt.
Indoctus pilæ. Inexpertus belli.
Quanquã & horum ſimplicia ſimili modo vſurpantur.

De nominibus verbalibus.

Omnia fere verbalia genitiuum admittunt,qui uer-
Ordo 1. bis erat accuſatiuus:vt, Colo agrum.
Cultor,cultrix agri,cultus,cultura agri.
Bibo vinum. Bibax vini.
Cupio laudem. Cupidus laudis.
Item quæ ſunt affinia his: vt, Auarus laudis.
Ignarus omnium.Studioſus tui. Securus amorum.

In bilis.

Verbalia in bilis,accepta paſſiue,datiuo gaudent, vt
Ordo 2. participia in dus,Flebilis,formidabilis omnibus,id eſt,
flendus,formidandus omnibus.

GENITIVVS ADDITVS NOMINI.

Ordo 1. Nomina ſubſtantiua, quæ ſignificant rem poſſeſ-
ſam,menſuram,ſiue numerum,aut relationem ad
aliquid,genitiuum exigunt,vt, Arma Achillis.Cyathus
vini.

Modius tritici. Duo millia peditum.
Vncia auri. Par calceamentorum.
Vlna panni. Iugum aquilarum.
Vxor petri. Tres decades quæſtionum.
Comes Vlyſſis. Amicus patris.
Mille nummum. Princeps patriæ.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum, acce-
dente verbo Eſt, Hic eſt tibi pater, Huic ſocer, Illi
conſul.

Ordo.2 Attributiua.

Cum ſignificatur aliquid in eſſe, ſiue adeſſe cuipiã,

quod ad laudem,ſiue vituperationem pertinet,trifariã efferimus.

Puer bonæ indolis,Puer bona indole, Puer bonus indole,& indolem,poetice.

Vir maximi naſi, Vir maximo naſo,Vir maximus naſo, & naſum,poetice.

Species & genus.

Species ſubiicitur generi in genitiuo, ſiue in eodem caſu, per appoſitionem. Nomen Catonis in te non quadrat. Ordo 3.

Crimen læſæ maieſtatis.

Cum eſſemus in terra Italiæ,ſiue Italia.

Et,In vrbe Romæ,ſiue Roma.

Subſtantiue poſita.

Quædam adiectiua ſubſtantiue poſita, genitiuum admittunt:vt,Multum lucri,Paulum pecuniæ. Ordo 4.

Quid habes negotii?Quantum habebis pecuniæ, tantundem habebis fidei.

Plurimum vini,Minimum aquæ.

Item pronomina quædam.

Hoc negotii. Id operis.Quid illud mali?

Appoſitio.

In ſumma,quoties ſubſtantiuum, quacunque ratione refertur ad alterum ſubſtantiuum, additur in genitiuo,niſi addatur appoſitiue. Nam tum ſatis eſt,ſi concordet in caſu, etiam ſi numero & genere diſſideat.

Abſtuliſti Maronem,meas delitias.

De Adiectiuis & Subſtantiuis.

Adiectiua nomina, Participia, Pronomina concordant cum ſubſtantiuis in numero, genere, & caſu: vt, Ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt.

Iſtam fortunam tui mores promeruerunt.

Adiunctio.

Cum plura ſubſtantiua, diuerſi etiam numeri ac generis ad vnum adiectiuum referuntur, his ferme modis efferri ſolent: Gloria non eſt expetenda,neq; diui-

tiæ: vt in medio ponas, ad quod referuntur partes.
Non eſt expetenda gloria, neque diuitiæ: vt præponas.
Gloria, & diuitiæ non ſunt expetendæ: vt poſtpoſitum conueniat cum proximo.
Gloria, diuitiæ, genus, non ſunt expetenda: vt ſubaudias, iſta, idque neutro genere.

Relatiua.

Relatiuum Qui, conuenit cum antecedente in numero & genere. Placuerunt literæ, quas ad me dediſti.
Niſi figurate loquamur.
Quas ad me dediſti literas, magnopere placuerunt.

Comparatiua.

Ordo 5. Comparatiua & ſuperlatiua genitiuum exigunt: vt, Sum minor fratrum: de duobus.
Sum minimus fratrum: de pluribus. Et tum exponuntur per inter: inter fratres, vel ex fratribus.
Nam comparatiua, cum exponuntur per quam, ablatiuum adſciſcunt. Præſtantior te. Eloquentior omnibus, præterquam Cicerone: id eſt, quam Cicero.
Additur & alter ablatiuus ſignificans modum exceſſus.
Eſt maior te quatuor annis.
Digito lato procerior. Multo potior.
Multo & longe, apponuntur & ſuperlatiuis.
Multo omnium doctiſſimus. Longe peſſimus omnium.

Diſtributiua & Partitiua.

Ordo 6. Item nomina partitiua, aut partitiue poſita, velut Quiſque, Quiſquis, Quicunque, Quidam, Quis, interrogatiuum, & Quis, pro aliquis, Aliquis, Vterque, Neuter, Vteruis, Vtercunque, Nemo, Nullus, Solus, Vnus, Medius. Quiſque huius nationis.
Vnumquodque animantium.
Prouocat vnumquemlibet ueſtrum.
Vtrum horum mauis accipe. Exponuntur per inter, vel ex.
Vnus omnium, id eſt, ſolus omnium. Medius duo-

rum,id eſt,inter duos.Et,Dimidium animæ.

Item alter, alius, & his æquipollentia pronomina, hic,& ille,& aduerbium partim.

Appendix I.

Quanquam in his genitiuus ſignificans totum,in aliū caſum ſæpe vertitur. Quis hominū vidit?&,Quis homo vidit?Neuter catonum,& neuter Cato.

Animantium vel animantia, alia ſunt volatilia, alia reptilia.

Appendix II.

Ad hanc formam pertinent,Quotus, Quotuſquiſque,ordinem ſignificantia numeralia.

Quotus eras conuiuarum,ſeu conuiua?

Quintus regum Romanorum,id eſt,inter reges. Sapientum octauus. Quanquam in hoc poſtremo, non tam ordinem ſignificat,quàm numerum ſimpliciter,vt in illo,Dic quotus eſſe velis.

Datiuus poſt nomen commodi, aut incommodi.

Adiectiua, quæ commodum, aut incommodum ſignificant,aut relationem ad aliquid, datiuum exigunt: vt,Rem mihi permoleſtam, illi iucundam,tibi pernicioſam,mihi ſalutarem. Ordo 1.

Relatiua.

Aptus, Accommodus, Idoneus, Vtilis,Inutilis bello,ſiue ad bellum.Natus gloriæ,& ad gloriam. Obnoxius illi. Ordo. 2

Similis, Diſſimilis huic, & huius. Diuerſus huic,vel ab hoc.

Affinis,Cognatus huic,vel huius.

Nam cum huiuſmodi ſubſtantiue capiuntur,genitiuo magis gaudent.

Accuſatiuus poſt nomen ſpatii,menſuræ.

Quæ certum magnitudinis modum ſignificant,accuſatiuum admittunt.Longus,Latus, Altus,Craſſus. Ordo 1.

Turris alta trecentos pedes.

Liber craſſus tres digitos, ſiue trium digitorum craſ-

ſitudine,& ducentorum pedum altitudine.

Circuitionis vis.

Ordo 2. Quædam per circunlocutionem accuſatiuum admittunt:vt,Non ſum id neſcius,id eſt,non ignoro.

Cuius generis ſunt & illa.Eius rei mihi venit in mẽtem,id eſt,recordatus ſum.
Et,Id mihi anus indicium fecit,id eſt,indicauit,
Et,Opus eſt mihi hac re,id eſt,indigeo.

Ablatiuus poſt nomen.

Ordo 3 Dignus,& indignus,ablatiuum adſciſcunt.
Dignus honore. Dignum eſt illo. Dicimus tamen,
Dignus vt honoretur. Dignus quem omnes honorent.
Et,Dignus honorari ab omnibus.
Item Vacuus,Onuſtus.Vacuus curis.Onuſtus diuitiis.
Pauper,Diues,Plenus,Inanis,etiã genitiuũ admittunt.

PRONOMINVM CONSTRVCTIO.

Mei,Tui, Sui, Noſtri, Veſtri, genitiui primitiuorum ponuntur,cum paſſio ſignificatur. Nam cũ actio, adduntur poſſeſſiua, Meus, Tuus,Suus,Noſter, Veſter.
Languet deſiderio tui:nempe quo tu deſideraris.
Fauet deſiderio tuo:quo tu deſideras.
Item Pars tua,quæ tibi debetur.Pars tui:id eſt, manus, aut pes,corpus,animus.
Imago tua, quam tu poſſides. Imago tui, quæ te repræſentat.

Aliquoties vtrunque coniungitur:vt,Noſtra tui memoria:id eſt,quam nos de te habemus.

Poſſeſſiua pronomina.

Poſſeſſiua adiectiua ſunt,& non recuſant aliquando genitiuum. Mea ipſius cauſa.
Tua ſolius aut vnius opera. Meos flentis oculos.

Noſtrum & Veſtrum.

Noſtrum & veſtrum genitiui plurales,gaudẽt nominibus diſtributiuis,aut partitiuis:vt,Nemo veſtrum.
Vnuſquiſque noſtrum:id eſt,ex nobis.

Item comparatiuis,& ſuperlatiuis:vt,
Maior veſtrum. Maximus natu noſtrum.

Reciproca.

Sui, ſibi; ſuus à, um, non niſi reciprocè ponuntur: hoc eſt, vt reflectantur ad id,quod præceſſit in eadem orationis parte; aut annexa per copulam. Ille ſibi placet.
Petrus odit ſuos. Orat vt ſuo faueas filio.

Demonſtratiua.

Demonſtratiua cùm ſubſtantiuè ponuntur, admittunt genitiuum,vt dictum eſt.
Hoc noctis. Idem temporis. Illud acceſſit mali.

Idem cum datiuo.

Idem datiuum admittit,vel ablatiuum interueniente præpoſitione.
Idem facit occidenti:ideſt,quod occidens.
Idem huic,aut idem cum hoc.

NOMINATIVVS POST ADVERBIVM.

En,& Ecce demonſtrantis,nominatiuo ſeu accuſatiuo iunguntur. En quatuor aras.
Ecce rem, En lupus in fabula.
En exprobrantis accuſatiuo gaudet.
En animum & mentem.

Genitiuus poſt aduerbium.

Superlatiua genitiuum exigunt. Ordo 1.
Peſſimè omnium dixit,qui omnium optimè fecit.

Aduerbia Loci,ac Temporis.

Adduntur aduerbiis loci ac temporis genitiui fermè hi, Vbi gentium; Eo impudentiæ uentum eſt. Ordo 2.
Quocunq; terrarum. Nuſquam gentium.
Huccine rerum venimus? Vbiuis, Quouis terrarum.
Eo loci redacta res eſt. Tunc temporis.
Nam minime gentium, monadicon eſt, genitiuo feſtiuitatis cauſa addito.

Pridie,Poſtridie.

PridieCalendarum,ſiue Calendas,Poſtridie eius diei. Ordo 3.

Poſtridie quam venires. Poſtridie quam diſceſſeras.

Inſtar.

Ordo 4. Inſtar montis. Inſtar pecudis.

Item parum, multum, ſatis, abunde vini: vice nominum poni videntur.

Datiuus poſt aduerbium.

Quædam datiuum admittunt nominum, vnde deducta ſunt. Veni obuiam illi. Nam obuius illi dicitur. Canit ſimiliter huic. Nam ſimilis huic dicimus. Et ſibi inutiliter. Sedet proxime illi. Propinquius tibi ſedet quam mihi.

Accuſatiuus poſt aduerbium.

Sunt quæ accuſãdi caſum admittũt præpoſitionis, vnde ſunt profecta. Propius vrbem. Et, Proxime caſtra.

Ablatiuus poſt aduerbium.

Ordo 1. Quæ comparantur, conſtructionẽ habent cõparatiuorum nominum. Acceſſi propius te, ideſt, quam tu. Melius te dicit, id eſt, quam tu. Plus quingentis colaphis. Et, Plus millies.

Procul, &c.

Pocul dubio. Et, Procul ab vrbe.

Ordo 2. Clam patre. Palam omnibus. Coram omnibus.

Hic, Illic, &c.

Ordo 1. Hic, Illic, Iſtic, Intus, Alibi, Vbi, Vbique, Vbicunque, Vbilibet, Vbiuis, Alicubi, Necubi, Sicubi, Ibi, Inibi, Ibidem, referuntur ad quietem in loco.

Huc, Illuc, &c.

Ordo 2. Huc, Illuc, Iſtuc, Intro, Alio, Aliquo, Nequo, Siquo, Eo, Eodem, Quolibet, Quouis, Quocunque, Foras, Horſum, Aliorſum, Dextrorſum, Siniſtrorſum, Surſum, Deorſum, Vtroque, Neutro, Quoquouerſum, referuntur ad motionem ad locum.

Hinc, Illinc, &c.

Ordo 3. Hinc, Illinc, Iſtinc, Aliunde, Alicunde, Sicunde, Necunde, Indidem, Vnde, Vndelibet, Vndeuis, Vndecunque, Vtrinque, referuntur ad motum e loco.

Hac, Illac, &c.

Hac, illac, iſtac, Alia, Aliqua, Qua, Siqua, Nequa; referuntur ad motionem per locum. Ordo 4.

Variantia.

Hæc variant: foris cœnat, & Foris venit.
Peregre viuit. Peregre rediit. Peregre abiit.
Nuſquam apparet. Nuſquam diſcedet.

Quibus modis verborum quæ congruant aduerbia.

Vbi, Poſtquam, Cum.

Vbi, Poſtquam, Cum, aduerbia temporis, interdum indicatiuis, interdum ſubiunctiuis verbis apponuntur: vt, Cum aderit: &, Cum venerit.

Simul, &c.

Simul, Simulac, Simulatque, magis gaudēt ſubiunctiuis. Simulatque adoleuerit ætas.

Vt.

Vt, pro poſtquam, indicatiuo gaudent adiungi. Vt ventum eſt in vrbem.

Quemadmodum, &c.

Quemadmodum, Vt, Vtcunque, Sicut, vtrunq; modum admittunt. Vt ſalutabis, ita & reſalutaberis. Vt ſementem feceris, ita & metes.

Quaſi, &c.

Quaſi, Ceu, Tanquam, Perinde, Ac ſi, Haud ſecus, ac ſi, cum proprium habent verbum, ſubiunctiuis gaudent apponi.
Tanquam feceris ipſe aliquid.
Quaſi non norimus inter nos.

Alias copulant conſimiles caſus.
Noui hominē tanquā te. Arridet mihi quaſi amico.

Ne, Non.

Ne prohibentis, vel imperatiuis, vel ſubiunctiuis additur.
Ne nega. Ne dixeris.

Non, verbis imperatiuis non recte apponitur.

Ne, An, Num.

Ne,cum eſt interrogantis,indicatiuum amat. Supereſt ne,& veſcitur aura? Similiter & An,& Num.

At eadem cum accipiuntur dubitatiue,ſiue indefinite,ſubiunctiuum poſtulant. Viſe num redierit. Nihil refert feceris ne,an perſuaſeris.

Pene,& ſimilia.

Pene,Prope,Propemodum,Tantum non,Modo non, vnico verbo ſeu alia dictione contenta ſunt. Propemodum inſaniebat. Tantum non inſaniebat. Modo non montes auri pollicebatur.

Aduerbinm relatum non ad verbum.

Aduerbium aliquoties refertur,non ad verbum, ſed ad aliam orationis partem. Homo egregie impudens. Ne parum ſis cauſidicus. Admodum puella. Admodum anus.

Aliquoties aduerbium adhæret aduerbio. Non admodum pulchre. Parum laute.

DE CONSTRCTIONE CONIVNCTIONVM.

Quanquam,& ſimilia.

QVanquam, Tametſi, Etſi, Etiamſi, frequentius adiunguntur indicatiuis. Quamuis, & Licet ſubiunctiuis.

Etiamſi,cum vtriſque cohæret.

Vt,pro quamuis,ſemper ſubiunctiuum flagitat. Serui vt taceant,iumenta loquentur.

Aliquoties ad aliam orationis partem referuntur,non ad verbum. Complectitur hominem quamuis maleuolentem,etiam ſi peſſime de ſe meritum.

Niſi cum ſimilibus.

Ni,Niſi,Si,Siquidem,Quod, Quia,& indicatiuis, & ſubiunctiuis adhærent.Niſi facies.Niſi feceris. Quod bene vales, gaudeo. Quod redieris incolu-

mis,gaudeo. Non quia ſic merui.
Non quia ſit pauper,ſed quod ſit improbus.

Quando,&c.

Quando & Quandoquidem,Quatenus, Indicatiuum exigunt. Et frequenter ſequuntur cauſam, cum reliqua huius ordinis frequentius præcedant.
Quoniam mihi non credis, ipſe facito periculum.
Ipſe periculum facito,quando mihi non credis.

Quippe.

Quippe item,cum proprium habet verbum.
Danda eſt huic venia, quippe ægroto.

Quippe Qui,Vt Qui.

Si addideris qui,vtrunque admittit modum.
Non eſt huic habenda fides,quippe qui bis iam peierauit,ſiue peierarit. Vt qui, plerunque ſubiunctiuis adhæret. Vt qui peierarit.

Qui.

Qui,cum habet vim cauſalem ſemper adhæret ſubiunctiuo. Stultus es, qui huic credas: id eſt, quod vel quia credis.

Vt, Vtpote.

Vt,& Vtpote,proprium verbum nunquam habent.
Odi petrum,vt in omnes maledicum.
Vtpote in omnes maledicum.

Tum Tum,Cum Tum.

Et Tum tum, Cum tum, ſimiles modos copulant in verbis:in declinabilibus,ſimiles caſus.
Odit tum literas,tum virtutem.
Amplectitur cum eruditos omnes, tum in primis Marcellum.

PRAEPOSITIONVM CONSTRVCTIO.

Præpoſitio verſa in Aduerbium.

Præpoſitiones,quæ citra caſum nullum vſurpantur, in aduerbiorum naturam tranſeunt.
Extra ludite. An mare, quod ſupra, memorem,

quodq; alluit infra? Prope adeſt.

Quemadmodum rurſus & aduerbia quædam accedente caſu, in præpoſitiones tranſeunt: vt, Procul, Coram, Clam, Palam.

Caſus præpoſitionum.

Quędam accuſatiuum exigunt: vt, Intra parietes. Extra vallum.

Quædam ablatiuum: vt, Ab vrbe.

Quædam vtrunque, ſed non eodem ſenſu.

Varii caſus præpoſitionum earundem.

In.

In, cum ſignificatur actus in loco, deſiderat ablatiuum.

In animo eſt. In foro verſatur.

In, pro erga, accuſandi caſum habet. Optimo in te animo.

Item In, pro contra. In omnes maledicus.

In pro ad. In hoc incumbite. In hoc natus ſum. In mercatum abiit.

Sub.

Sub nocte, ideſt, in nocte. Sub noctem, ideſt, inſtante nocte. Sub ea, ideſt, poſt ea.

Item ſub, additum verbo motus ad locum, accuſatiuum exigit. Sub vmbram properemus.

Sub, cum verbo quietis, ablatiuum requirit. Sub lodice, Sub vmbra.

Super.

Super numerum ingenuorum. i. vltra numerum. Super hæc omnia: ideſt, præter hæc omnia. Super Priamo: ideſt, de Priamo. Super arbore ſidunt: ideſt, in arbore.

Tenus.

Tenus, gaudet ablatiuo ſingulari, genitiuo plurali. Pube tenus. Crurum tenus.

Sed hæc videntur veluti compoſita, quemadmodum & illa: Hactenus, Eatenus, Quatenus.

Verſus.

Poſtponitur & Verſus ſuo caſui.
Romam verſus iter eſt.

Vſque.

Vſque, raro ſine altera præpoſitione reperitur. & ſignificat temporis aut loci magnitudinem.
Ad multam vſque noctem. Ab extrema vſque India.
vſurpatur & aduerbialiter pro ſemper, ſiue continenter.

A

A, præponitur dictionibus incipientibus a conſonãte.
A foro. A caſtris.

Ab.

Ab, incipientibus a vocali. Ab omnibus.
Niſi ſint liquidæ, aut i, conſonans. Ab Ioue. Ab rege.

Abs

Abs, incipientibus a q, & t. Abs quouis. Abs te.

Præpoſitiones ſemper compoſitæ.

Sunt quæ non inueniantur extra compoſitionem: Di, Dis, Re, Se, An, Con, Diduco, Diſſipo, Refero, Seiungo, Ambigo, Conuenio.

Con præpoſitio.

Con, ex quibuſdam neutris facit tranſitiua.
Conſpuit hominem.
Compluit. Conuomuit maritum.

De.

Deiicio, ideſt, ex alto iacio. Deamo. i. valde amo.
Reſipit, ideſt, ſapere desiit. Deferbuit ætas.
Reclamat, ideſt contra clamat.
Repetit, ideſt, denuo petit.
Retegit, ideſt, quod tectum eſt, aperit.

DE CONSTRVCTIONE INTERIECTIONVM.

O Exclamãtis, admittit vocatiuum, nominatiuum, & accuſatiuum. O dii immortales. O uir fortis. O inſignem impudentiam.

Subauditur autem frequenter: vt, Singularem impudentiam.

Heu, Proh, &c.

Heu pietas. Heu ſtirpem inuiſam. Proh iupiter. &, Proh deúm atq; hominum fidem. Hei mihi. Veh tibi. Ah tibi.

Cedo.

Cedo, quod eſt flagitantis exhiberi, accuſatiuum habet. Cedo manum. Cedo ſenem.

Amabo, obſecro, &c.

Amabo, & obſecro, blandientis: Sodes, & Sultis, hortantis verba ſunt, & in interiectionis naturam verſa, quemadmodum & Age.

LIBELLI DE OCTO PARTIVM orationis conſtructione

FINIS.

Venetiis, apud Ioannem Variſcum, & ſocios.
M D L X V I I.

Quoniam hebraicam linguam neceſſariam eſſe exiſtimamus ad ſacræ ſcripturæ cognitionem, nūc Alphabetum, & literarum combinationes, & alia quædam damus, quo legere hebraice cōdiſcatis. Deinceps inſtitutiones Grammaticas, dictionariū, & ſacros libros, ſi hæc placuiſſe cognouero, Deo volente, dabimus. Valete.

Alphabetum Hebraicum.

daleth d	gimel g	beth b	Aleph a
דָּלֶת ד	גִּימֶל ג	בֵּית ב	אָלֶף א
heth h	zain z	uau u	he e
חֵית ח	זַיִן ז	וָיו ו	הֵא ה
lamed l	caph c	iod i	teth t
לָמֶד ל	כַּף כ	יוֹד י	טֵית ט
hain	ſammech ſ	nun n	mem m
עַיִן ע	סַמֶךְ ס	נוּן נ	מֵם מ
reſſ r	cof q	zadi z	pe p
רֵישׁ ר	קוֹף ק	צַדִּי צ	פֵּא פ
		tau t	ſſin ſſ
		תָּיו ת	שִׁין ש

Præter has duas, & vigiti literas, ſunt aliæ quinq;, quæ non ponuntur niſi in fine dictionis. vt

zadi z phe ph nun n mem m caph c

ך כָּף ם מֵם ן נוּן ף פֵּה ץ צַדִּי

Ex ſupraſcriptis literis, Quatuor pronuntiãtur palato, vt ג gimel י iod כ caf ק cof.
Quinq; ꝓnũtiant lingua, & dẽtibus, vt ד daleth ט theth ל lamed נ nun ת tau.
Quatuor pronuntiantur gutture, vt א aleph ה he ח heth ע hain.
Quinq; pronũtiantur dentibus tantum, vt ז zain ס ſammech ר res ש ſcin צ zadi.
Quatuor proferuntur labris, vt ב beth ו vau מ mem פ pe.
Item ſunt ſex literæ, quæ ſi habuerint ſupra virgulam hanc ‾ quæ רָפֶא raphe dicitur, remittũt ſonũ, ac diminuũt; vt בֿ ueth גֿ ghimel דֿ dhaleht כֿ chaph פֿ phe תֿ thau, quæ cõtinentur in his duabus dictionibus. בָּגָד begad כְּפַת chephath. Preterea ferè oẽs literæ ex ſupradictis admittunt intra ſe paruũ punctum qui dicitur דָּגֵשׁ daghes, & tunc augent ſonum, vt בּ beht גּ gimel דּ daleth מּ mem, & ſic cæteræ.
Characteres vocalium, quæ pũctis ac lineis notãtur, ſunt duodecim, vt

ſceua	ſegol	cere	pathah	camez
שְׁבָא ְ	סֶגוֹל ֶ	צֵירֵי ֵ	פַּתַח ַ	קָמֵץ ָ

necudoth ſcelosa	ſuruch	holem	hiric
שְׁלֹשָׁה נְקֻדוֹת ֻ	שׁוּרוּק וּ	חוֹלֶם וֹ	חִירִיק ִ

ſegol hateph	pathah hateph	camez hateph
חֲטַף סֶגוֹל ֱ	חֲטַף פַּתַח ֲ	חֲטַף קָמֵץ ֳ

Quorum ָ camez & ַ pathah faciũt. a. ֵ cere & ֶ ſegol, & ְ ſceua faciunt. e. ִ hirich facit. i.

ֹ holem facit.o. וּ ſuruch,& ֻ ſceloſa necudoth faciunt.u.

Ex vocalibꝰ fiũt diphthõgi tres, ֳ hateph camez ֲ hateph pathah ֱ hateph ſegol. Quorum ֳ hateph camez facit.o. ֲ hateph pathah facit.a. ֱ hateph ſegol facit.e.

Combinationes vocalium cum conſonantibus.

ָ Camez cum conſonantibus.

la cha cha ia ta ha za ua ha da ga ba a
אָ בָ גָ דָ הָ וָ זָ חָ טָ יָ כָ ךָ לָ

ta ſſa ra ca za pa ha ſa na na ma
מָ ם נָ ן סָ עָ פָ ף צָ ץ קָ רָ שָׁ תָ

ַ Pathah cum conſonantibus.

ma la cha ia ta ha za ua ha da ga ba a
אַ בַ גַ דַ הַ וַ זַ חַ טַ יַ כַ ךְ לַ מַ ם

ta ſſa ra ca za pa ha ſa na
נַ ן סַ עַ פַ ף צַ ץ קַ רַ שַׁ תַ

ֵ Cere cum conſonantibus.

me le che ie te he ze ue he de ge be e
אֵ בֵ גֵ דֵ הֵ וֵ זֵ חֵ טֵ יֵ כֵ ךְ לֵ מֵ ם

te ſſe re che ze pe he ſe ne
נֵ ן סֵ עֵ פֵ ף צֵ ץ קֵ רֵ שֵׁ תֵ

ֶ Segol cum conſonantibus.

me le che ie te he ze ue he de ge b e
אֶ בֶ גֶ דֶ הֶ וֶ זֶ חֶ טֶ יֶ כֶ ךְ לֶ מֶ ם

te ſſe re che ze pe he ſe ne

נֶ ן סֶ עֶ פֶ ף צֶ ץ קֶ רֶ שֶ תֶ

Sceua cum conſonantibus.

me le che ie te he ze ue he de ge be e

אְ בְ גְ דְ הְ וְ זְ חְ טְ יְ כְ ךְ לְ מְ ם

te ſſe re che ze pe he ſe ne

נְ ן סְ עְ פְ ף צְ ץ קְ רְ שְ תְ

Hirich cum conſonantibus.

mi li chi ii ti hi zi ui hi di gi bi i

אִ בִ גִ דִ הִ וִ זִ חִ טִ יִ כִ ךְ לִ מִ ם

ti ſſi ri chi zi pi hi ſi ni

נִ ן סִ עִ פִ ף צִ ץ קִ רִ שִ תִ

Holem cum conſonantibus.

mo lo co io to ho zo uo ho do go bo o

אֹ בֹ גֹ דֹ הֹ וֹ זֹ חֹ טֹ יֹ כֹ ךְ לֹ מֹ

to ſſo ro cho zo po ho ſo no

נֹ ן סֹ עֹ פֹ ף צֹ ץ קֹ רֹ שֹ תֹ

וּ Suruch cum conſonantibus.

lu cu iu tu hu zu uu hu du gu bu u

אוּ בוּ גוּ דוּ הוּ וּוּ זוּ חוּ טוּ יוּ כוּ לוּ

tu ſſu ru chu zu pu hu ſu nu mu

מוּ נוּ סוּ עוּ פוּ צוּ קוּ רוּ שוּ תוּ

ֻ Sceloſa necudoth cum conſonantibus.

mu lu cu iu tu hu zu uu hu du gu bu u

אֻ בֻ גֻ דֻ הֻ וֻ זֻ חֻ טֻ יֻ כֻ ךְ לֻ מֻ ם

tu ſſu ru chu zu pu hu ſu nu

נֻ ןֻ סֻ עֻ פֻּ ףֻ צֻ ץֻ קֻ רֻ שֻׁ תֻּ

ֳ Hateph camez cum conſonantibus.

mo lo cho io to ho zo uo ho do go bo o

אֳ בֳּ גֳּ דֳּ הֳ וֳ זֳ חֳ טֳ יֳ כֳּ ךֳ לֳ מֳ ם

to ſſo ro cho zo po ho ſo no

נֳ ןֳ סֳ עֳ פֳּ ףֳ צֳ ץֳ קֳ רֳ שֳׁ תֳּ

ֲ Hateph pathah cum conſonantibus.

ma la cha ia ta ha za ua ha da ga ba a

אֲ בֲּ גֲּ דֲּ הֲ וֲ זֲ חֲ טֲ יֲ כֲּ ךֲ לֲ מֲ ם

ta ſſa ra cha za pa ha ſa na

נֲ ןֲ סֲ עֲ פֲּ ףֲ צֲ ץֲ קֲ רֲ שֲׁ תֲּ

ֱ Hatph ſegol cum conſonantibus.

me le che ie te he ze ue he de ge be e

אֱ בֱּ גֱּ דֱּ הֱ וֱ זֱ חֱ טֱ יֱ כֱּ ךֱ לֱ מֱ ם

te ſſe re che ze pe he ſe ne

נֱ ןֱ סֱ עֱ פֱּ ףֱ צֱ ץֱ קֱ רֱ שֱׁ תֱּ

& os meum	aperies	labia mea	Domine
uphi	tiptah	ſephathai	adonai
וּפִי	תִּפְתָּח	שְׂפָתַי	אֲדֹנָי
		laudem tuam	annunciabit
		tehillatehcha	iaghid
		תְּהִלָּתֶךָ׃	יַגִּיד

nomē tuū Sanctificet̃ qui es ī cœlis Pater noſter
ſcimcha iithcadas ſebaſamaiim auinu
אָבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם יִתְקַדֵּשׁ שְׁמֶךָ

voluntas tua Fiat regnum tuū Adueniat
rezonach iehaſe malchuthah iauo
יָבֹא מַלְכוּתְךָ יֵעָשֶׂה רְצוֹנְךָ

quotidianū Panē noſtrū & in terra ſicut ī cœlo
hatemidi lahmenu gam baarez chebaſamaiim
כְּבַשָּׁמַיִם גַּם בָּאָרֶץ לַחְמֵנוּ הַתְּמִידִי

debita nr̃a & dimitte nobis hodie da nobis
aſmothenu lanu umhol haiiom lanu ten
תֵּן לָנוּ הַיּוֹם וּמְחוֹל לָנוּ אַשְׁמוֹתֵנוּ

iis qui dimittimus & nos ſicut
laaſſer mohalim anahnu caaſſer
כַּאֲשֶׁר אֲנַחְנוּ מוֹחֲלִים לַאֲשֶׁר

inducas nos Et ne nobis debent
taui othanu ueal lanu aſmu
אָשְׁמוּ לָנוּ וְאַל אוֹתָנוּ תָּבִיא

a malo libera nos Sed in tentationē
meraha hacilenu aual leniſaion
לְנִסָּיוֹן אֲבָל הַצִּילֵנוּ מֵרָעָה

amen.
אָמֵן׃

Dominus	ſanctus	ſanctus	ſanctus
adonai	cados	cados	cados
אֲדֹנָי	קָדוֹשׁ	קָדוֹשׁ	קָדוֹשׁ
cœli	pleni ſunt	exercituum	deus
ſamaiim	maleu	zeuaoth	elohe
שָׁמַיִם	מָלְאוּ	צְבָאוֹת	אֱלֹהֵי
in excelſis	adiuues	gloria ſua	& terra
bammarom	hoſahana	cheuodach	uaarez
בַּמָּרוֹם׃	הוֹשַׁעְנָא	כְּבוֹדְךָ	וָאָרֶץ
deus meus	deus meus	deus	laudate deũ
eli	eli	el	haleluia
אֵלִי	אֵלִי	אֵל	הַלְלוּיָה
		dereliquiſti me	quare
Bethlehem	Ieruſalaim	hazautani	lama
בֵּית לֶחֶם	יְרוּשָׁלַיִם	עֲזַבְתָּנִי	לָמָה
		rex meus iuſtus	Vnctus
Hanoch	Adham	Malchi ſedech	Maſiah
הֲנוֹךְ	אָדָם	מַלְכִּי צֶדֶק	מָשִׁיחַ
Iahacob	Iiſhac	Abraham	Elia
יַעֲקוֹב	יִצְחָק	אַבְרָהָם	אֵלִיָּה

Saul	magiſter meus	Magiſter	Miriam	Moſſe
שָׁאוּל	רַבִּי	רַב	מִרְיָם	מֹשֶׁה
Hezra	Daniiel	Zecharia	Ionathan	Dauid
עֶזְרָא	דָּנִיאֵל	זְכַרְיָה	יוֹנָתָן	דָּוִד

laudate eũ gentes omnes Dominum Laudate
ſabehuhu goiim col adonai eth hallelu
הַלְלוּ אֶת יְהוָה כָּל גּוֹיִם שַׁבְּחוּהוּ

ſuper nos ꝯfirmata eſt quoniá populi omnes
halenu ghauar chi haumim cal
כָּל הָאֻמִּים כִּי גָבַר עָלֵינוּ

manet in æternũ Dñi & vitas miſericordia ei⁹
leholam adonai veemeth haſdo
חַסְדּוֹ וֶאֱמֶת יְהוָה לְעוֹלָם

Laudate Deum.
haleluia.
הַלְלוּיָהּ׃

Titulus Cræce, Latine, & Hebraice in Cruce Dñi

Ἰησοῦς Ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων.

Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum.

ieudim melech nozri Ieſuah
יֵשׁוּעַ נוֹצְרִי מֶלֶךְ יְהוּדִים

VITTORIO EMANUELE ROMA

Lucia Paoletti
Ric[illegible]he[illegible]